LVDOVICI BVCCAFFRREI

Bononienſis,

PHILOSOPHI CLARISSIMI,

LECTIONES,

In quartum Meteororum

Ariſtotelis Librum;

Nunc primum in lucem edita.

Cum indice copioſiſsimo rerum, ac uocum memorabilium.

CVM PRIVILEGIIS.



Venetijs, Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem.

M D LXIII.

FRANCISCO PICOLOMINEO, VIRO CLARISS. ET PHILOSOPHO SVMMO,

FRANCISCVS FRANCISCIVS SENENSIS, S. P. D.

PHILOSOPHIAE *studijs qui ita inseruiunt, ut ex eorum industria magnos in uita agenda fructus homines consequantur, tantum sibi laudis uidentur promereri, quanti ea res est æstimanda, quam ut excultam posteris tradant, sibi elaborandum putant. Vna autem est res, aut nulla alia præterea, quæ parta libero homini, quandiu munere uitæ fungitur, sit ornamento, sit eadem illi subsidio ad eum uitæ finem consequendum, qui est illi optimus propositus & beatissimus. At, si rem quidem spectari oportet, qua uos maximè excellitis, philosophiæ præceptis iuuentuti tradendis, à sapientissimis hominibus delecti: nemo est quin fateatur uos longe omnibus esse præferendos, qui in re tanta aut laboris aliquid aut studij posuerunt; sin uoluntatem simul atque animi studium (quod æquissimum esse uidetur) iam nostri ordinis puto fore neminem, qui si quid cuiquam in ea re concedat, non se idem decedere continuo de suo iure arbitretur. Magnum sane quiddam est quod uos præstare oportet, summos homines & doctissimos, qui in celeberrimis totius Europæ gymnasijs, uestram operam iuuentute in philosophia erudienda profiteamini; sed ita tamen ut ijs modo qui nunc sunt, esse subsidio, non æque esse posteris adiumento possitis. Itaque, ut mittam cæteros, unus habitus est nostra memoria eruditissimus uir, & magni nominis, qui philosophiam quandiu uixit, magna cum laude docuit, Ludouicus Buccaferreus; cuius nunc explicationes in quartum τῶν μετεωρολογικῶν in lucem edimus; sed cuius meriti, idem fuerit finis & uitæ futurus, nisi huic tanto incommodo nostra diligentia & studium occurrisset. Ita autem fit, ut excepta ab illius auditoribus adolescentibus eruditis atque industrijs, quæ ab illo de loco superiore differebantur, cum Aristotelis hunc librum explicaret, magno etiam ijs usui fore uideantur, ad hanc sibi facultatem comparandam, qui sunt post multa secula futuri. Vindicatis uos locum in iuuandis hominibus summum, & grauissimam personam sustinetis: nemo negat. sed ut frustra mens est in sublimiore hominis parte tanquam in arce collocata, cuius modo unius munere, rectè & eleganter uita traduci potest; nisi quæ ab illa præscribuntur, manus, pedes, ac cætera in corpore membra exequantur; uita nulla sit uestra industria futura, quæ summa est, nisi quæ a uobis præcepta manant, ipsi non æque specioso, sed æque tamen necessario functi munere, posteritati mandemus. Itaque iam huic nostræ industriæ referant acceptum, si quid ex doctoris summi singulari eruditione fructus perceperint, in ultimis etiam orbis terræ partibus positi homines, ad quos hæc sunt scripta peruentura. Nam in eo etiam est nostrum meritum in uos, minime illud quidem summum, qui uitæ finem in uirtute potius, quàm in hominum opinione habetis constitutum: sed haud tamen idẽ contemnendum quod per nos unos uestra eruditionis & doctrinæ monumenta, nunquam illa cum tanta sint, interitura, magna cum uestra laude posteris tradantur. Adeo autem expetenda semper hominibus hæc una res est uisa, ut qui libris editis, contemnendam gloriam, magno assensu populorum docuerunt, non sine inscriptione sui nomine, quæ in eam sententiam scripsissent, uoluerint a posteris legi. Quæ res quidem facit, ut quòd casu contigerit (id quod mihi si optio data esset, fuerat uotis omnibus optandum) una atque eadem opera ut utrunque præstarem, in eo esse præclarè mecum à fortuna actum existimem. Itaque & studiosis philosophiæ adolescentibus, hoc est eius rei, quæ merito omnium habenda est summa, & uestro simul nomini consulimus, quibus, quod unum habent maximum, homines dant, gloriam, famam, nomen, & in uita hac mortali (si modo æque hoc sperari atque expeti ab homine potest) immortalitatem. Ad hoc uero munus quod per se tam præclarum est, accedit magna illa opportunitas, declarandi nostram beneuolentiam erga eos, quorum in nos sint eximia merita atque officia, eorum inscriptione, quæ edenda studiosorum hominum causa curamus, id quod semper in more positum atque in usu fuit. Ita autem in præsentia hoc mihi censui agendum, ut simul & quæ tua essent merita in studiosos omnes testificarer, & omnibus quidem facerem fidem, quòd me honestare atque augere tua familiaritate uolueris iudicio te adductum fecisse, qui in homine minimè immemore futuro aliquando tua be*

neficia tibi esse statueris collocanda. Neque enim tu magnopere indiges testimonio meo ullo: qui, si commendationem gloriæ a nobilitate duci oportet, ex amplissima familia es natus, & quæ Pontifices Maximos duos Christianæ Reip. dederit, atque eos quidem optimos & Sanctiss. si ab animi bonis, habes ipse qui cumulatè augere alios atque honestare possis: sed indigeo ipse qui perpetuam meam erga te uoluntatem atque obseruantiam declarem, perspectam illam iam multis mea prædicatione, qui me quotidie commemorantem de tuis summis laudibus quæ debeo, creberrimè audiunt; sed eandem tamen testatam magis hoc munere ipso, quo nunc fungimur posteris futuram. Accipies autem philosophus ipse summus, philosophi eiusdem nobilissimi, & doctissimi lucubrationes inscriptas tuo nomini, alacri animo & lubenti: quarum una est summa commendatio & laus, quod satis commendari posse nullis uerborum ornamentis aut orationis artificio uidentur. Siue autem hominis eruditionem & doctrinam, siue ex argumento in quo is uersatur proposita uitæ commoda atque utilitates, siue rerum uarietatem, & quæ ex earum tractatione percipitur, oblectationem spectes; neque ab alio hanc philosophiæ partem maiore cum laude tractari, neque in ulla alia philosophiæ parte hac una præstantiore uersari cum ipsum potuisse fateare. Qua de re, si pluribus tecum agam, uidear planè ineptus, neque modo qui ipse scis, sed qui sim ego ignorare. Me autem posthac (ex hoc meo studio quanta mea in te obseruantia sit, coniectura facta) eo loco habebis, quo is tibi esse debet, qui ut re non multum, at uoluntate & animi studio, eo se esse dignum ostendat. Vale. Cal. April.

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVAE IN HISCE LVDOVICI BVCCAFERREI LECTIONIBVS CONTINENTVR.

Numerus prior paginam, posterior verò lineam designat.

A

Commen-

D

E

F

Hetero-

Index

I

Indige-

EXCELLENTISSIMI & CELEBERRIMI VIRI Ludouici Boccaferrei

LECTIONES IN QVARTVM Librum Meteorologicorum.

EXPOSITVRI quartum Meteorologicorum librum, qui omniũ difficillimus est, pto faciliori intelligentia quatuor dubitationes dissoluemus: & primò quisnam scopus, aut intentio eius: secundò quem locum obtineat iste liber inter partes philosophiæ naturalis: tertiò quæ utilitas eius: quartò quæ diuisio eius sit in partes principales. De primo quisnam scopus, & intentio. hæc differunt in scientia totali, & in partibus scientiæ: sed subiectum partium, & totius idem est, quia totum non differt à partibus; sed differunt libri partiales ab inuicem ex scopo, quia habent diuersas considerationes, ideo quęrimus intentionem eius. Discordes sunt in hoc expositores Albertus, D. Thomas Gaetanus, & Suess. & omnes Latini conueniunt quòd intentio, seu subiectum huius libri est generalis consideratio generationis mixtorum perfectorum: quorum ratio est cum Arist. in libris de generatione uniuersaliter de generatione egerit, in secundo eiusdem de generatione elementorum, sequebatur dicere de generatione mixtorum, quæ duplicia sunt, perfecta, & imperfecta; cum uerò egerit de generatione imperfectorum, quæ generantur aut ex duobus, aut ex tribus elementis, consequens erat declarare de generatione mixtorũ perfectorum; & ideo cum in calce tertii libri cœpisset agere de generatione mixtorum, quæ intra terram fiunt, quæ duplicia erant metallica, & fossilia, consequens erat declarare generationem mixtorum perfectorum, quæ supra terram fiunt: immo uniuersaliter fiunt, tam quæ supra terram, quàm quæ intra terram; & quia iam omnis generatio mixtorum erat ex actione qualitatum primarum, ideo Aristoteles incœpit dicens. Quoniam autem quatuor determinatę sunt causæ elementorum &c. ita autem incœpit, quia debet declarare generationem mixtorum perfectorum, quę fiunt ex actione mutua qualitatum, quę duplices sunt, actiuæ, & passiuæ.

Sed ista expositio includit hanc dubitationem, quòd generatio mixti perfecti in uniuersali est mixtio. quia autem in de Generatione & corruptione sufficienter tradidit modum mixtionis, ideo superuacaneum est hic de eo agere. Secundò quõ iste liber esset pars Meteororum? quæ fiunt in sublimi dicuntur Meteora, quæ constant ex duplici halitu, modò si in isto quarto est declaratio uniuersalis mixtionis, & mixtum perfectum, quatenus mixtum non fit ex duplici halitu; quã ergo cognationem habet iste liber cum libris Meteororum? quare ergo Aristoteles hunc numerat cum libris Meteorologicis? Ideo Ioannes Grammaticus uidens hanc difficultatem in Prologo dixit, quod Aristoteles in quarto debet declarare causas generationis omnium mixtorum uniuersaliter, & quatenus fiunt ex duplici halitu, & id spectat ad meteorologiam. Sed non potest defendi Ioannes, quia quę generantur supra terram, ut caro, os, non fiunt ex duplici halitu, sed ex quatuor elementis; non ergo omnia mixta perfecta fiunt ex duplici halitu, licèt sit uerum de ijs, quæ ge-

nerantur infra terram. Ideo est alia expositio Alexandri, quòd intendat Aristoteles declarare effectus uniuersales qualitatum primarum, quæ quatuor sunt, duæ actiuæ, duæ uero passiuæ. generales autem effectus sunt generalis concoctio, maturatio, coagulatio, liquefactio, quæ sequuntur qualitates passiuas, sicut concoctio actiuas: & ideo iste liber erit pars librorum de generatione, & corruptione, non libri Meteororum, sicut in libris de generatione, & corruptione declarat, quod quatuor qualitates primæ sunt, ex quarum combinatione quatuor elementa resultant: ideo sequitur quòd qualitatũ quædam actiuæ, quædam passiuæ sunt. Sed errat Alexander, quia Aristoteles non declarauit effectus qualitatum primarum nisi, ut ex ipsis generantur mixta perfecta similaria. quod maxime, uerbis quarti huius expressit, & cum iam declarauerit causam generationis partium similarium in genere, sequitur declarare hanc etiã in specie. uerba autẽ Philosophi in calce libri, hæc sunt.

Quoniam igitur habemus cuius generis unumquodque homeomerorum sit accipiendum secundum unumquodque quid est, ut quid est sanguis, aut caro, aut sperma, & aliorũ unumquodque: sic enim scimus unumquodque propter quid, & quid est si materiam aut rationem habeamus: maxime autem cum ambo & unde sit principium motus: manifestis autem his similiter anameomera speculari oportebit, & tandem ex his constituta, ut hominem, plantam, & alia talia.

Ideo est tertia expositio Olympiodori, & Auerroes insequitur Olympiodorum hic, & in procemio huius libri, dicit quòd intentio Aristotelis in hoc libro nõ est declarare effectus qualitatum primarum, sed est declarare causas generationis omnium mixtorum perfectorum similarium: quia mixta perfecta sunt duplicia similaria, ac dissimilaria, non de dissimilaribus intendit agere, quia spectant ad libros de animalibus: sed de similaribus quæ duplicia sunt inanimata, quæ intra terram ut plurimum, fiunt ueluti metalla & animata. nam cum in libris de generatione egerit de generatione mixtorum imperfectorum: deinde de generatione mixtorum perfectorum, quæ inanimata sunt, egerit in calce tertij Meteor. sequitur agendũ de generatione mixtorum perfectorum similarium, quæ animata sunt, ut sanguis, caro, neruus, os, in animali. cortex in planta. sed quia conueniebant mixta similaria perfecta, animata & inanimata; quoniam communiter dicuntur mixta perfecta: ideo Aristoteles prius à communiori exorsus explicat causas generationis mixtorũ similarium simpliciter, antequàm agat de generatione mixtorum animatorum & inanimatorum; non ita fecit de partibus dissimilaribus, quia omne mixtum dissimilare unius generis est, quia omne mixtum dissimilare animatum est patet, quia omne mixtum dissimilare organicum est, omne organicum animatum, quod patet ex definitione data in secundo de anima: dicit ergo quòd hic intendit declarare causas mixtorum perfectorum similarium: de inanimatis egit in calce tertij, in hoc uniuersaliter de mixtis perfectis similaribus animatis & inanimatis, & hæc est intentio secundum Olympiodorum sumpta ex uerbis Aristo. in fine huius quarti.

De secundo quem nam locum obtineat iste liber inter libros naturalis philosophiæ, Alexander, Ammonius dicunt duo, quòd liber est Aristotelis, non tamen decimus Meteor. secundo quòd iungi debet libris de Generatione & corruptione Aristot. eandem opinionẽ secutus est Ammonius. primo quòd debeat adscribi libris de generatione probatur. quia incipit ab ijs quæ declarata sunt in libro secundo de generatione & corruptione. nam cum ibi dixisset, quod quatuor sunt qualitates primæ à quibus nominantur quatuor elementa; & quòd istarum qualitatum duæ sunt actiuæ, ut calidum & frigidum; duæ passiuæ ut humidum & siccum; hic consequenter specificat & dicit, quòd uidendum est a nobis, quæ sint opera & effectus harum qualitatum primarum tam actiuarum, quàm passiuarum & quæ sunt opera actiua actiuarum, & quæ passiua passiuarum; & ideo iste liber debet annecti libris de Generatione & corruptione, quia dicit Aristo: quòd debemus uidere nunc quæ sint operationes qualitatum primarum, & propterea debet annecti lib. de generatione & corruptione. Tum secundo dicit Ammonius, quia nisi iste liber connecteretur lib. de Generat. & cor. tunc diuulsi & dissecti erunt libri naturalis Philosophiæ Aristo. & sic discreta erit oratio Arist. quia cum in secundo de generatione, & corruptione egerit de elementis

tis quatenus elementa sunt, idest quatenus sunt principia mixti, quia elementa ut elementa sunt, sunt principia mixti, & elementati. & quia non sunt principia mixti & elementati nisi mediantibus quatuor primis qualitatibus, ex actione & passione, quarum fit temperamétum, & complexio, quæ est terminus mixtis ipsarum primarum qualitatum, & mixtionis resultatæ ab illis, etsi sic est. cum ergo Aristo. in lib. de Generatione egerit de elemétis quatenus elementa, & ibi de his fecerit longum sermonem, ut. s. sunt principia mixti & elemétata, non sunt principia mixti nisi ratione mutuæ actionis & passionis qualitatum primarum, & sic quatenus simul agunt & operantur, & quia in isto quarto libro egit de effectibus & operationibus illarum primarum qualitatum resultantium ex actione & passione illarum; ergo debet sermo huius libri continuari sermoni libri de generatione & corruptione, aliter inquit Ammonius diuulsa & discreta erit oratio Aristot. de generatione & corruptione, & consequenter erunt dissecti libri naturalis philosophiæ Aristot. Quòd autem ille liber non sit x. Meteor. probatur primo quia quæ hic declarantur minimam habent affinitatem cum Met. quæ in lib. Met. tractantur, quia quæ quæruntur in lib. Met. eorum generatio dependet ex duplici halitu. Sed quæ hic declarantur. s. in isto quarto libro non sunt ex duplici halitu, quia generalis intentio huius libri est circa generationem mixtorum perfectorũ similarium tam animatorum, quàm inanimatorum in uniuersali. quæ generatio non fit ex illo duplici halitu, quia mixta perfecta animata similaria non pendent ex duplici halitu, ergo minimã habent affinitatem cum Meteorologicis. Tum secundo & fortius, quia Arist. in procemio huius lib. Met. agens catalogum eorum quæ declarantur in lib. Meteo. nullo modo meminit, nec proponit ea quæ declarantur in isto libro, sed tantum numerat ea quę declarantur in tribus primis libris prælectis; ergo iste non est pars Met. quia si esset pars eorum, ibi expressisset Arist. quod tamen non facit; ergo. Et sic Alexander & Ammonius dicunt, quòd iste quartus liber non est pars Met. sed est annectendus lib. de generatione & corruptione, & addit Ammonius, quòd non tantum iste quartus liber debet annecti lib. de Generatione & corruptione, sed etiam finis tertii libri debet illi annecti, in quo fit mentio de generatione fossilium & Metallorum: non autem debet dici pars Meteor. & hæc addit Ammonius ultra ea, quæ dicit Alexander, ut inquit Olympiodorus. Sed Domini ista opinio quicquid dicat, uana est, & falsa, & uos eritis iudices, & nolo ut credatis mihi, sed rationibus meis, & nõ auctoritati. & primo quia Arist. ubique inscribit hunc librũ quartũ Meteorologicorum, & apud omnes Græcos inuenitur, & etiam ipsi fatentur; ergo falsa est opinio Alexandri, & Ammonij, quia ex inscriptione spectat ad Meteor. aut descriptio Arist. erit falsa, & tamen ab omnibus acceptatur ista inscriptio; tum secundo arguo ratione insolubili, quia si iste liber non est pars libri Meteor. sed debet annecti lib. de generatione & corruptione, ergo cum ille liber de generatione & corruptione præcedat libris Met. & iste quartus liber & finis tertij sunt partes lib. de Generatione & corruptione; per se ergo finis, & iste quartus liber præcederent libros Meteo. quod tamen falsum est. & contra Aristotelem in fine huius quarti, ubi continuans hunc quartum librum Meteo. nõ continuat ipsum ad librum Met. sed ad librum de animalibus & plantis; ergo non sunt finis tertij, & iste quartus annectendus lib. de Generatione & corruptione. Secundo & fortius, quia ordo librorum Arist. sequitur ordinem naturæ: non enim ordinauit Arist. libros suos ad libitum, sed ordine naturæ; & ideo rationabiliter philosophi debent facere, & maxime inter alios facit Arist. de eius mirabili ordine semper miror, & ideo de necessitate semper debet philosophus sequi ordinem naturæ ita quòd liber phisicorum ita est primus in ordine naturæ inter libros philosophiæ naturalis; quòd non potest esse secundus, & ita liber de cœlo est secundus quòd non potest esse primus nec tertius; & ita de alijs. ergo qualis est ordo naturæ in rebus naturalibus, talis debet esse ordo librorum. ergo cum Aristo. in lib. de generatione & corruptione egerit de generatione absolute & generaliter, & egerit etiam ibi de generatione corporum simplicium, idest elementorum ut elementa sunt, consequés erat ei agere de mixtis de necessitate. & quia mixta erant duplicia, quædam perfecta quædam imperfecta, & imperfecta sunt simpliciora; ergo priora; ergo de necessitate ordine naturæ sequitur quòd postquam egit de generatione corporum simplicium debet agere de ge-

neratione mixtorum imperfectorum, de quibus egit in primis tribus libris Meteororum, in quibus agit de mixtis imperfectis. & quia postquam egit de mixtis imperfectis debuit agere de mixtis perfectis, ideo in fine tertij & in isto quarto prius agitur de perfectis mixtis: sed in natura mixta imperfecta sunt priora, quàm mixta perfecta, & in tribus primis libris Meteo. egit de generatione mixtorũ perfectorum. ergo de necessitate sequitur, quòd iste liber non potest præcedere tres libros Meteororum, in quibus agitur de mixtis imperfectis, cum in isto quarto agatur de perfectis mixtis, & mixta imperfecta sunt priora in natura, quàm perfecta. ergo non potest iste quartus liber præcedere illis tribus Meteororum: sed illos debet de necessitate insequi. ergo finis tertii & iste quartus non possunt annecti libro de generatione & corruptione, quia sic præcederet libros Meteororum. ergo non possunt annecti lib. de generatione. Tertio additur quia sequeretur quòd secundum Alexandrum non tantum quartus liber deberet annecti libris de Generatione, sed etiam deberet pręcedere librum de generatione & corruptione, quod ostendo: dicit Olympiodorus, quia in lib. de generatione & corruptione sermo habetur ab Aristotele de elementis, quæ sunt generabilia & corruptibilia secundum partes, quia secundum totum non corrumpuntur: & duo sunt generabilia & corruptibilia, quia in lib. de cœlo & mundo agit de illis ut sunt æterna & incorruptibilia, & ut sunt partes essentiales mũdi, & dico quòd sunt ęterna & incorruptibilia. s. secundum totum: sed elementa prius sunt passibilia & agentia quàm generabilia & corruptibilia, & in isto quarto libro agit de elementis quatenus agentia sunt & passibilia. ergo iste liber quartum scilicet Meteororum debet precedere librum de generatione & corruptione, & non debet sequi illum, quia prius elementa in generabilia, & incorruptibilia sunt, quàm sint generabilia, & corruptibilia. et liber de cœlo præcedit librum de generatione, & corruptione, & elementa ut sunt passibilia & agibilia præcedũt illa, ut sunt generabilia & corruptibilia. ergo istę liber quartus, in quo agit de elementis, ut sunt agibilia, & passibilia, debet præcedere librum de generatione, & corruptione, in quo de illis agitur ut sunt generabilia, & corruptibilia: quia non sunt generabilia, & corruptibilia nisi ut sunt actiua & passiua, ergo. Quarto arguitur quia falsum est etiam dictum Ammonij, quòd finis huius tertii non sit Met. sed etiam debeat annecti lib. de generatione & corruptione, quia agit ibi Aristo. de generatione fossilium, & metallorũ, ut constant ex duplici halitu, sed omnis generatio quæ fit ex duplici halitu spectat ad librum Met. ergo illa pars manifestè spectat ad lib. Met. ergo non debet annecti lib. de generatione, & corruptione, ut uoluit Ammonius: & ideo aliter dicunt alij, ut Sueß. & Pompon. qui dicunt quòd reuera iste liber non est pars Meteorologica, ut recte inquit Alex. in hoc, sed discordant ab Alexandro, quia dicunt, quod iste liber non debet annecti libris de generatione, & corruptione, sed est liber seiunctus, nulli parti annexus, & dicunt, ut uitent argumenta superius facta cõtra Alexandrum, quòd debet seorsum situari, & interponi inter librum Mete. & librum de partibus Animalium ita, quod debet sequi librum Met. & præcedere librum de Animalibus & de plantis. & ideo uolunt quòd non sit annectendus lib. de Generatione & corruptione, sed quòd sit liber seorsum nulli annectendus, sed locandus post lib. Mete. & ante librum de animalibus, & de plantis, & ideo Arist. in fine huius libri ordinat hunc librum ad librum de animalibus & plantis, non potest iste liber annecti lib. de generatione sicut dicit Alexander: quia deberet prçordinari libro Meteo. & non libro de animalibus, ut facit Arist. & sic dicunt quòd liber iste est seorsum locandus, & nulli annectendus &c. Sed huic opinioni obstat, quia ubique Aristo. citat hunc librum, & uocat quartum Meteo. & inscribit ipsum, ut patet in titulo apud omnes Græcos, lib. Meteo. ergo aut falsa est inscriptio Aristotelis, aut isti errant. sed aliqui eorum respondent huic dubio, & dicunt quòd incompleta est illa inscriptio, quia Aristo. non appellat hunc librum, librum Meteo. sed debet inscriptio sic stare. Incipit quartus liber Meteo. aut mixtorũ perfectorum similariũ, &c. aut & secundo dicunt, quod forte est hoc, quia antiqui locant hanc partem de generatione mixtorum perfectorum similarium sub parte Meteorologica, & ideo Aristo. etiam eos secutus inscripsit hunc librum quartum Meteor. licèt reuera non sit quartum Meteor. sed insequitur antiquos in hoc, & sic bifariam soluitur. Sed Domini quod dicunt, falsum est, &

primo

primo quod primo dicunt, est falsum.s.quòd incõpleta est inscriptio huius libri, quia Arist. ubique appellat hunc quartum librum, quartum Meteo. & nunquam ipsum appellat librũ de Generatione mixtorum similarium perfectorum. Sed appellasset ubique uel aliquando (si esset ut isti dicunt) librum hunc librum de generatione mixtorum perfectorum similarium, quod tamen nunquam fecit. quod etiam dicunt, quòd Aristo. in hoc secutus fuit antiquos, qui hunc librum continuarunt cum libris meteorologicis, & falsum est, & fictitium, quia quæro unde haberit ipsi hoc, quòd antiqui clauderent istam partem sub Met. fingunt enim sibi hoc; nullibi inuenietis hoc, quod antiqui acceperint istam partem, quæ est de generatione mixtorum perfectorum similarium sub meteorologicis, & quod non sit pars Meteorologica, & quod Aristo. sequens antiquos ita etiam inscripserit hunc librum.s. quartum Meteor. & sic remanet ratio in robore suo quod non est, ut Alexander dicit, addendus lib. de Generatione, neque est liber seorsum, ut dicunt isti.

Quærebatur secundo quem nam locum obtineat iste liber quartus Meteor. inter partes philosophiæ naturalis, & recitaui uobis duos modos dicendi. Primus fuit Alexandri, qui dicebat, quod iste liber quartus non est liber Meteor. sed debet annecti & ascribi libro de generatione. & corruptione. & hoc idem dicebat Ammonius. & adduxi quatuor rationes eorum; & demum reieci istam opinionem, & demonstraui contra eam, quòd nullo modo potest defendi ista opinio, & ideo fuit secũda opinio quòd iste liber quartus nõ sit pars libri de generatione, & corruptione, neque Meteor. sed sit seorsum liber intermedius inter librum Meteor. & librum de animalibus & plantis; & sic non debet annecti lib. de Generatione, & corruptione, ut dicit Alex. & reieci istã opinionẽ quæ etiã dicebat, quòd debebat inscribi liber de mixtis perfectis similaribus; & eã reieci quod Aristo. ubique nominat hunc librum quartum Meteor. & ideo fuit quartus modus dicendi Olympiodori, quòd iste liber est pars Meteor. & est ultima pars Meteor. & hoc est, quia cum primo in lib. de generatione & corruptione egerit de generatione & corruptione uniuersali, & secundo etiam in secundo de generatione & corruptione egerit de generatione & corruptione elementorum in speciali, & postea de mixtis imperfectis, tertio loco, & in primis tribus libr. Met. in quibus egit de generatione mixtorum imperfectorum, & in calce tertij aggressus est de generatione mixtorum perfectorum, quæ intra terrã fiunt ex duplici halitu: & quia mixta perfecta sunt duplicia, quædam animata, quædam inanimata, quæ ut plurimum generantur intra terram, & de mixtis perfectis inanimatis, quæ fiunt intra terram egit in fine tertij libri: ideo postea debebat agere de mixtis perfectis animatis, de quibus habendus est sermo in libro de Animalibus & in lib. de plantis; & quia mixta perfecta tam animata, quàm inanimata continentur in hoc genere.s. quod ambo sunt mixta perfecta, & habent partes similares: ideo prius uniuersaliter agendum est de generatione mixtorum perfectorum similarium, tam animatorum, quàm inanimatorum, de quibus agitur in libro quarto in uniuersali, quia semper cognitio partium debet uniuersalem præcedere. & ideo Arist. in isto quarto libro debet tradere sermonem uniuersalem de generatione mixtorum perfectorum similarium tam animatorum, quàm inanimatorum, & dicendum de mixtis perfectis animatis dissimilaribus in particularibus libris de animalibus & plantis, in quibus speciatim fit sermo mixtorum perfectorum dissimilarium animatorum, ut patet ex uerbis Arist. in fine huius quarti, ubi dicit, quod quoniam egimus de generatione mixtorum perfectorum similarium in uniuersali, nunc agendum est de ijs, quæ ex istis componuntur de partibus dissimilaribus & de toto corpore, & ideo iste quartus liber cõnumeratur inter libros Meteor. quia cum egisset de mixtis inanimatis similaribus, quæ intra terram generantur in uniuersali, ideo ut compleat illam partem, scilicet de mixtis perfectis similaribus, quia conueniunt in hoc genere mixta perfecta similaria animata, & inanimata, scilicet quòd omnia sunt mixta perfecta similaria; ideo ut compleant illam partem, scilicet quæ est de mixtis perfectis similaribus, quæ communicant in illo genere, agit de mixtis perfectis similaribus in uniuersali tam animatorum, quàm inanimatorum, quia conueniunt in hoc genere, quod omnia sunt mixta perfecta similaria, & ideo resolute dico secundum Olympiodorum, istum quartum librum esse partem lib. Meteor. & debet locari post tertium librum

Meteor. quia inquit agitur de generatione in uniuersali mixtorum perfectorum tam anima torum, quàm inanimatorũ similarium,& ideo sustinendo hunc modum dicendi Olympiodori, respondeo ad rationes in oppositum Alexandri & Ammonij. Ex primo de primo ipsius Alexandri, cum arguit quod iste liber est pars libri de generatione, quia Aristo. continuat istum librum cum iis, quæ declarantur in lib. de generatione & corruptione, quia ibi dixit quòd quatuor sunt qualitates primæ, quarum duæ sunt actiuæ, duæ uerò passiuæ: hic autem exponit, quæ actiuæ, quæ passiuæ,& qui sint effectus istarũ.ergo iste quartus debet annecti, & continuari lib. de generatione & corruptione, dico quod ista non cogit,ne que ex hac ratione dicendum est, quod Aristo. continuet istum librum cum lib. de generatione, & corruptione, quia Aristo. accepit ea, quæ declarata sunt ibi tanquam suppositiones, & utitur illis,quæ ibi declarantur, tanquam suppositionibus in isto libro, sicut sæpe fecit Arist. quia multoties accipit declarata alibi ueluti suppositiones in alio libro,& ita facit hic, quia accipit, ut suppositiones aliqua declarata in lib. de generatione & corruptione, ut quod illæ qualitates primæ sunt quatuor:duæ actiuæ, & duæ passiuæ,&c. De alio quod addebat Ammonius, quia nisi iste liber continuaretur lib. de generatione & corrupt.tunc interfecta erunt quæ explicantur in lib.de generatione,& sic dissectæ erunt etiã partes philosophiæ naturalis, & probabat, quia in secundo de generatione & corruptione agit Aristot. de elementis pro ut elementa sunt, idest ut sunt partes integrales mixtorum,& ut referuntur ad mixtum, sed mixta non erunt ex elementis, nisi ex actione & passione qualitatum primarum inuicem,quarum duæ sunt actiuæ,& duæ passiuæ:hæc autem ostendit nobis Arist. in hoc libro, scilicet quomodo duæ passiuæ qualitates sint, & duæ actiuæ, & quomodo ex earum passione, & actione resultat mixtum, quia mixtum non erit nisi ex actione, & passione qualitatum primarum, quod hic declarat.ergo hic declaratur quomodo elementa sunt elementa.ergo iste liber continuatur de necessitate cum lib. de generatione,& corruptione, aliter ille liber esset dissectus. quia si ibi est sermo de elementis prout sunt elementa, debet ergo ibi etiam declarare quomodo elementa sint elementa, & quomodo conueniant in mixto, quod non fieret in lib. de generatione & corruptione, si iste liber nõ continuaretur illi,& sic etiam ultima pars libri tertii meteororum debet continuari cũ lib. de generatione, & corruptione, ut supra diximus, aliter illi libri essent dissecti,si interponeretur alius liber, quia interrumperetur illa continuitas,quia debet declarare quomodo elementa coniungãtur in mixto &c. Sed hæc ratio Ammonii uana est, quia cũ dicimus,quod elementa prout elementa sunt, cõnumerantur in lib. de generatione & corruptione, uerũ est:prout autem sunt partes simplices uniuersi,& substantiæ simplices cõnumerãtur in lib. de cœlo,& mundo,& ideo in lib. de generatione, & corruptione considerantur, ut partes mixti. & cum dicimus, quod elementa non sunt elementa nisi quatenus habent qualitates primas, ex quarum mutua actione, & passione resultat mixtum, quia mixtum non resultat ex elementis, nisi quatenus habent qualitates primas agentes,& patientes inuicem,ut sum dicit, & cum subiungit, sed hoc declaratur in isto quarto libro:ergo &c. dico quod etiam istud declaratur in lib. de generatione,& corruptione quod elementa quatenus elementa sunt, habent qualitates primas, & ex earum actione, & passione resultat mixtum,& hoc ibi in uniuersali, hic uero tantum declarat Aristot. quomodo elementa ut elementa sunt, sunt partes mixti similaris, cuius generatio fit ex eorum mutua actione,& passione,& per congelationem, quæ mixta similaria fiunt à calido,& frigido, & sic non agit hic de elementis,quatenus sunt partes mixti absolute:sed de mixti perfecti similaris generatione hic agitur,& sic nihil contra nos, quia sic nõ erunt dissecti illi libri de generatione,quia iste est diuersus tractatus ab illis. De tertio quia argumentabatur Alexander quod iste liber nullam habet affinitatem cum lib. Meteor. quia quæ spectabant ad librum Meteor. sunt illa, quæ fiunt ex duplici halitu, sed partes animalium, & plantarum non fiunt ex duplici halitu, ergo non spectant ad hunc librum,ergo nullam habent affinitatem cum libris Meteor. ergo non est pars Meteor. quia partes similares non fiunt ex duplici halitu, sed ex coagulatione,& concoctione ut diximus. Et addebat Ammonius ad argumentum quod Arist. in procemio huius libri numerãs ea, quæ pertractantur & spectant ad librum Meteor. non numerat

numerat ea, de quibus agitur in isto quarto libro, sed numerat ea tantum, quæ tractantur in primis tribus libris Meteor. ergo signum est, quod iste quartus liber non est Met. & dico ad hoc domini, ut sæpe dicit Linconiensis in primo Posteriorum, quod aliquando aliqua pars est elementalis alicui libro, & aliquando aliqua pars accidentalis alicui libro, & ad complementum, quia Aristo. aliquando addit aliquas partes, quæ faciunt ad complementum totius libri, quæ partes non sunt essentiales, nec principales illius libri, ut multa addit Arist. in lib. Posteriorum, quæ non sunt essentialia illi libro, ut secundum caput, & ibi bene notat Linconiensis, & alibi in lib. Posteriorum, quia multoties Linconiensis dicit, quod hæc pars est essentialis pars libri, & aliquando dicit, hæc pars non est essentialis, sed ad complementum, & bene esse libri, non tamen de essentia libri, & uerum dicit &c. sic etiam dico ego hic ad propositum, quod iste quartus liber est pars Meteor. sed non est pars principalis, & essentialis eius, sed potius est ad complementũ libri Meteor. & dico causam, quia intentio Aristotelis in lib. Meteor. est declarare ea, quæ fiunt in sublimi ex duplici halitu, & quia mineralia fiunt ex duplici halitu, ideo Aristoteles in fine tertij libri egit de mineralibus, scilicet de generatione metallorum, & fossilium, quia in hoc habent conformitatẽ cum Meteoris ipsa fossilia, & metalla quæ fiunt ex duplici halitu: postea uero quia Aristoteles erat nobis declaraturus generationem partium Plantarum, & animalium, quæ sunt mixta perfecta similaria, & mixta intra terram, scilicet mineralia ipsa, sunt etiam mixta perfecta similaria, & in hoc assimilatur partibus plantarum, & animalium: quia etiam sunt mixta perfecta. & ideo propter hanc conformitatem, quam habent simul, fuit necesse Aristo. ex quo omnia mixta perfecta similaria, scilicet mineralia, & partes plantarum & animaliũ conueniunt in hoc genere communi; agere de causis generationis mixtorum similarium in uniuersali, & in communi antequam aggrediatur particularem sermonem de causis generationis mixtorum similarium, & in speciali de causis generationis partium animalis, & Plantarum, & deinde in speciali de partibus dissimilaribus, & de mixto perfecto dissimilari, ut de plantis, & animalibus, & huiusmodi. & quia in isto quarto lib. agit de generatione mixtorum perfectorum & similarium, quæ communicant in genere illo cum mineralibus, de quibus egit in fine tertii Meteor. ideo iste quartus annectitur illi tertio quoquomodo, scilicet indirecte, & ut complementum illius sermonis in fine tertii libri, non tamen tanquam principalis pars, & essentialis ipsorum Meteor. sed quia complet illam partem præcedentem, & ideo Arist. inscribit istum librum quartum Meteororum, quia est tanquã complementum, & tanquam pars accidentalis libri Meteororum, & illius partis, quæ traditur in fine tertii libri, & ideo Aristo. non numerauit in procemio, quæ hic traduntur, quia ea, quæ hic traduntur, non sunt essentialia Meteora, sed ut complementum eius, & iste est artificialis, & mirabilis ordo ipsius Aristotelis. Sed uos dicetis contra, quia hic est dubitatio, nam Aristoteles non seruat ordinem doctrinæ, quia Arist. ubique clamat, quod uniuersalia, & uniuersalium cognitio debet præcedere ordine doctrinæ minus uniuersalia, & Posteriora natura: sed in isto quarto libro traditur generalis, & uniuersalis cognioo generationis mixtorum similarium, quæ comprehendit inanimata, & metalla, & fossilia, & animata, ut partes plantarum, & animalium. & in fine tertii de causis mixtorum perfectorum similarium inanimatorum tantum, quia de generatione fossilium, & metallorum &c. ergo Aristoteles præposuit sermonem particularium, & minus uniuersalium sermoni uniuersaliũ: quæ cognitio est generis, & illa speciei. ergo Aristot. peruertit ordinem doctrinæ, dubitatur secundo, quia Aristo. postquam in fine tertii declarauit generationem fossilium, & metallorum dixit, specialis uero declaratio de unaquaque specie metallorum perficietur alibi, & in particularibus libris, ut in libro de metallis, quem nos non habemus ab Aristotele, sed à Theophrasto, ut dicit ibi Alexander, & ideo quæritur, dato quòd ille liber de uniuersalibus haberetur ab Aristotele, in quo loco debet reponi? dicas quòd non debet poni post librum tertium Meteor. & ante quartum hunc, quia ibi in tertio libro agitur generaliter de generatione metallorum &c. Si sic contra, quia erit dubitatio: nam cum in illo libro de metallis debeat tradi notitia specialis de metallis, & in isto quarto agitur in uniuersali de generatione omnium mixtorum perfectorum similarium; ergo iste liber debet præ-

cedere

cedere illum, quia aliter cognitio specialis, & spec. præcederet generalem, & uniuersalem cognitionem, de qua agitur in isto quarto libto, cuius oppositum ubique dixit Aristo. quia semper uniuersalia debent particularia præcedere. si uero dicas, quòd est ponendus post hunc librum quartum, contra, quia tunc sequeretur quod Aristo. male ordinasset hunc librum quartum ad librum de partibus animalium: sed debuit ordinare ipsum ad librum de metallis, & non ad librum de animalibus, & plantis. cuius tamen oppositum dixit Aristoteles in fine huius quarti, ubi dicit quòd, cum egerimus de partibus similaribus, agendum erit de dissimilaribus, ut egit in libro de Partibus animalium, & plantis: ergo male ordinatur &c. Ad primum cum dicis quod otdine doctrinæ cognitio uniuersalis præcedit particularem, sed cognitio, quæ habetur in isto quarto libro, est uniuersalis, quia est tam mixtorum similarium animatorum, quàm inanimatorum, & in tertio est specialis, quia de mixtis perfectis similaribus inanimatis, quæ intra terram fiunt tantum traditur cognitio: ergo iste quartus præcedere debet finem tertii &c. Dico quod petuertit aliquando Aristoteles ordinem doctrinæ propter commodiorem doctrinam, quemadmodum diximus de libro de animalibus, & de libro plantarum; ubi ordine naturæ & ordine doctrinæ liber de plantis debet præcedere librum de animalibus, sicut optime probauit Auert. in primo huius. & ideo ordinauit, quòd liber de Plantis præcederet, & male, quia nesciebat soluere hoc argumentum: quia licèt plantæ debeant præcedere ut simpliciores, tamen propter commodiorem doctrinam, quia ex partibus animalium innotescunt nobis partes plantarum, liber Plantarum debet sequi librum de animalibus, licet Plantæ simpliciores, quia tantum uegetabilem facultatem includunt, & Arist. præuertit ordinem proptet commodiorem doctrinam, ut etiam omnes expositores Græci faciunt; licèt Auerroes oppositum teneat, & errat; quia liber de animalibus debet præcedere librum de plantis, quia plantarum partes innotescunt ex partibus animalium. peruertit ergo Aristoteles ordinem doctrinæ, aliquando propter commodiorem doctrinam; & ita etiam facit Atist. hoc in casu, quia postquam in libris tribus declarauit, & egit de eis, quæ fiunt in sublimi ex duplici halitu, & in fine tertij; postea egit de fossilibus, & metallis prout fiunt ex duplici habitu intra terram, quæ spectant ad met. & quia illa erant mixta perfecta similaria; quæ communicant in generatione cum mixtis perfectis similaribus, quæ supra terram fiunt tam animatis quàm inanimatis, quia omnia sunt mixta perfecta similaria, & agit in fine tertij de illis mixtis perfectis similaribus, quę intra terram in particulari; ideo ut compleret totam cognitionem omnium mixtorum perfectorum similarium, quæ imperfecta erat, fecit hunc librum quartum; in quo loco habetur cognitio generationis mixtorum perfectorum omnium similarium in uniuersali, scilicet tam animatorum, quàm inanimatorum. & ideo ad commodiorem doctrinam præposuit cognitionem partium similarium mixtorum perfectorum in specie cognitioni uniuersali eorum, quia si statum postquam egit de eis, quæ fiunt in sublimi ex duplici halitu, dixisset de ijs, quæ fiunt sic in uniuersali, non esset ita clara, & commoda. De secundo quòd dicis; dato quòd detur ab Aristotele liber de metallis, dico quòd debet sequi immediate hunc quartum librum. ergo iste quartus liber non ordinabitur ad librum de partibus, & ad librum de plantis, ut uult Aristoteles in fine huius. Dico quòd ordinatur ad illos non immediate, sed mediante illo libro de metallis; quia cum egit Arist. de causis genetationis partium similarium in uniuersali; & in genere tam animatorum quàm inanimatorum, sequitur de causis mixtorum similarium in speciali, scilicet de mineralibus: & ideo post hunc quartum sequitur de metallis, & deinde de partibus animalium, & de plantis. Tertia dubitatio principalis est de utilitate huius libri: dico quòd utilitas huius libri est duplex, una essentialis, & alia accidentalis. essentialis utilitas etiam est duplex, & una dico quòd est eadem cum utilitate, quæ est totius philosophiæ naturalis, quia est pars naturalis philosophiæ, & utilitas partis est eadem cum utilitate totius. quæ autem sit utilitas naturalis philosophiæ, non repeto, quia aliès dictum fuit. secunda essentialis & principalis huius libri est generalis cognitio mixtorum perfectorum similarium in uniuersali; accidentalis etiam utilitas est multiplex & multorum, quia est utilis philosopho, & est utilis medico, quia agitur de concoctione & inconcoctione, & coagulatione, & putrefactione: quorum scientia est etiam utilis

lis medico, quia multa hauriunt medici ex isto libro, & sic etiam est utilis medico ualde. Quarta dubitatio principalis est de diuisione huius libri, dico, quòd liber iste diuiditur in quatuor partes principales, ut dicit Ammonius; in prima docet Aristoteles, quòd sunt quatuor qualitates primę, duæ actiuæ, & duæ passiuæ. in secunda parte docet Aristoteles actiones illarum qualitatum. s. quidnam agant qualitates primæ actiuæ, quidve passiuæ; & dicit, quòd actiuæ agunt concoctionem, & incócoctioné, & sic decoquunt; & dicit, quod coctio est quædam operatio calidi, & incoctio est operatio frigidi: & coctio, & etiam incoctio habent plures species sub se: quia coctio habet tres species quæ sunt pepansis, ephesis, & optesis, & inconcoctio habet etiam tres alias species contrarias illis quæ sunt omotes molynsis, & stateusis. de quibus agitur in libro isto, ut infra uidebimus, & declarabimus, & passiones etiam qualitatum passiuarum, in tertia parte ostendit Arist. quæ nam sint qualitates actiuæ. & quæ passiuæ & opera istarum qualitatum. in quarta parte docet nos regulas generales quomodo distinguemus mixta, quæ generantur à calido, & mixta, quæ generantur à frigido: quia quæ generantur à calido, soluuntur à frigido, & quæ generantur à frigido soluuntur à calido. hæc hactenus de prælibandis.

TEXTVS PRIMVS.

QVoniam autem quatuor determinatæ sunt causæ elementorum: harum autem secundum coniugationes & elementa quatuor accidit esse: quarum duæ quidem actiuæ caliditas, & frigiditas, duæ autem passiuæ siccitas, & humiditas. Fides autem horum ex inductione. Videntur enim in omnibus caliditas quidem, & frigiditas terminantes, & copulãtes, & transmutantes & ea, quæ eiusdem generis, & ea, quæ non eiusdem generis, & humectantes, & exsiccantes, & indurantes, & mollificantes. Sicca autem, & humida terminata, & alias dictas passiones patientia, & ipsa secundum se, & quæcunque communia ex ambobus corpora cõstant. Adhuc autem ex rationibus palam est, quibus definimus naturas ipsorum. Calidum enim & Frigidum, ut actiua dicimus. concretiuum enim sicut actiuum aliquid est. Humidum autem, & Siccum passiua. Facile terminabile enim, & difficile terminabile, eò quòd patitur aliquid natura ipsorum, dicitur. Qùod igitur hæc quidem actiua sunt, hæc autem passiua, manifestum est.

QVia Philosophus vult docere, quæ nam sint qualitates primæ, & quot; quarum duæ sunt actiuæ, & duæ passiuæ, quibus specificãtur, & numerantur elementa, quia ex numero qualitatum primarum specificatur numerus elementorum; & debemus dicere quæ nam sint actiones earum, & quæ passiones, scilicet quæ sunt actiuarũ actiones, & quæ passiuarum passiones, & dico actiones, & passiones in genere, & etiã in specie, ut quæ sint actiones qualitatum in genere, & quæ in specie, & quæ differentiæ, quæ sunt species, & sic etiam de passiuis: dicit, quòd elementa specificantur à qualitatibus primis. sed dices, quomodo elementa specificantur per istas qualitates primas, quia non uidetur uerum, quia substantiæ non specificantur ab accidentibus, sed elementa sunt substantiæ, & qualitates sunt differentiæ, & accidentia, quomodo ergo specificantur à qualitatibus primis? dico ut dicit Ioannes Grammaticus in secundo de generatione, & corruptione, quod, si considerantur elementa, ut sunt substantiæ, sic non specificantur ab istis qualitatibus primis: si autem considerantur elementa, prout sunt elementa, & prout ex eis oriantur mixta, sic ista elementa specificantur à primis qualitatibus: quia ut sic istæ quatuor qualitates sunt differentiæ, elementorum specificæ, quia elementa pro ut elementa, sunt partes mixti, sed substantiæ non sunt partes mixti, nec ex ipsis oriuntur mixta nisi actione mutua, & passione qualitatum primarum, & elementorum: sed elementa non habent mutuam actionem, & passionem nisi ex qualitatibus primis, quia ut sic agunt, & patiuntur, ergo, ut sic possunt specificari elementa, scilicet ut elementa, & ut partes mixti ab ipsis qualitatibus primis specificantur, & numerantur; hæc uerba dupliciter possunt exponi. primo modo quòd numerãtur elementa à quatuor qualitatibus primis, aut quia ut sunt quatuor qualitates primæ, ita sunt quatuor elementa, ita quòd unicuiq; elementorum insit una quatuor qualitatum primarum: quia cum sint quatuor qualitates primæ elementa

ex his

ex his numerantur. ſecundo poteſt exponi, ut dixit Ari. in ſecundo de generatione, & corruptione, quòd eleméta numerãtur à quatuor qualitatibus primis, quia cum quatuor ſint qualitates primæ ergo ſex modis poſſunt combinari: quarum cõbinationũ quatuor erũt utiles & duæ inutiles, & ex illis utilibus numerantur elementa, quia quodlibet elementum habet duas qualitates, ergo habet unam combinationem qualitatum, & combinationes utiles ſunt quatuor, quia qualitates quatuor modis poſſunt combinari; utilia ergo quatuor ſunt elementa, quia ex ſex combinationibus duæ ſunt impoſſibiles, quia combinantur contraria, reliquæ uero ſunt poſſibiles, ergo ſunt quatuor. quia ergo ſunt tantum quatuor combinationes utiles qualitatum primarum, & unicuique elemento conuenit una combinatio utilis qualitatum primarum, & poſſibiles combinationes ſunt tantum quatuor, ergo tantum quatuor ſunt elementa. ergo elementa numerantur à qualitatibus primis, & notate quòd uſque ibi (determinatis autem his) debent legi uerba textus ſuſpẽſiuè.

Dicebamus quòd Ariſt. oſtenſurus nobis generationem mixtorum perfectorum ſimilariũ repetit quæ declarat in ſecundo de generatione & corruptione, & illis utitur ut ſuppoſitionibus. hîc dixit ergo quòd, cum quatuor ſint qualitates primæ quibus ſpecificantur elementa, & numerantur, & cum duæ iſtarum qualitatum ſint actiuæ, & duæ paſsiuæ: ideo ſcrutandum eſt à nobis in præſenti loco, quæ nam ſint operationes harum qualitatum, ut quæ nam ſint illæ actiones actiuarum, incipiendo à genericis actionibus uſque ad ſpecies ſpecialiſsimas, ideſt uſque ad proprias ſpecies, & qualitatum paſsiuarum paſsiuas operationes, id eſt uſque etiam ad ſpecies ſpecialiſsimas, &, ut dixi, omnia hæc dicta ſunt in lib. de generatione, & corruptione. quia ergo dixit, quòd harum quatuor qualitatum duæ ſunt actiuæ, & duæ paſsiuæ, nunc iterum oſtendit hoc reaſſumens ea, quæ in lib. de generatione, & corruptione dicta ſunt, ſcilicet quòd calidum, & frigidum ſunt actiua: humidum, & ſiccum ſunt paſsiua; & hoc dupliciter probat. primò enim probat hoc inductione, & primò quod calidi, & frigidi ſit agere inducendo, tria opera ipſarum, & dicit, quòd hoc uidebimus primò quod calidum & frigidum ſunt actiua inducendo tria opera: calidum & frigidũ terminant, uniũt, & tranſmutant: è contra uero paſſiuæ, ut humidum, & ſiccum, terminantur, uniantur, & trãſmutantur. ſed tranſmutare, & unire, & terminare ſunt opera actiua, & actiones, ergo illarũ opera ſunt actionis: terminari uero tranſmutari, & uniri ſunt paſſiones: ergo earum opera ſunt paſsiua; ergo iſtæ qualitates ſunt paſsiuæ; de ratione debemus declarare utrunque; quia aſſumptum habet duas partes, & primò debemus probare, quòd calidum, & frigidum terminent: & dicit primò, calidum, & frigidum terminant, ideſt dant propriam figuram, & terminum rei, quæ res terminatur termino proprio, quia non alieno termino, & quia res non amplius fluit, ſed conſiſtit, ſicut album oui cum calore conſiſtit, & non amplius fluit, ſed proprio termino terminatur, eodẽ modo calor etiã condenſat, ut cũ calore cõdenſatur mel, & ſic frigidum condenſat lutum, & terminat, & etiam congelat, atque non permittens iam fluere amplius, nec amplius terminari termino alieno, ſed dant conſiſtenriam propriam in ſubiecto; ergo calidum, & frigidum indifferenter uniunt, ſed terminant, quia dant propriam conſiſtentiam rei, quia non permittunt amplius fluere, & alieno termino terminari, ſed calidum, & frigidum diuerſimode terminant, & uniunt. uerbi gratia quia calidum terminat, & unit homogeneum: ſegregat uerò heterogeneum, ut ſi ſit ſimul unitum aurum, & argentum; calidum unit aurum, & diſgregat ab argento, quia congregat partes auri ſimul, & partes argenti, & ſic diſgregat aurum ab argento quia ſunt heterogenea. frigidum etiam unit, alio tamẽ modo, quia indifferenter unit, quia unit corpora eiuſdem, & alterius naturę. uerbi gratia frigidum unit lutum, & paleas ſimul, quæ ſunt diuerſæ naturæ, & etiam congelat, & unit aquam, & ſic tam quæ ſunt eiuſdem naturæ, quàm quæ diuerſarũ naturarũ, indifferenter frigidum unit: calidum autem unit homogenea, & quæ ſunt eiuſdem naturæ, calidum & frigidum tranſmutant, quia calidum & frigidum humectant, & exſiccant, item reddunt corpus molle, & denſum calidum enim humectat reuocando humidum intrinſecum ad ſe &c. quia metalla liqueſcunt ab igne, & etiam ab aere, ita calidum etiam exſiccat hoc modo quia calor ignis, & ſolis exſiccanr lutum; ergo calidum non ſolum humectat, ſed etiã exſiccat indifferenter, & ſic etiam frigidum eodem modo humectat, quia prohibet humi-

dum

dum resolui recludendo ipsam interius, ne euanescat, & ita humectat partes interiores, & etiam ipsum frigus humectat, & etiam exsiccat comprimendo humiditatem, ut comprimit lutum, illud exsiccat, comprimendo partes humidas, ut patet in forti hyeme exprimendo partes humidas à luto: Iterum cum calidum & frigidum humectat, & exsiccēt eodem modo indifferenter calidum, & frigidum reddunt corpus durius, & mollius, quia sicut indifferenter exsiccant, & humectant, ita indifferenter reddunt corpus molle, & durum, quia cum humectant, reddunt corpus molle, cum uerò exsiccant, reddunt corpus durum, & diuersimode ignis humectat & exsiccat, quia exsiccando redditur corpus durius, & grauius, & humectando reddit corpus mollius; & sic etiam de frigore est dicendum. & sic ostensa est prima pars assumpti, scilicet quòd ex quatuor qualitatibus primis duæ sunt actiuę, quia uniūt, terminant, & transmutant, & ista omnia sunt agere, ergo sunt qualitates actiuæ: & aliam partem assumpti, scilicet quòd duæ aliæ qualitates sint passiuæ, quia uniuntur, terminantur, & transmutantur. probat etiam Aristoteles q humidū terminatur, quia humidum sui natura fluit, & calido terminatur, & quomodo à calido terminatur? quia à calido accipit uerum terminum, & non amplius fluit, & etiam unitur humidum in partibus suis, & etiam transmutatur, quia exsiccatur: illud enim humidum euanescit actione caloris, & sic siccescit, ergo etiam transmutatur. ergo operatio humidi est passiua. ergo duæ aliæ qualitates sunt passiuę; ergo patet qualiter ex quatuor qualitatibus primis duæ sunt actiuæ, scilicet calidum & frigidum, & duæ passiuæ, .s. humidum & siccum, quia opera calidi, & frigidi sunt actiua: opera uerò humidi, & sicci sunt passiua. Secundum Aristot. ostendit hoc ex descriptione harum qualitatum primarum, quia si describimus calorem, dicimus quod calor est passio, seu qualitas uniens corpora homogenea, seu eiusdem naturæ, disgregans, & separans corpora heterogenea, seu diuersarum naturarum, ut aurum à plumbo, & huiusmodi: frigus uero est passio, seu qualitas indifferenter uniens corpora homogenea, & etherogenea, ut aquam & terram seorsum, aut aquam, & terram mixtim, ut dixi de luto, & palea, cum congelantur in gleba terræ; siccum autem describitur quòd est illud, quod facilime termino proprio cōstat: difficulter uero termino alieno, è contra uero humidum est, quod facilime terminatur termino alieno, difficulter uero termino proprio, siccum autem, utputa lapis, facilime terminatur in termino proprio, & figura propria, difficulter uero termino alieno, quia lapis non terminatur figura continentis, sed proprio termino. è contra uero humidum, ut aqua facilime terminatur termino alieno, & difficulter termino proprio, quia fluit aqua, & facilime terminatur termino contingentis. difficulter uero termino proprio, ergo si sic est, terminari, & uniri sunt passiooes, & humidum, & siccum describuntur per terminari; ergo describuntur per passiones, ergo sunt passiuæ, & calor, & frigus describuntur per unire; terminare, transmutare, & ista sunt actiones; ergo describuntur per agere. ergo istæ duæ qualitates sunt actiuæ, humidum uero, & siccum sunt passiuæ, quia describuntur per facilime, & difficillime terminari. ergo probatum dicit Aristo. ex operationibus illarum tum ex illarum descriptionibus, quod duæ harum sunt passiuæ, & duæ actiuæ, fides ergo inquit Aristo. habetur ex inductione, tum ex descriptione, lego uerba, (nunc autem) in omnibus subiectis, idest in omnibus qualitatibus passiuis, quæ patiuntur, permutātur, & terminantur, quia dixit, quod passiuæ qualitates terminantur, dicit, quod possunt sumi bifariam istæ qualitates primo ut sunt in simplici elemento, secundo ut sunt in mixto, & ideo dicit uel secundum se idest in simplici elemento, uel non in simplici, sed in mixto, semper est eadem ratio, & quia istæ qualitates, scilicet humidum, & siccum, quæ terminantur, & uniuntur dupliciter, possunt accipi primo secundum se, idest pro ut sunt qualitates in simplici elemento, uel nō, ut sunt qualitates simplicis elementi, sed ut sunt in mixto; & quomodocunque accipiātur istæ qualitates, dicit Aristo. uel secundum se, idest ut sunt in simplici elemento, uel ut insunt mixto, semper habent istas tres passiones, scilicet quòd terminantur, & uniuntur, & transmutantur; & notate, quia hoc dictum Aristotelis est difficilimum, & multas habet difficultates, ut infra dicam in dubiis. facio uos attentos. Determinatis autem his, suspensiue hucusque sunt legenda uerba Aristotelis, & hic ponit uerbum principale, & de his erunt dubitationes, quia difficile est id, quod dicit Aristot. dicit ergo. Determinatis autem his,

scilicet

ſcilicet quod ſunt quatuor qualitates,& quod duæ ſunt actiuæ & duæ paſſiuæ, dicendum eſt à nobis, ſ. in ſequentibus, quæ ſunt paſſiones paſſiuarũ,& quæ ſunt actiones actiuarum, & in his deſcẽdemus uſq; ad ſpẽs ſpecialiſſimas,& debemus hæc uerba (uſq; ad ſpẽs ſpecialiſſimas) addere oĩbus qualitatibus, tã actiuis quàm paſſiuis, quia deſcẽdimus, & in actionibus actiuarũ,& in paſſionibus paſſiuarũ, uſq; ad ſpẽs ſpecialiſſimas, & iſtud eſt uerbũ principale ... accipiendũ eſt a nobis. ſ. ſed hic ſunt plutes dubitationes in dictis Ariſt. quas etiã in ſecũdo de generatione explicauimus;& primò dubitatur, quia dicit, quòd quatuor ſunt qualitates primæ , quarum duæ ſunt actiuæ, ſcilicet calidum,& frigidum:& duæ paſſiuæ , humidum,& ſiccum.& primò dubitatur, quia qualitates primæ non uidẽtur, eſſe quatuor an qualitates primæ : ſint quatuor, immo uidetur tantum una prima qualitas, quæ prima qualitas eſt qualitas primi corporis, & ſimpliciſſimi in natura, ſed primum corpus in natura , & ſimplex eſt corpus cœleſte, cuius corporis prima qualitas eſt lux, quia tantum ei primo competit; ergo tantum lux eſt prima qualitas, & non alia; ergo una tantum prima qualitas,& non alia, ergo non quatuot. tum quia decimo metaphiſices textu ſeptimo dictum eſt, quòd in unoquoque genere datur unum primum,& una prima paſſio ſeu ſpecies, quę eſt metrum, et menſura omnium aliorum, ſed omnes primæ qualitates ſunt eiuſdem generis ; ergo debet eſſe natura una, quæ ſit ut metrum,& menſura aliarum;& penes cuius acceſſum & receſſum menſurentur aliæ; ergo non erunt quatuor primæ qualitates, ſed tantum una, puta calor:& ſic hæc qualitas erit, ut metrum aliarum . tum quia ex Ariſtotele in ſecundo de generatione actiuum eſt prius paſſiuo natura, quia agens eſt prius natura patiente; ergo qualitates actiuæ ſunt priores paſſiuis, ergo tantum duæ qualitates actiuæ erunt primæ qualitates; ergo non ſunt quatuor, ſed tantum duæ, ſcilicet actiuæ quæ ſunt calor & frigus . etiam dubitatur de ſecundo dicto Ariſtotelis, quia dicit, quòd calidum,& frigidum ſunt qualitates actiuæ: humidum uero, & ſiccum ſunt paſſiuæ . modo hoc non uidetur uerum, quia ſicut calidũ agit in frigidum, & corrumpit illud, ita etiam è contra humidum agit in ſiccum , & è contra ; & ſicut calidum agit in humidum , ita patitur ab humido,& ſic de alijs; ergo ita humidum,& ſiccum ſunt actiuæ qualitates, ſicut calidum, et frigidum; patet, quia ſicci eſt exſiccare, et humidi humectare ; ſed exſiccare, & humectate ſunt actiones, ergo etiam humidũ, & ſiccum ſunt actiones; ergo omnes primæ qualitates ſunt actiuę . ergo non tantum caliditas, et frigiditas etc. De primo cum dicis, quòd tantum prima qualitas eſt primi corporis, et ſimplicis, ſed primum corpus eſt ipſum cœlum : ergo qualitas cœli tantum eſt prima, et hæc qualitas eſt lux ; ergo tantum lux eſt prima qualitas . dico, ut dicit Alexander, quod reuera ita eſt, quòd abſolute loquendo prima qualitas eſt tantum corporis ſimplicis, et eſt lux ipſa, et iſta eſt corporis ſimplicis, & æterni : iſtæ autem qualitates , quas dicit Ariſtote. eſſe primas, ſunt corporum corruptibilium primæ , & ideo non ſimpliciter primæ: lux uero eſt prima qualitas ſimpliciter, quia competit primo corpori ſenſibili . frigiditas uero, et caliditas, et aliæ ſunt primæ qualitates nõ ſimpliciter, ſed primæ qualitates conuenientes corpori corruptibili . De ſecundo, quia unius generis eſt tantum una prima qualitas: dico quòd reuera ſi comparentur inuicem iſtæ qualitates et reſpectu unius generis, ſic tantũ eſt una prima: eius uero acceſſu, et receſſu, menſurantur aliæ qualitates, ut puta erit ipſa caliditas: frigiditas uero quia propinquior eſt caliditati, quàm aliæ erit prior, et perfectior alijs: ſi uero non comparẽtur inuicẽ, et reſpectu unius generis, ſed ad alias qualitates tangibiles, ut ad durum, et ad molle, et huiuſmodi, et ad aſperum, et lene, ſic dicuntur primæ qualitates, quia naſcuntur aliæ ex his, ut durum a ſicco, et molle ab humido, et ſicut ſeparatæ ſunt iſtæ qualitates, quia aliæ naſcuntur ex his, et iſto modo intelligit Ariſtot . de ſecundo principali, quia ita agit humidum in ſiccum corrumpendo ipſum, ſicut calidum in frigidum, et è contra . reſpondent Gentil. et Marſilius hic, et in ſecundo de generatione, et concedunt, quòd reuera omnes iſtæ qualitates ſunt inuicem actiuæ, et paſſiuæ, ſed , quia minoris ſunt actiuitatis, et imperfectius agunt, quàm illæ, ideo appellat illas paſſiuas reſpectu aliarum, non quòd non agant, ſed quia minus agunt: immo etiam addunt , quod ſicut illæ duæ actiuæ fortius agunt, et maioris ſunt actionis, ita ſunt minoris reſiſtentiæ, ita quòd calor, ſi magis agit, tamen minus reſiſtit: ipſum uero frigidum, ſi minus agit, tamẽ magis reſiſtit calori:

et ſic

sed hæc expositio nihil ualet, quia Aristot. ex descriptionibus eatum pro-
& sic de aliis,
& istæ duæ sunt tantum passiuæ, & probat quod il
bat, quod illæ duæ sunt tantum actiuæ, & istæ duæ terminantur, uniũtur, & transmutãtur,
læ terminant, & uniunt, & transmutant, & illæ passiuæ per pati. ergo illæ duæ tantũ sunt actiuæ, &
ita quòd illæ definiũtur per agere, & istæ sunt magis passiuæ.
istæ duæ passiuæ tantũ. nõ dicit Arist. quod illæ magis sunt actiuæ, & frigus quanto magis sunt actiuæ,
Tum etiam quia quo ad id, quod dicunt, quod calor, & frigus quanto magis sunt actiuæ, contra, quia in hoc sibi ipsis aduersan
& maioris actiuitatis, tanto sunt minoris resistentiæ, contra, quia in hoc sibi ipsis aduetsan
tur, quia si sunt minimæ resistentiæ ergo facilius patiuntur, si facilius patiuntur ergo sunt
magis passiuæ ergo dicuntur magis passiuæ, quàm istæ aliæ: quod est contra ipsos, quia di-
cunt, quòd sunt maximæ actionis, & maxime patiuntur. si maxime patiuntur ergo sunt
magis passiuæ, quàm istæ, quia si minus resistunt, ergo facilius patiuntur, ergo sunt ma-
gis passiuæ, & ideo Ioannes Grammaticus secundo de generatione, & corruptione, &
Auerroes hic aliter dicunt, quod istæ quatuor qualitates bifariam comparari possunt. pri-
mo generationi elementorum, & sic omnes sunt actiuæ, & omnes passiuæ, quia calidum,
& frigidum, humidum, & siccum omnes agunt: nam si ignis transmutat rem in sui naturã,
quomodo transmutat? non enim calore, quia etiam aer habet calorem, in quo non con-
trariatur igni, ergo transmutat per siccitatem, quia siccitas ignis agit in humorem aeris
transmutando ipsum, & è contra si ex igne fiat aer, transmutatur non caliditate, sed siccita-
te, quia humiditas aeris agit in siccitatem ignis, & sic transmutat ignem in sui naturam;
ergo humiditas, & siccitas agunt, & sic si ex aqua fiat terra, siccitas terræ agit in humidita-
tem aquæ, & non sui frigiditate, quia ambo sunt frigida & sic è contra, si ex terra fiat aqua
&c. & ideo omnes agunt similiter, & patiuntur &c. & possunt etiam comparari non gene-
rationi elementorum, sed mixtorum, & sic loquitur Arist. hic, & sic sunt duæ tantum acti-
uæ, & duæ passiuæ, quia calidum, & frigidum sunt actiuæ, & humidum, & siccum sunt
passiuæ, quia mixta generantur à calido, licet aliquando à calido incipiant generari, & à
frigido complentur, ut dicitur de metallis, quia caliditas inuicem commiscet elementa,
& concoquit: alia fiunt à frigido, ut diximus de metallis, quorum generatio in principio
est à calido, & completur à frigido: humidum uero & siccum passiua sunt, quia patiuntur,
& commiscentur inuicem in mixto à calido, & frigido, ergo sunt passiua. sed uos dicetis,
ista expositio obstat uerbis Aristotelis supradictis, quia dicit, quòd istæ qualitates, uel per
se summuntur, uel in mixto, scilicet humiditas, & siccitas semper sunt passiuæ, ergo istæ
duæ qualitates non sunt tantum passiuæ in mixto, sed etiam si sumantur respectu simplicis
elementi, & ideo feci uos aduertentes, & dixi, quod illa uerba Aristotelis sunt difficilia,
quia non tantum, ut in mixto sunt, dicit Arist. sed etiam ut sunt in se, uel in mixto: tum
etiam fortius, quia tu non euadis, quia si debet fieri mixtio ex quatuor elementis, debet
reduci omnia elementa ad temperamentum, quia si debet fieri uera mixtio, necesse est,
quod resultet temperamentum & complexio, quæ est terminus mixtionis resultans ex mi-
xtione, sed non resultat complexio, & temperamentum, nisi omnes qualitates primæ in-
uicem agant, & patiantur, & reducantur ad mixtionem, & hoc non fit, nisi calidum agat
in frigidum remittendo ipsum, & è contra, & humidum agat in siccum, & è contra redu-
cendo ad temperamentum: sed non reducitur humidum ad temperamentum nisi à sicco,
ergo si debet reduci siccum ad temperamentum ab humido in mixto, necesse est, quod hu
midum agat in ipsum, & ita si humidum debet reduci ad temperamentum, necesse est,
quòd siccum agat in ipsum, ergo humidum, & siccum etiam sunt actiuæ respectu mixti,
ergo omnes qualitates sunt inuicem actiuæ, & passiuæ respectu mixti, ergo non tantum
duæ actiuæ, ut dicit Arist. etiam respectu mixti. tertio quia calidum cũ patitur, secũ patitur
siccum, & humidũ, & sic etiã cum frigidũ patitur secũ patitur siccum, & humidum, ut in ter
ra, & aqua: & calidum cum patitur humidum patitur & siccum, ut humidum in aere, & sic-
cum in igne, ergo neq; calidum, neque frigidum contrariantur humido, & sicco; ergo ca-
lidum, neq; frigidum agunt in humidum, & siccum, quia omnis actio fit ratione contra-
rietatis, sed calidum non contrariatur humido, neq; sicco, & similiter frigidum non con-
trariatur humido, neq; sicco, quia similiter sunt compossibilia; non ergo agunt nec cali-

dum, nec frigidum in humidum, ut ſiccum, ſi ergo debent reduci ad temperamentum, neceſſe eſt, quòd humidum agat in ſiccum & è contra, ergo & in mixto erunt actiua humidū, & ſiccum dico, ut dixi, quod de facto eſt uera expoſitio Ioannis Grammatici in ſecundo de generatione, & corruptione, & Auerrois hic, quòd comparando has qualitates generi mixtorum, non generi elementorum, quod duæ tantum ſunt actiuæ, et duæ paſſiuæ, et ideo de primo cum dicebas ex uerbis Ariſtotelis, quod Ariſt. ſupra dixit, quod iſtæ qualitates ſunt paſſiuæ, uel in ſe ſumptæ, uel ut inſunt mixto &c. dico, quòd non omnia opera ſic aſſumpta conueniunt qualitatibus iſtis ſimplicibus, & in ſimplici elemento, & in mixtis, ſed aliqua opera conueniunt ipſis, quia humidum, ſi inſit ſimplici elemento, non congelatur à frigore, humiditas uero, quæ eſt in mixto congelatur à frigido, & ſic non uerificatur generaliter, quia humidum non congelatur à frigido in ſimplici elemento, ſed humidum in mixto, & calidum non congelat humidum niſi in mixto, quia non congelat humidum niſi diſſoluendo partes ſubtiles humidiores, ſed non reſoluit partes ſubtiles, niſi ſunt in mixto, ſed tu dices, ò, Ariſt. dixit, quòd erant tres actiones & operationes unire, terminare, & transmutare, quæ non conueniunt, niſi qualitatibus actiuis, ſed iſtæ operationes nullo pacto uidentur illis conuenire qualitatibus, niſi ut ſunt in mixto, & non ut ſunt in ſimplici elemento, quia calor ignis nunquam transmutat ſiccum in igne, ita quia ſi caliditas ignis ageret in humidum aquæ ſimplicis non poſſet unire, neq; terminare, ſimiliter ſi ageret in ſiccum terræ, non poſſet ipſum tranſmutare, & coagulare, niſi ſit in mixto, non ergo conueniunt iſtæ paſſiones, neq; iſtæ actiones iſtis dictis qualitatibus, niſi accipiantur in generatione mixti, non autem ut accipiuntur in ſimplici elemento. quare ergo dicit Ariſt. paſſiones iſtas eis conuenire prout qualitates accipiuntur in mixtis &c. Dico, quòd uerū eſt quod in pluribus tantū, generātur iſtæ paſsiones, prout qualitates accipiuntur in mixtis, tamen aliquando etiam eis conuenire poſſunt in ſimplici elemento, & ſic non omnes conueniunt, ut ſunt in ſimplici elemento, quia humidum aquæ non coagulatur à calido ignis, ſed à frigido, ſed uerificatur de omnibus mixtis, & ideo dixit Ariſt. quòd non omnes iſtæ actiones conueniunt qualitatibus iſtis, uel per ſe, uel in mixto ſimpliciter ſumptæ, ſed tantum aliquæ iſtarum paſsionum, ut in pluribus uerò non conueniunt ipſis, niſi ut ſunt in mixto, licet aliquando etiam conueniant in ſimplici elemento, ſed non omnes.

De ſecundo tamen dicebas, quòd in generatione mixti omnes qualitates agunt ſimiliter, & patiuntur, quia debent remitti, ex quo ex illis debet reſultare temperamentum, ſeu complexio &c. Dico, quòd uerum eſt, quòd in generatione mixti ita patitur humidū à ſicco, ſicut calidum à frigido, & cum dicis contra, quòd ſic omnes erunt actiuæ, & paſſiuæ, & cur dixit Ariſt. quòd tantum duæ actiuæ, & duæ paſſiuæ: dico quòd uerum eſt quòd omnes ſunt actiuæ, & paſſiuæ: ò, tu ex Ioanne dicis, quòd in mixto ſunt tantum duæ actiuæ, dico quod uerum eſt, quòd etiam in generatione mixti omnes ſunt actiuæ, & omnes ſunt paſſiuæ, tamen propter hoc Ariſt. non errat, quia licet in generatione mixti adhuc humidum, & ſiccum actiuæ & paſſiuæ ſe habeant, ſicut calidum, & frigidum, tamen, humidum et ſiccum non principaliter agunt, ut calidum, et frigidum, et non redeo ad primam expoſitionem Marſilij, et aliorum, ſed dico, principaliter hoc modo, quia humidum nō agit in ſiccum, et è contra, ut declarat illa prima expoſitio, ſed dico, quòd humidum non agit in ſiccum, et è contra, niſi pro ut inuicem commiſcentur, et diuiduntur in primas partes, ſed non diuiduntur in primas partes, neq; inuicem commiſcentur, niſi à calido, et ideo licet agant inuicem in mixtione, non habent tamen iſtæ qualitates paſsiuæ iſtas actiones, niſi à calido, et frigido, quæ diuidunt illa in minimas partes, quæ diuiſa deinde agunt, et ideo duæ potiſsime, et principaliter ſunt actiuæ, aliæ uero duæ non principaliter, et potiſsime; et hoc dicit Ariſt. in uerbis ſuis, et quod duæ tantum qualitates ſunt principaliter actiuæ, aliæ uerò ſunt paſsiuæ quia iſtæ omnes actiones habentur à calido, & frigido. De tertio quia omnis actio eſt ratione contrarietatis, ut primo de generatione, et corruptione habetur, ſed calidum non contrariatur humido, neq; ſicco, ſed ſiccum compatitur utrunq;, ut patet in aere, & igne, ergo non agit in ipſa corrumpendo ipſa: dico quod uerum eſt, quod per ſe calidum non agit in humidum, neq; in ſiccum, quia calor, & frigus per ſe

per se non agunt in humidum, & siccum, & sic in terra frigiditas non agit in siccitatem, neq; calidum aeris in humidum aeris, sed per accidens calidum, & frigidum agunt in humidũ, & siccum in mixto, quia per se non contrariatur: & quomodo per accidens? ò quia diuidunt calor & frigus ipsa elementa in primas partes, & faciunt aliquas partes euanescere, & sic contrariantur, quia calor agit in humidum resoluendo partes humidiores eius, & sic etiam frigus per uiam compressionis, qua comprimit illas partes diuisas, agit in humidũ, & lutum in hyeme congelatur à frigore, quia exprimit partes tenuiores humidas remanentibus partibus crassioribus, & sic per accidens agunt in humidum, & siccum, quatenus diuidunt in paruas partes, & non per se, neq; ratione contrarietatis, sed per accidẽs diuidendo elementa in paruas partes; & hæc de ista lectione.

Erat dubitario in uerbis Aristotelis, quomodo ex quatuor primis qualitatibus duæ sunt actiuæ, & due passiuæ: & quomodo omnes potentiæ actiuæ sint, comparando eas ad reliquas qualitates tangibiles, id est, ad eas, quę ad sensum tactus percipiuntur: non autem comparando ipsas inuicem, sed ad durum, & molle, & ad asperum, & lene, & huiusmodi, quæ nascuntur ex eis qualitatibus, & ideo nunc est secunda dubitatio in probatione Arist. quia probauit tum inductione, tum ex descriptione ipsarum qualitarum primarum, quod duæ earum sunt actiuæ, et duæ passiuæ: quia induxit per harum actiones, et harum passiones, et descriptione, quia posuit earum descriptiones, et dixit, quòd qualitates passiuæ definiuntur per pati, et per passiones, et illæ duæ actiuæ describuntur per actiones. est modo dubitatio, quia Arist. probat assumptum suum inductione, ex secundo Posteriorum, et secundo Physicorum. tertio inductio nihil probat, sed tantum confirmat prius manifestũ, et notum, et id non confirmat, nisi propositio, quæ induci debet, sit uniuersalis, et in prædicatione essentiali, et per se, et non in prædicatione accidentali ex secundo Physicorum. si enim sit in prædicatione accidentali, nihil probat, ut ibi dicit Auer. et ideo dicit, quòd quandoq; ad ostendendum probationem alicuius propositionis uniuersalis, inducemus plura singularia, aliquando pauciora, et quare hoc? ex hoc, quia tot debet præceptor inducere particularia, quot sufficiunt discipulo ad credendum inhæsionem per se, et essentialem prædicati in subiecto in illa propositione, et assentiẽdum ueritati illius propositionis, quia omnis propositio per se supponit de omni, sicut illa de primo supponit de per se: et ideo non probantur propositiones naturales inductione, nisi quæ sunt aliquo modo manifestæ: non tamen sunt omnino notæ ex terminis, sed probantur inductione modicula; quia uult Auer. primo cœli, et est etiam propositio Aristotelis, quòd propositiones habent triplicem gradum notionis: quædam enim sunt notæ ex sola terminorum cognitione, sicut axiomata, et dignitates, quibus ex simplici notione terminorum ut prædicati, et subiecti eis assentimus: quia ex eorum simplici cognitione, ut dicit Arist. primo Posteriorum, et ex his nihil facit inductio, quia principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus: aliæ sunt propositiones quæ sunt omnino demõstrabiles, ut quòd omnis triangulus habet tres angulos: et ex his propositionibus etiam nihil facit inductio: alię uero sunt propositiones mediæ, quæ neq; sunt omnino demõstrabiles, neq; sunt omnino notæ, & manifestæ ex terminis eorum, sed medio modo sunt nobis notæ, et istæ sunt propositiones ad quarum notitiam utimur inductione, et hæ propositiones non possunt demonstrati. huiusmodi fuit illa propositio Aristotelis primo cœli trigesimo septimo, quòd natuta semper agit propter finem, et ideo inductione probauit illam Arist. quia omnia, quæ in natura agunt, propter finem agunt, et etiam quantitas, longitudo, magnitudo, profunditas non possunt demonstrari, neq; etiam ex terminis sunt notæ, et ideo inductione probantur. induct. ergo habet duas quæstiones. primo nihil probat, sed confirmat id, quod prius aliquo modo erat manifestum. secundo oportet, quòd propositio, quæ debet induci, sit prædicationis essentialis ita, quòd prædicatum debet esse essentiale ipsi subiecto, non autem accidentale. et cũ tres, uel quatuor particulares inducuntur, infertur de omni, quod est per se, ut cũ medicus inducit hanc propositionem, Omne reubarbarum purgat choleram, quia est per se. si ergo inductio nihil probat, sed confirmat, tantum inducendo propositionem cum prædicatione essentiali, ergo Arist. non habet suum intentum, si inductio non probat, quòd il-

larum sint duæ actiuæ, & duæ passiuæ, tum eriam quia hæc non est prædicatio essentialis. humidum est qualitas passiua, nec ista calidum & frigidum sunt actiua, quia non sunt prædicationes essentiales, quia humidi per se est humectare, & frigidi per se est exsiccare, modo exsiccare, & humectare non sunt passiones, sed sunt actiones; ergo humidum & siccum sunt qualitates actiuæ per se, non autem passiuæ in ista; ergo propositione humidum, & siccum sunt qualitates passiuæ, non est prædicatio essentialis; ergo non potest probari inductione. secundo principaliter dubitatur de definitionibus earum, quia dicit, quòd calidũ congregat homogenea; & disgregat heterogenea, frigidum uero congregat homogenea, & heterogenea: quia sexto Topicorum, omnis definitio debet dari per essentialia, & per ea, quę per se insunt illi definito; & secundo etiam Topicorum. sed congregare homogenea per accidens inest calido, & frigido. quod ostenditur, quia ideo calidum congregat homogenea, & segregat heterogenea, quia calefacit, & calefaciendo dissoluit, & dissoluẽdo facit, quòd illa, quæ sunt eiusdem naturæ uniuntur inuicem, quæ non sunt heterogenea sciunguntur, quia corpora heterogenea, quæ inuicem erunt commixta, seiungentur, modo unire illa, & illa segregare est per accidens; ergo per accidens conuenit ipsi calido unire homogenea, & segregare heterogenea, & etiam frigido per accidens conuenit congregare homogenea, quia frigidum principaliter frigefacit, & frigefaciendo condensat, & condensando similiter unit, quia condensando, & comprimendo simul unit corpora heterogenea; ergo per accidens habet illam operationem, scilicet unire corpora. Tum tertio, quia utroq; scilicet calido, & frigido conuenit unire homogenea, & heterogenea, ergo non tantum frigido, ergo unire conuenit per accidens, non autem per se, quia contrariorum effectuum contrariæ debent esse causæ. sed ista opera insunt calido, & frigido; ergo non per se, sed per accidens insunt eis hæc opera, quia si causæ contrariæ sunt contrariorum effectuum per se, ut infra in textu quarto habetur, & calor, & frigus sint cõtraria, inuicem congregare homogenea non per se, sed per accidens eis inest. Tertio principaliter arguitur, quia istæ descriptiones cum hoc quòd sunt accidentales, sunt etiam falsæ, quia dicit, quòd calidum est, quod unit homogenea, & segregat heterogenea: sed hoc uidetur falsum, quia calidum non tantum unit homogenea, sed etiam unit heterogenea, quod ostendo, quia à calido fit unio mixti, quod mixtum est heterogeneum, quia in eo sunt quatuor elementa, quæ inuicem uniuntur à calido; ergo non tantum unit homogenea actio caloris, sed etiã heterogenea, tum etiã quia omnis digestio fit à calido, & digestio est commixtio perfecta humidi cum sicco, & omnis digestio est à calido, ut infra dicam; ergo calidum non tantum unit homogenea, sed eriam heterogenea: tum etiam ostendo hoc exéplo, quia ignis inuicem commiscet ceram, & picem, quæ sunt alterius naturæ. ergo calidũ non tantũ unit homogenea: sed eriã heterogenea; tum etiam quia aromatarii actione calidi commiscent diuersa simplicia inuicem, ergo falsa est descriptio sumpta ab Aristotele, quòd calidum uniat homogenea, & segreget heterogenea; tum etiam falsa est descriptio ipsius frigidi; quam assignauit Arist. scilicet quòd indifferenter unit heterogenea, & homogenea: quia frigidum etiam seiungit hetetogenea; quia secundo de generatione animalium dicit Arist. quòd semen humidum expositum uehementi frigido liquefit à frigore, quia dissoluit calorem innatum ab illo, & disiungit, ergo seiungit calidum innatum à materia illa aquosa, & relinquit illam materiam aquosam tantum; ergo falsa est descriptio ipsius frigidi: falsa est etiam definitio sicci, quia dicit, quòd siccum est, quod facile terminatur termino proprio. difficilè uero termino alieno: sed contra, quia puluis, & arena siccissima sunt, & tamen facilimè terminantur termino alieno, ut figura uasis continentis; ergo falsa est definitio sicci, quòd difficile terminetur termino alieno. tum etiam de igne quid dicemus, qui tamé est siccissimus in natura, & tamen facilime terminatur termino alieno, ut figura fornacis? ergo corpus siccum facile terminatur termino alieno, & figura aliena &c.

Dico ad ista de primo cum dicis, quia inductio nihil probat, uerum est, & est dictum Aristotelis secundo Posteriorum: sed confirmat ea, quæ aliquo modo manifesta sunt, ut est illa propositio, Omne agens naturale agit propter finem, quæ inductione confirmatur, quia non potest demonstrari, neque omnino ex terminis nota est, & sic concedo quòd hæc ra-

tio

tio Aristotelis non probat omnino, quod, scilicet quatuor qualitatum duæ sunt actiuæ, & duæ passiuę, sed aliquo modo probat, & est probatio topica, & confirmat ipsam Arist. quæquam hæc propositio sit manifesta, scilicet quòd calidum & frigidum sint actiuę qualitates, & humidum & siccum sint passiuæ comparando istas qualitates respectu generationis mixtorũ, & ideo, ut declaretur aliqualiter illa propositio, utitur inductione, & sic est dialectica probatio, quæ inducit ut confirmet, quia non omnino ignotæ sunt istæ propositiones; de secundo quia inductio non debet accipi nisi in propositionibus utilibus, quæ habent prædicata essentialia, sed in ista propositione non est prædicatio essentialis, quia in humido, & sicco eorum prædicationes sunt accidentales, quòd sunt actiua, quia humidum agit & etiã siccum; dico reuera quòd in ista propositione; humidum, & siccum sunt qualitates passiuę; est prædicatio essentialis si comparantur respectu generationis mixtorum, quia sic ex istis qualitatibus primis duæ sunt actiuæ, & duæ passiuæ, si uero considerentur in se, & absolute, sic omnes sunt actiuæ quia ut sic sunt qualitates simplices, & ut sunt qualitates simplices, omnes sunt actiuæ, ut supra dixi, quia omnes primæ qualitates absolute sunt actiuæ, si considerẽtur in generatione simplicis elementi, tamẽ respectu generationis mixti hæc prædicatio est essentialis, humidum et siccum sunt qualitates passiuæ: de alio quia unire homogenea per accidens competit calido, et frigido, ergo definitiones illæ non sunt ueræ: dico, quòd reuera istæ descriptiones non sunt ueræ definitiones, sed sunt descriptiones datæ ex terminis notioribus, quæ sunt sumptæ penes opera, quæ accidentaliter insunt eis, nobis tamen sunt notiora, quia calidum non per se, sed per accidens segregat heterogenea, et unit homogenea, et ista etiam frigidum unit heterogenea, per accidens, quia calidum calefaciẽdo dissoluit, et sic segregat heterogenea, frigidum uero condensando unit, et ideo per accidens, non autem per se conuenit ipsis congregare, et disgregare, sed addis illas descriptiones, non esse ueras definitiones, sed falsas; nego, quia ex quo calidum non tantum unit homogenea, sed etiam heterogenea ut patet in generatione mixti, in quo calor unit heterogenea, quia unit elementa, et etiã unit ceram et picem; et in digestione, quæ uniuntur actione ignis, dico quod uerum est. ò, quid ergo dicit Aristot. qui in hoc seiungit calidum à frigido, quia calidum seiungit heterogenea frigidum uerò unit heterogenea, dico quòd uerũ est, calidum etiam aliquando unit heterogenea, et frigidum etiam, ut dixi. quod ergo dicit Arist. dico, quod Arist. accipit operationes harum qualitatum, quæ frequentiores sunt, et quæ ut in pluribus fiunt, et quia calidum frequẽtius unit homogenea, quàm heterogenea; et frigidum ut in pluribus heterogenea, et homogenea, et calidum ut in pluribus seiungit heterogenea: ideo Arist. descripsit illas per has operationes, licet etiam ignis uniat heterogenea, tamẽ ut plurimum homogenea unit, et heterogenea segregat, et ideo Arist. describit istas qualitates per operationes, quæ sunt manifestiores, et quæ ut plurimũ insunt eis; neque sunt ueræ definitiones, sed descriptiones, & ideo non sunt datæ per essentialia, sed per accidentalia opera. &c. De secundo de frigido quòd etiam seiungit heterogenea, ut etiam calidum, ut dicit Aristot. de semine humido exposito frigori, quod liquefit, & partes humidiores fluunt euanescentibus terrestrioribus; dico quòd hoc per accidens fit à cõtinente. quoniam, scilicet facit euanescere in tantum calorem existentem seminis, & spiritus intus existentes, qui sui natura leues sunt, & euaporant, quibus euanescentibus remanet illa materia liquida, & ita liquescit semen, quod prius erat conglobatum à calore illo innato, in existente in illa materia, sed hoc est per accidens, & ideo per accidens conuenit frigido de alio de sicco quod male describitur, quia puluis, & arena siccissima sunt, & tamen facillime figurantur figura continentis; ergo descriptio sicci falsa est: hic Domini sunt duæ responsiones, prima quod uerum est, quod ista corpora facilime terminantur termino alieno, nõ tamen ratione siccitatis: sed ratione diuisionis, quia diuisa sunt in minutas, & paruas partes, ideo accidit eis, ut faciliter terminentur termino continentis; aliter respondet Ioãnes Grammaticus in secundo de generatione, & corruptione, qui dicit, quòd ista corpora, scilicet puluis, & arena siccissima sunt, & cum dicis, facilime terminantur termino alieno, dicit ipse, quod non est uerum, quòd consitent termino alieno, sed consistunt termino proprio, quia proiecta ista in terra non fluunt sicut aqua, sed consistunt in cumulum, & propria consistentia

tia terminantur propter siccitatem, & sic uerum dicit Aristo. quod difficillime terminãtur tetmino alieno,& sicci uera est descriptio. De alio de igne & fornace, quod terminatur facilime figura fornacis, dico quod hoc per accidens conuenit ignis,& non ratione siccitatis, sed per accidens ex sui leuitate, quia cum sit leuis intendit sursum ascendere,& cum sursum ascendit, inuenit impedimentum, scilicet cœlum,& figuram furni: & ab eo impeditur, & quia impeditur, quod non potest facere uia recta, facit uia obliqua:& ideo quia non potest sursum ascendere propter impedimentum, complet illum motum motu laterali, & in gyrum,& ideo causatur motus in gyrum,& figuratur figura fornacis,& sic eo modo, quo potest complet suum effectum,& ideo hoc per accidens conuenit ipsi igni, scilicet quòd figuretur figura continentis, scilicet fornacis, quia impeditur ab opere suo.

Vltimo dubitatur, quia dictum est, quod harum quatuor qualitatum primarũ duæ sunt actiuæ, & duæ passiuæ, est dubitatio, an illæ qualitates actiuæ sint æqualiter actiuæ, & passiuæ æqualiter passiuæ, & sic etiam euertitur alia opinio, nunquid omnes harum qualitatum tantæ sint actionis, quantæ resistentiæ, & è contra, puta cum ignis sit tantæ resistentiæ, quantæ actiuitatis; de primo cum quærebatur, an illæ qualitates actiuæ sint æqualiter actiuæ, & passiuæ æqualiter passiuæ: dico, quòd calor,& frigus sunt qualitates actiuæ; & cum dicis, nunquid æqualiter actiuæ, dico, quòd minime, & ostendo hoc ex natura rei, quia actio sequitur perfectionem rei, & quia calor est perfectior, quàm frigus, ideo est magis actiuus, ut patet experientia, quia si approximemus manum igni,& aquæ, calor ignis magis agit, quàm frigiditas aquæ; & sic etiam de humido; & sicco, quia siccum, ut dicit etiam Simplicius, est minus passiuum, quàm humidum, quia facilius permutatur humidum in siccum, quàm è contra; ergo magis passiua qualitas est humiditas, quàm siccitas, & ideo est una magis passiua, & alia magis actiua.

De secundo an unaquæque harum qualitatum sit tantæ actionis, quantæ resistentiæ, uerbi gratia nunquid calor sit tantæ actionis, quantæ resistentiæ, & è contra in hoc dubio laborant medici; & latini calculatores fecerunt libros,& Albertutius, Marsilius,& Paulus Venetus in secundo de generatione, & corruptione, multa imaginati sunt, & tandem dicunt, quòd istæ qualitates primæ non sunt tantæ resistentiæ, quantæ sunt actionis, quia calor est maximæ actionis, & minimæ resistentiæ. è contra uerò siccitas est maximę resistentiæ & minimæ actionis; quia minus agit, quàm resistit: calor enim, dicũt, maxime patitur inter omnes qualitates à suo contrario, è contra siccitas, sicut difficilime patitur ab humido, ita est minimæ actionis; & probatur hoc experientia, quia humidum approximatum sicco, minime agit in siccum; tum etiam quia nisi ita esset, non possemus tueri,& reddere causas quo modo intet qualitates in generatione mixti sit actio cum reactione, quia ibi sicut calidum agit in frigidum, ita frigidum reagit in calidum: & non, ut dicit Auerr. per aliam qualitatem, ut dicemus: quia si ignis agit in aqua repatitur ab ea per frigidum, & sic de alijs, quia inter contraria est actio in repassione,& ista est mens Aristotelis, neque alio modo potest esse mixtio, quia à quo calor ignis reducetur ad temperiem, nisi à suo contrario? & ideo tertio Physicorum habetur quòd omne agens in agendo repatitur à suo contrario, & tunc arguunt sic, si qualirates, ut puta calor esset tantæ resistentiæ, quantæ actionis, cum calor agit in frigidum,& superat ipsum in actione, etiam superaret ipsum in resistentia,& sic calor non posset pati à frigore,& sic non esset reactio,& ideo dicunt, quòd si est reactio, est quia calor, sicut est maximæ actionis, ira est minimæ resistentię: puta si calor sit actionis, ut sex, frigus erit ut quinque,& calor si erit resistentiæ ut duo, frigus uero erit, ut tria,& ita frigus superabit calorem in resistentia, sicur superat in actione,& ita seruabitur reactio; sed contra hanc determinationem arguunt aliqui, & rectè, ut calculator in tractatu de reactione, & Antisber, & Ioannes Martianns in tractatu de reactione. secundo arguo quia omnis qualitas prima est simplex, calor est qualitas prima: ergo simplex; ergo secundum se tota agit, & secundum se tota resistit, quia in alio sui agit, & in alio sui resistit, tunc non esset qualitas simplex, sed composita: ergo si se tota agit, & se rota repatitur, tantæ erit actionis, quantæ resistentiæ. Secundo quia dicis, quòd calor est maioris actionis, quàm resistentiæ, contra, quia calor non minus intendit sui conseruationem, & resistit, ut se conseruet principaliter

uel

uel ad minus non minus principaliter, quia oẽ agens naturale non minus intendit sui conseruationem, quàm generationem. sui similis ergo oportet, quòd resistat contrario; ergo non minus resistit, quàm agit, quia non minus intendit conseruationem sui in natura, quã generationem sui similis; ergo non minus resistit, quàm agit; ergo hæ qualitates tãtæ sunt resistentiæ, quãtæ actionis, & è cõtra. unde sic arguere, qualitas ut puta calor ex hoc quod intendit sui conseruationem, resistit contrario: corrumpenti ex hoc uerò quia producit sibi similem in specie, agit; ergo non minus resistit, quàm agat, quia non minus intendit sui conseruationem, quam generationem sui similis; ergo quælibet qualitas prima est tantæ actionis, quantæ resistentiæ, & è contra: hoc uerum est meo iudicio, & hæc opinio est uera, & ad illam rationem, quam opinio illa adduxit de actione, & reactione, cum dixit, quòd si istæ qualitates tantum habent resistentiæ, quantum actiuitatis, tunc non daretur mixtio, dico, ut aliàs dixi, & dicam in loco proprio in materia de reactione, quòd non propter hoc debet tolli actio, & reactio, etiam si qualitates primæ sunt tantæ resistentiæ, quantæ actionis, & è contra; quia cum toto hoc est actio cum reactione, quia etiam æquale agit in æquale, quando, scilicet totum agit in partem, ut quando totus ignis agit in partem, ut quando totus ignis agit in partem aquæ, quia licet aqua sit æqualis potentiæ aliquando cum igne, tamen totus ignis est potentior, & fortior parte ipsius aquæ: & deinde aqua tota agit in partem ignis, quia non totus ignis resistit, sicut agit, sed pars eius nec tota aqua resistit, sed pars eius, licet tota agat, & sic licet tota aqua agat in ignem tamẽ fit actio, quia totus ignis non agit in totam aquam, sed in partem eius, & sic resistit ei secundum partem tantum, & sic propter argumentum istorum non tollitur actio cum reactione, neque ut seruetur actio, debet dici, quòd quanto qualitas una est maioris actionis, tanto est minoris resistẽtię, quia alio modo seruatur reactio.

TEXTVS SECVNDVS.

Determinatis autem his, sumendum utique erit operationes ipsorum, quibus operantur actiua, & passiuorum species. Primo igitur uniuersaliter simplex generatio, & naturalis transmutatio harum uirtutum est opus, & opposita corruptio secundum naturam. Hæ igitur plantis insunt, et animalibus, & partibus ipsorum. Est autem simplex, & naturalis generatio transmutatio ab his uirtutibus, cum habeãt rationem ex subiecta materia unicuique naturæ. hæ autem sunt dictæ uirtutes passiuæ. Generãt autem calidum, & frigidum, dominantia materiæ: cùm autem non dominantur, secundum partem quidem inquinatio, & inconcoctio fit.

PRimo quidem igitur uniuersaliter simplex generatio, cum dixisset Aristo. quòd quatuor erant qualitates primæ, quarum duæ erant actiuæ, & duæ passiuæ, ostensurus erat effectus earum, scilicet quæ essent actiones actiuarum, & quæ passiones passiuarum: & declarauit, quòd calidum, & frigidum erant actiuæ, & humidum, & siccum passiuæ; ideo tunc consequenter uult declarare, quæ nam sint actiones qualitatum actiuarũ, & quæ passiones passiuarum, & dicit, quòd tres sunt actiones qualitatum actiuarum. prima est simplex generatio: secunda est naturalis permutatio: tertia est corruptio secundum naturã maxime opposita generationi simplici; de prima dicit, quòd simplex generatio est actio harũ uirtutum actiuarum, scilicet calidi, & frigidi, & ideo subiungit quòd ista sunt opera harum qualitatum quæ animantibus, & plantis, & earum partibus per has qualitates insunt: & ideo insunt eis hæc tria opera, scilicet generatio, & naturalis transmutatio, & corruptio: & dicit generatio simplex, dicit Ioannes: quia per generationem simplicem intelligit Aristo. generationem substantialem, & ita semper Aristo. intelligit per generationem simplicem generationem substantialem, ut in libro de generatione, & corruptione diximus. & signũ huius est, quia generatio substantialis exprimitur nomine simplici; quia dicimus Socrates generatur cum substantialiter generatur, & sic simpliciter probata generatione intelligimus de ipsa substãtia: si uerò dicimus Socrates fit albus, uel niger, uel calidus, dicitur quòd Socrates fit albus, uel calidus, uel permutatur in album, uel quòd generatur albedo in eo,

non

non autē tunc dicitur fit ſimpliciter Socrates; generatio igitur ſecundum quid, non ſic ſimpliciter dicitur & ſimplici nomine, ſed hoc fit; tum etiam quia in ſimplici generatione generatur ens ſimpliciter, in generatione uero ſecundum quid generatur ens per accidens, & hoc uerum eſt de generatione in mixtis, non autem de omni generatiooe ſimplici, ſed tantum mixti, in quo operantur iſtę primæ qualitates omnes, quia generatio ſubſtantialis eſt duplex, una eſt in ſimplicibus elementis, & de iſta non loquitur Ariſtot. quia ad iſtam non operantur omnes quatuor qualitates primæ: alia eſt generatio ſimplex ſubſtantialis, quæ eſt generatio mixti, in qua operantur, omnes quatuor qualitates primæ, & de iſta loquitur Ariſtot. hic, & ſic ſimplex generatio mixti eſt illa, in qua ſunt omnes primæ qualitates, & cui attribuuntur omnes, ſcilicet actiuæ, & etiam paſſiuę, quia generatio ſubſtantialis fit à calido, & à frigido actiuæ: ab humido uero, & ſicco paſſiuæ, & tunc Ariſto. ultra addit ſecundam actionem, dicens quòd ſecunda actio qualitatum actiuarum eſt naturalis permutatio, quæ eſt auctio, & diminutio, & concoctio in uiuentibus, quia ſupra declaratur ab Ariſtotele hic, quia Ariſtoteles per naturalem tranſmutationem hic intelligit auctionem, & concoctionem, ſeu digeſtionem uiuentis, quæ fit à calido, & frigido commiſcente humidū, & ſiccum, & hæc operatio harum qualitatum eſt in generatiooe, & tunc ultra Ariſtoteles ponit tertiam operationem, & dicit, quòd tertia operatio actiuarum eſt corruptio ſecundum naturam oppoſita generi: & corruptio eſt duplex, una ſecundum naturam, & alia uiolenta, & eſt mors gladio illata, & de iſta uiolenta non loquitur Ariſto. hic, quia iſta nō eſt opus qualitatum primarum, ſed à cauſa extrinſeca: corruptio autem ſecundum naturam fit ab iſtis qualitatibus primis, non concurrente aliqua cauſa extrinſeca, ſed à qualitatibus primis, & eſt cum qualitates primæ paſſiuæ dominantur actiuis, ut in ſenio, in quo dominatur ſiccitas: moriuntur enim homines ſenio, ſenium uero naturale eſt, & eſt, cum ſiccitas obtinet ſuper frigidum, & humidum ſuperat calidum: & ideo iſta naturalis corruptio fit à qualitatibus primis dominātibus paſſiuis ſup actiuas, & hęc eſt tertia operatio qualitatū primarū. ſ. corruptio ſecūdū naturā, ut ſeniū in animali, & ſic tres ſunt in genere operationes iſtarū primarū qualitatū. ſ. ſimplex generatio generalis naturalis permutatio ut auctio, & digeſtio, & coctio in uiuentibus, & corruptio ſecundum naturam, & per corruptionem ſecundum naturā intelligit illam, quæ eſt appoſita generationi ſimplici cum Ariſtot. declarauerit in generatione operationes harum qualitatum primarum, nunc ſpecialiter, & ſingillatim declarat unamquamq; ſpeciem harum, & incipit à generatione ſimplici, ſcilicet a generatione ſubſtantiali mixti perfecti tam uiuentis quàm non uiuentis ut plantarum, & aliorum mixtorū, ut quid eſt hæc generatio ſimplex. Duo dicit ipſe, ut quòd generatio ſimplex eſt permutatio, quæ fit ab actiuis qualitatibus in paſſiuis ſecundum determinatam proportionem ſuper paſſiuas, & quòd calidum, & frigidum agunt proportionabiliter in humidum, & ſiccum, & quomodo proportionabiliter? itaq; ſic debet eſſe proportio, quòd ſcilicet actiuę ſimpliciter ualeant ſuperare paſſiuas: nam ſi aliqualiter, & non omnino, & ſimpliciter, ſuperarent, tunc non fieret generatio, ſed quia debiliter ſuperant, fieret molinſis, quæ eſt diminuta coctio, & ſic molinſis eſt diminuta elixatio, cum elixatur caro in olla, ſi imperfecte elixatur, fit molinſis, & quare eſt imperfecta illa elixatio? quia calor non debite operatur ſuper humidum, puta carnis, quia non eſt debite calida illa aqua quæ debet elixare, & ideo fit molinſis, quæ eſt ſpecies imperfectæ coctionis, quæ potius eſt non coctio, quam coctio, cum non bene elixatur caro, & ideo ſimpliciter qualitates actiuæ debent ſuperare paſſiuas, quia aliter non fieret generatio ſimpliciter, ſed diminuta, & imperfecta coctio, ideſt illa imperfecta elixatio, quæ dicitur molinſis, & ideo dicit Ariſtoteles, quòd generatio ſimplex eſt cum qualitates actiuæ agunt in paſſiuas, & obtinent ſecundam determinatam proportionem, id eſt perfecte, & ſimpliciter obtinent ſuper paſſiuas: & quod dixit de elixatione, dicatis de aſſatione; & ultra dicit, quòd fit generatio ſimplex ſecundum quod qualitates actiuæ ſecundum proportionem quandam ſuperant paſſiuas, & quæ eſt illa proportio? eſt illa proportio actiuarum ſuper paſſiuas, quæ requiritur ſecundum exigentiam formæ generandę, quia ſi debet congenerari planta, requiritur una proportio qualitatum actiuarum ſuper paſſiuas, & alia proportio requiritur qualitatum actiuarum, ſi debet generari

rari animal, quia alirer planta exposcit dominium qualitatum actiuarum super passiuas, aliter animal. proportio nãq; illa sumitur à forma producẽda, & ideo dicit, quòd generatio simplex est, cum qualitates actiuæ superant passiuas secundum dererminatam proportionem. & quæ nam est ista proportio dererminata. proportio dererminata est secundum exigentiam formæ generandæ ut diximus in Planta, & animali, & in parte mixti inanimati, & sic dicaris de alijs. lego uetba, Hæ igitur plantis insunt, & animalibus &c. scilicet hæ operationes, & uirtutes insunt Plantis, & animalibus, & partibus ipsorum, & ira debet legi textus. Cum habuerint rationem, idest proportionem inuicem unicuiq; naturæ, id est secundum quod requiritur pro forma generanda.

TEXTVS TERTIVS.

Simplici autem generationi contrarium maxime commune, putrefactio. omnis enim secundum naturam corruptio, ad hoc uia est, ut senectus, & ariditas. finis enim omnium horum marcedo: nisi aliquid uiolentia corruptum fuerit natura constantium. est enim & carnem, & os, & quodcunque combussisse, quorum finis secundum naturam corruptionis putrefactio est.

Simplici autẽ generationi contrariũ aggreditur Arist. secundũ membrũ, quia dixit quòd tres erãt operationes in generatione scilicet simplex generatio. secunda naturalis transmutatio. tertia corruptio secundũ naturã maxime opposita generationi simplici, & qũo maxime opponitur, quia male exponitur à Latinorũ nõnullis ideo declaro secundũ Alexãdrũ qui dicit, quòd uult declarare quid sit ista corruptio secundũ narurã Arist. quæ maxime opponirur generationi simplici, & dicit quòd ista corruptio secundũ naruram est putrefactio quædã, & ideo maxime oponitur generationi simplici, & qũo ualet sequela, corruptio secundũ naturã est putrefactio quædã, ideo opponitur maxime generationi simplici. ò, sequela est quia scilicet generatio simplex perducit ad esse secundum naturam, & putrefactio perducit ad non esse secundum naturam; ergo maxime opponuntur, quia adducere, & abducere sunt maxime opposita, & ita ualet sequela, tum secundo opponuntur, quia generatio simplex fit, cum qualitates actiuæ dominantur passiuis simpliciter: corruprio uero secundũ naturam, quæ est quædam putrefactio, fit. è contra quando passiuæ qualitates dominantur actiuis; ergo maxime opponuntur. tertio quia quo est mixtio miscibilium quia in generatione simpliciter remanẽt elemẽta, quia euanescit humidũ . . . maxime & ideo maxime opponuntur generatio simplex & putrefactio, & cum corruptio secundum naturam sit quædam putrefactio; ergo corruptio secundum naturam maxime opponirur generationi simplici, quia putrefactio, quæ est corruptio maxime ei opponitur. quod autem corruptio secundum naturam sit putrefactio quædam, probat dupliciter Arist. primo inductione in plantis & animalibus: secundo uero probat à signo. De primo probat inductione in plantis & animalibus, quia plantæ, & animalia cum corrumpuntur secundum naturam putrescunt, quia animal cum secundum naturam corrumpitur, senio corrumpitur: sed senium est quædam putrefactio, etiã cum plantæ corrumpuntur putresiunt, quia plantæ corrumpuntur auansi, quia ut dicit Galenus in primo de sanitate tuenda, ita se habet auansis in plantis, uti se habet senium in animalibus: quia sicut senium est uia in putredinem in animalibus: ita auansis in plantis est uia ad corruptionem plantatum, ergo corruptio secundum naturam tam in animalibus quàm in plantis est quædam putrefactio, quia est uia in putrefactionem. & nõ tanter dicit, dixi quòd corruptio secundum naturam est putrefactio quædam quia si essent secundũ narurã putrescit, si nõ secundũ narurã corrumpitur. sed in . . . ur ab aliquo extrinseco ut puta ab igne non putrefiunt, & ideo dixit quòd secundum naturam corruptio est putrefactio quædã, quia si fiat corruptio . . . ab extrinseco aliquo illa talia non putrescunt, quia ab extrinseco corrũpuntur, puta ab igne, aut gladio, & hæc est prima probatio Aristotelis, quæ est per inductionem. secundo ostendit Arist. hoc à signo generaliter, quia corruptio secundum naruram est quædam purrefactio, quia quæ secundum naturam corrumpuntur & naturaliter: prius exterius humectantur, & postea exsiccantur exterius, & ultimo putrescunt

putreſcunt dicit Ariſt. quæ ſecundum naturam corrumpuntur & ſic prius exterius humeſcunt; ergo corruptio eſt purtefactio quædam, & ſic quæ ſecundum naturam corrumpuntur prius exterius humeſcunt, ſicut uidemus in æſtate in carnibus cum abolentur & putreſcunt, primo exterius bumeſcunt, & poſtea exſiccantur & putreſcunt ; ergo corruptio naturalis eſt purtefactio quædam, & quia dixit quod quæ ſecundum naturam corrumpuntur primo exterius humectantur, exſiccantur & tertio putreſcunt, declarat cauſam huius. Ariſt. dicens quòd cauſa eſt, quia iſta mixta perfecta conſtant ex iſtis quatuor qualitatibus primus, quorum calor innatus eſt auctus, ut puta calor innatus carnis auctus eſt à calore extrinſeco puta aeris, tunc calor ille naturalis carnis auctus à calore extrinſeco agit in humidum ipſius carnis: qua actione humiditas naturalis carnis reuocatur, & expellitur ab intus ad extra, & ſic pars exterior carnis humeſcit, cum iterum magis calor natiuus augetur ab extrinſeco calore ipſius aeris iterum . . . in humidum illud deſiccat illud humidũ exterius & facit euaneſcere, & humido euaneſcenti etiam calor naturalis euaneſcit cum co, & demum euaneſcenti humido illo caro illa exſiccatur, quia remanet ſolum pars terrea ipſius carnis,& iſta eſt putrefactio;& hæc eſt cauſa dicit Ariſt. quare illa quæ putreſcunt primo eis humectantur partes exteriores, & ſecundo exſiccantur, demum putreſcunt:quia ſcilicet compoſita ſunt illa mixta ex illis qualitatibus primis, & quia in tantum augetur calor innatus ab extrinſeco calore aeris qui dominatur humido : ideo exterius expellit illud humidum, & . . . magis ab extrinſeco calore augere agit in illud humidum extrinſecũ expulſum et illud exſiccat, & demum magis aucto iterum putreſcit, tandem ; lego uerba, Et debet legi, finis enim deinde dicit.

TEXTVS QVARTVS.

Quapropter humidæ primo, deinde ſicca tandem fiunt putreſcentia.

Quapropter humida prius,hic Ariſt. ponit ſecundã dubitationem à ſigno continuatiue leguntur uerba illa:ex his .n. facta ſunt : quare reddit cauſam cur primo humeſcãt, & deinde exſiccẽtur,& ultimo putreſcãt,ét id quod terminatur, id eſt humidum & ſiccũ,quæ . . . & cũ hæc dominãtur fit corruptio,& dicit & ſiccũ terminatur humido, quia partes ſiue terminẽtur humido nõ effectione quia effectione terminãtur à calido,ſed dicit quod ſiccum terminatur ab humido,quia mediãte ipſo humido terminatur ſiccum à calido, & ideo dicit textus quòd fit corruptio cũ id quod terminatur obtinet terminãs propter circundãs, id eſt quod fit corruptio cũ ſiccitas obtineat ſuper humidũ p̄p̄ circundãs, ideſt p̄p̄ aerẽ.ſed dices quomodo qualitates paſſiuæ poſſunt ſuperare actiuas ? reſpondet propter circundans continens, & quomodo propter continens ? reſpondit quod hoc quia calor aeris auger calorem intrinſecum,& innatum : qui calor innatus cum ſit auctus & extraneatus agit in primum humidum, & reuocat ipſum ad . . . & iterum magis aucto calore à continente exſiccat illam humiditatem, & tandem putreſcit humidiras illa ,& ille calor innatus . . . cum ea, & ſic obtinet, ad quod terminatur ſuper terminans & qualitates paſſiuæ ſuper actiuas propter circundans, id eſt propter aerem. & hoc modo concurrit aer ad corruptionem, & dat exemplum de carne in eſtate, quia agens intrinſecum augetur ab extrinſeco, & expellit humidum ad extra:cum quo etiam tandem euaneſcit calor innatus,qui prius augebatur ab extrinſeco calore, & conſumit hoc modo humidum prius,ut ſupra diximus. Quinimo ſingulariter iſta uerba habent multas expoſitiones, & prima eſt latinorum, quæ de facto tollerari poteſt, quæ dicit, quòd cum Ariſt. dixerit quòd corruptio ſecundũ naturam eſt quædam putrefactio,quia purtefactio eſt duplex, ideo uult hic declarare,quòd duplex ſit putrefactio ſcilicet propria & impropria. propria eſt illa de qua ſupra diximus, & hæc putrefactio non ineſt niſi mixtis perfectis: alia eſt putrefactio impropriè dicta, & hæc etiam ipſis elementis ineſt,& conuenit nõ tantum mixtis, immo conuenit elementis, non tamen ſecundum ſui naturam, ſed ſecundum ſui partes, quia elementa non poſſunt corrumpi ſecundũ ſui totum, ſed ſecundum ſui partem, & quomodo cõuenit eis ſecundum

partem

partem tantum hęc putrefactio seu hæc corruptio? Dico quòd elemēta recedunt à propria eorum natura, id est cum recedunt ab eorum . . . propria, & in eis permiscetur altera substantia, ut puta cum unum elementum permiscetur cum uaporibus, tunc fit putrefactio in eis aliquo modo, & ideo inquit Arist. quòd inter elementum ignis non potest permisceri . . . alteri corpori, neq; potest remoueri à sui paruitate, quia sui actione conseruat alia corpora, quæ in eo permiscentur, & ideo est maxime purum elementum, neq, potest remoueri à sui paruitate; & ideo solus ignis inter reliqua elementa non putrescit, quia non potest alteri substantiæ permisceri, quia omnia alia consumit, alia uero elementa possunt putrefieri, cum permiscentur alteri extrinseco corpori, & hęc est expositio latinorum quæ tollerabilis est. Alia expositio est Olympiodori, in qua conuenit Alexander, quæ expositio dicit quòd cum Arist. dixit quòd corruptio secundum naturam est quædam putrefactio materiæ quā signo uult declarare posterius dicendum quare sic . . . uerborum Arist. & quid est istud posterius dicendum est hoc scilicet quòd putrefactio est defectus innati caloris, quia enim hoc sumus dicturi Arist. probat signo hoc scilicet quòd omnis putrefactio sit defectio innati caloris, quia si accipiamus elementa omnia præter ignem possunt deficere à proprio calore, & ideo possunt putrescere, ignis non, quia non potest deficere ab innato calore, quia impossibile est dare igni frigidum, ut dicit Arist. in . . . ideo ignis non potest puttescere, & ex hoc quòd solus ignis non potest putrescere, quia non potest deficere ab innato calote, sequitur quòd omnis putrefactio est defectus innati caloris. Tertia expositio est Alexandri, qui aliter exponit & Simp. recte iudicio meo, qui exponit quòd cum Arist. dixerit quod corruptio secundum naturam est putrefactio quædam, nunc Arist. uult hoc declarare & dicit, quod putrefactio est corruptio putrescentis secundum naturam, nō tamen secundum totum, sed secundum partem. sed dices quomodo putrefactio est corruptio secundum naturam, non secundum totum, sed secundum partem ipsius putrescentis. o, dico dicit Aristoteles quia quod putrefit non corrumpitur nisi secundum calidum innatū & humidum, non autem secundum siccum, sed secundum sui calidum & humidum, siccum . . . augere, quia putrefactio fit tantum euanescente calido innato, & humido, non enim necesse est quòd siccitas euanescat; quòd autem ita sit quòd putrefactio sit corruptio rei putrescentis secundum partem tantum, & non secundum totum, idest sui calidum innatum, & humidum tantum, non autem secundum siccum, patet (& hic Alexander reuertitur ad expositionem Olympiodori) quia inter elementa solus ignis non potest separari à proprio calore, & ideo non putrescit secundum partem, quia non potest corrumpi eius calor innatus remanente ipso igni, quia non potest dari ignis frigidus, & ideo putrefactio est defectus innati caloris, & . . . defectus secundum partem, & non secundum totum. sed dices, quare non potest deficere calor innatus in igne, & aeri potest deficere calor innatus? dat rationem Arist. huius, dicens quod causa est, quia elementum ignis est perfectius omnibus alijs elementis, & ideo perfectissimas qualitates sibi determinat, quæ est calor qui ab ipso separari non potest, & ideo ignis non potest separari à calore. & cur ignis est perfectissimum elementum inter omnia alia elementa? dicit Arist. causa est, quia ignis habet rationem formæ, reliqua non habent rationem formæ. & quomodo ignis habet rationem formæ, reliqua non habent rationem materiæ? quia ignis habet rationem continentis, quia ignis continet omnia alia elementa, & continens habet rationem formæ respectu contenti, & ideo ignis habet rationem formæ respectu aliorum contentorum; quia ergo ignis est nobilior, sibi determinat qualitatem, quæ ab ipso non potest separari, & ideo hoc est signum, quod putrefactio est corruptio putrescentis, non secundum totum, sed secundum partem scilicet secundum innatum calidum, in igne uero, quia eius innatum calidum non potest corrumpi, neq, potest ipsum deserere, ideo non potest ignis corrumpi: reliqua uero elementa, in quibus prius est innatus calor, potest corrumpi, & potest ipse deseri, potest etiam corrumpi, ergo putrefactio est corruptio putrescentis, non quidem secundū totum, quia non secundum omnes qualitates, sed secundum partes, id est secundum calorem innatum, lego uerba secundum Alex. in his, quæ corrumpuntur secundum partes, idest secundum innatum calorem, & humidum tantum, & non secundum siccum, secun-

dum

dum Olympiodorum, in his quæ corrumpuntur secundum partem, id est in elementis, quæ secundum partem corrumpuntur.

Super uerbis Arist. sunt dubitationes difficiles, quia cum loqueretur de generatione simplici mixti dixit quòd erat permutare ex qualitatibus actiuis in passiuas, & actiuis superantibus passiuas: quia si parum superarent actiuas, non esset generatio, sed liquatio, ex loco habetur, quod omnis generatio mixti fit ex qualitatibus actiuis superantibus passiuas, & sic in omni generatione mixti semper calor, & frigus uincunt humidum, & siccum. modo contra hoc est dubitatio, quia si ita sit, quod in omni generatione mixti calidum, & frigidum totaliter superant humidum, & siccum, tum omne mixtum perfectum erit calidum, & sic omne mixtum perfectum erit calidæ complexionis, & sic . . . esset mixtum humido, neq; suæ complexionis . . . quia mixtum perfectum denominatur ab elemento de . . . quia cuiuslibet elementi perfecti complexio sequitur qualitatem superantem in eius generatione, sed per Arist. hic in omni mixto perfecto denominatur caliditas, quia secundum eum, in qualibet generatione mixti prædominatur calidus ergo esse mixtum naturali sui complexione est calidus: eius oppositum patet, quia aliquod mixtum est humidum, & aliquod siccum, & aliquod frigidum à prædominio, ut dicemus infra, & sic non omne mixtum habet temperamentum, seu complexionem naturalem cum dominio calidi; & hoc est primum argumentum. Secundo quia dicit, quòd calidum, & frigidum debent obtinere humidum, & siccum, sed contra hoc dubitatur, quia aut intelligit Aristo. quòd actiuæ qualitates superant ambas passiuas: aut intelligit, quòd ambæ actiuæ qualitates superant alteram passiuam tantum: aut quòd una actiua superat ambas passiuas: aut quod altera actiuarum superat alteram passiuarum indifferenter, nec possumus aliter imaginari: sed neutro horum modorum potest dici; ergo &c. aduertatis, quod quæstio hæc difficillima est, & prima primi examinatur à medicis, ut à Gentili, Vgone, & à Iacobo, si non dicas primo, scilicet quod ambæ actiuæ superãt ambas passiuas, aut ita erit, quòd ambæ passiuæ sunt in medio totius latitudinis, quia tota latitudo est octo graduum: & si erunt in medio, erunt ut quatuor, aut erunt supra medium latitudinis, aut infra medium latitudinis, si dicas quòd ambæ qualitates passiuæ sunt in gradu medio, aut supra gradum medium, scilicet supra gradum ut quatuor; ergo sequitur, quòd ex quo qualitates actiuæ superãt ipsas passiuas, quòd qualitates actiuæ sint in maiori gradu quàm quatuor; ergo sunt incompossibiles, quia sic extendunt latitudinem, quia superant gradum, ut octo, seu latitudinem ut octo, in qua omnes calculatores conueniunt, & cum qualitates sunt incompossibiles superant latitudinem; ergo istæ erunt incompossibiles, quia excedunt latitudinem ut octo, & cum excedũt sunt incompossibiles, quia in aliquibus qualitates contrariæ sunt compossibiles, ut calidum ut sex, & frigidum ut duo. quia uero excedunt latitudinem in eodem subiecto, in aliquibus non sunt incompossibiles, quia excedunt latitudinem, quia calor ut sex, & frigus ut tria sunt incompossibiles, quia excedunt latitudinem, calor non ut quinque, & frigus ut tria non excedunt latitudinem, & ideo sunt compossibiles, & ita generaliter est de omnibus, quia est regula generalis in qualitatibus. si ergo qualitates passiuæ sint in gradu medio, aut supra gradum medium, sequitur quòd qualitates actiuæ exsuperant passiuas & quòd sint maiori gradu, quia debent agere in passiuas, & ab æquali non prouenit actio, sed ut sic sunt impossibiles, quia excedunt totam latitudinem, quæ est, ut octo, quia tam passiuæ, quam actiuæ sunt super gradum ut quatuor, qui sunt medium totius latitudinis; ergo exceditur tota latitudo: ergo sunt incompossibiles: uerò dicas quod qualitates passiuæ sunt infra gradus . . . . contra, quia hoc minime potest dici, quia tum non completur tota latitudo, quæ tamen debet compleri, quia oportet quòd semper latitudo compleatur, quia quantum deficit aliud contrarium, tantum aliud debet excedere, quia debet compleri latitudo, et si non completur, non sunt compossibiles, quia caliditas ut tria, & frigiditas ut quatuor nõ sunt compossibiles, quia debet compleri tota latitudo, quæ est ut octo, non autem debet ita completè remanere, quia si una qualitas non complet sui naturam, non debet ab alia qualitate compleri, ut si sit frigiditas ut tria, debet esse caliditas ut quinque; ergo non possunt esse infra gradum medium. non ergo possumus dicere, quòd aliæ qualitates actiuæ uincant ambas

passiuas,

passiuas, quia sequuntur illa cogitata dicta, & sic per ostensum patet membrum esse impossibile, scilicet quòd ambæ actiuæ uincant ambas passiuas si uero dicas, quòd ambæ actiuæ uincant alteram passiuam, aut quod altera actiua uincat alteram passiuam indifferenter, uel una actiua ambas passiuas, contra, quia neutrum horum potest dici, quia tunc sequitur, quòd in generatione mixti perfecti non erit dominium totius agentis secundum totum ad totum passum, quod est falsum, quia totum agens debet dominari toti passo, & secundũ se totum agens non dominabitur toti passo, quia si una actiua uincit passiuas ambas, aut ambæ actiuæ uincunt alteram passiuam tantum, tunc non erit mixtio: quia totum agens nõ dominabitur toti passo, sed tantum parti, & ita etiam dicatis discurrendo per alia membra, s. si altera actiua uincat alteram passiuam indifferenter, quia etiam sic non erit dominium agẽtis totius super totum passum, sed tantum partis. tertio principaliter arguitur ex dicto Auicennæ prima primi, ubi dicit, quòd frigiditas per se non ingreditur opus naturę, sed per Aristot. calidum, & frigidum ingrediuntur opera naturæ, quia sunt qualitates actiuæ quæ superant passiuas in mixto; ergo ista duo inuicem contrariantur; ergo frigidum non est per se agens contra Aristotelem, & hoc idem dicit Galenus septimo de morbis, & etiam quarto de causis symptomatum, & Auic. loco citato probat dictum suum, quia omnia opera naturæ fiunt per motum, & omnis motus fit à calido, quia frigiditas est causa motus .... ergo non per se ingreditur opera naturæ ipsa frigiditas; quid ergo dicit Aristot. quia si esset, ut dicit, tunc per se ingrederetur opus naturæ, quia per Aristotelem in generatione simplici ingrediuntur calidum, & frigidũ, ut qualitates actiuæ superãtes passiuas; ergo. Quarto, arguitur de natura ipsius caloris, quia calor per se est causa ipsius putrefactionis, non; ergo per se est causa generationis, quia putrefactio opponitur generationi simplici, & nihil idem est per se causa duorum contrariorum; tum etiam dicit Simp. quia secundo de anima calor non est per se causa auctionis; ergo neque generationis, quia ab eadem uirtute prouenit auctio, generatio, & nutritio, ut ibidem habetur. Quinto, quia si immergatur, & suffocetur in aqua aliquod animal, ut puta in aqua simplicissima, animal morietur, & generabitur ex ipso aliud mixtum perfectum, puta cadauer, & ista generatio huius mixti perfecti non fit à calido, sed à frigido obtinente super passiuas qualitates; quid ergo dicit Aristot. Sexto, quia dicit quòd specialiter generatio uiuentium est à calore, sed contra, quia hæc generatio uiuentium non est à calore elementali; puta ignis, sed à calore cœlesti; ut dicit Auerr. 12. Meth. 13. 14. & fuit etiam sententia Aristot. in tertio de generatione animaliũ capite. 13. ubi dicit, quòd generatio animalium fit à calore cœlesti, & non à calore elementali, qui est qualitas prima, sed à calore cœlesti disseminato per totum aerem: ergo nõ in omni generatione superat calidum, quod est qualitas elementalis, ut dicit Arist. hic, qui uult, quòd omnis generatio mixti fiat à qualitatibus primis; ergo sibi contradicit Auerr. & etiam Aristo. secundo de generatione animalium cap. 13. & hoc etiam patet ratione, quia mixtũ est perfectius qualitatibus primis, & effectus perfectior non potest prouenire à causis perfectioribus; ergo. De hac dubitatione difficilima sunt tres modi dicendi; quorum unus est Gentilis prima primi, qui dicit, quòd omne mixtum perfectum est à prędominio calidi temperamenti ex Aristot. sic quia omnis generatio mixti est à calido, frigido obtinentibus super humidum, & siccum; ergo in generarione mixti uincit calor, & temperamentum, cuiuslibet mixti sequitur qualitatem, quæ superat in generatione eius, & ideo omne mixtum esse calidum à prædominio, & confirmat hoc Auerr. in quinto colliget, & secundo colliger, quòd omnis generatio patrium animalis est à calido, & si aliqua sint frigida ut ossa, quæ dicũtur fieri à frigido, cõsequẽter dicit, quòd in illis etiam dominatur calidum, sed non dicũtur fieri à frigido, quia fiunt, à: dominante calore, & remisso, non autem à frigido simplici: & ita exponitur illud uerbum, quòd ossa sunt frigida. secundo etiam probare nitirur, quia omnis generatio fit per coctionem, & digestionem, sed omnis digestio fit à calido dominãte, & permiscenre humidum cum sicco; ergo omnis generatio fir à calido. tertio quia ut infra declarauit Aristot. putrefactio naturalis nihil aliud est, nisi euanescentia calidi, & humidi innati; & ideo dicit, quòd quæ putrefiunt, putrefiunt prius extra, deinde intra, immo si esset aliquid mixtum à prædominio frigidæ, & siccæ complexionis, & putrefieret, tũ pu-

trefieret, & non per euanescentiam calidi, & humidi, sed frigidi, & sicci, quod est contra Aristo. hic; quod autem sequatur clare patet, quia si esset aliquid mixtum, à prædominio frigidæ,& siccæ complexionis, non autem calidæ, & humidæ à prædominio, tunc sequeretur, quòd illud putrescerēt, quia euanesceret partes eius interiores: sed partes eius interiores sunt frigidum, & humidum; ergo ista putrefactio esset euanescentia frigidi, & sicci; ergo non omnis putrefactio esset resolutio calidi, & humidi innati, ut dicit Aristo. Quarto, & ultimo dicit Gentilis, Aristo. arguit specialiter in generatione uiuentium, quia Aristot. in libro de longitudine, & breuitate uitæ dicit definiens generationem uiuentis, quòd generatio uiuentis est prima participatio in calido naturali, & quòd uita est eius permansio in calido naturali: ideo subdit Aristo. quòd omne uiuēs est calidum, & humidum, ideo omnis operatio eius, ut auctio, nutritio, & generatio est à calido, & humido; quia omnia opera uitæ fiunt calido, & humido; ergo specialiter secundum Aristotelem omne uiuēs est calidum, & humidum: quia prius dicit Arist. quòd omne mixtum est calidum, & humidū à prædominio, & postea dicit de uiuente, quòd uita est per mansio animæ in calido,& hæc opinio Gentilis, ut dixi loco allegato fundatur super uerbis Aristo. hic, quòd in omni generatione mixti actiuæ qualitates superant passiuas; ergo dicit ipse omne mixtum à suo naturali temperamento erit calidum,& adde etiam humidum. sed, Domini, hæc opinio Gentilis falsa est pluribus rationibus inducendo multas species mixtorum tum animatorū, tū inanimatorum, & primo de mixtis inanimatis, ut de metallis, quia Aristot. in fine tertii huius dicit, quòd metalla fiunt à uehementi frigido congelante illos . . . halitus, qui aliquando ita uehementer ab illo frigido congelātur, quòd exprimitur humidum, & ex eius expressione adeo indurātur, ut non amplius igne liquescere possint, ut patet de ferro, quod sui naturali temperamento est ita frigidum, & siccum, & induratum à uehementi frigore, quòd non potest liquari ab igne, nisi ignis sit uehementissimus: immo aliqua metalla sunt ita indurata à frigore, dicit Aristo. ibidem, quòd tantum mollescunt, & non liquescunt; ergo frigida sunt, & omnino frigida, & sicca. secundo arguitur de christallo, & de pumice, et de uitro, ut dicit Galenus de temperamentis secundo; quæ omnia sunt frigidi temperamē ti & sicci, quia tactus iudicat ista esse frigida, & tactus est perfectissimus iudex tangibilium; ergo non omnia mixta à prædominio calida. Tertio arguitur de plantis, quia Galenus in secundo de temperamentis dicit, quòd Plantago, mandragora, papauer, omnes istæ Plantę, sunt frigidæ, & humidæ complexionis à prædominio, & ideo inducunt sommum, & faciliter euaporant ad caput; & addit Galenus de succo papaueris dicens, quòd est magis frigidum, quàm aqua, & ideo animalia bruta, & homines enecat sui frigiditate, & tamē omnia ista sunt mixta perfecta; ergo non omnis planta calida, nec omne mixtum calidū. quarto arguitur de animalibus, & discurremus per animalia, & per partes animalis, ut de adipe; dicit enim Galenus de adipe, quòd generatur à frigiditate membranę ex sanguine tenui . . . ipsi membranæ recurrenti; ergo generatio adipis fit à frigido, quia à frigido membranæ; non ergo est calidi temperamenti à prædominio; & magis pili, cornua, & membranæ. & secundo, & tertio de temperamentis dicit Galenus sunt frigidæ, & siccæ complexionis. tū etiam primo hoc de animalibus multis secundum totum eorum, ut dicit ibidem Galenus sicut sunt apes, muscæ, culices, & huiusmodi, quæ omnia sunt frigidæ complexionis, & siccæ, & ideo exangues sunt; non ergo omne uiuens est calidi, & humidi temperamenti, ut dicit Gentilis, quia multæ partes eorum, & multa animalia sunt frigidæ, & siccæ cōplexionis. est etiam secundus modus dicendi, qui est Iacobi de partibus & Dini in quæstionibus. quòd non omne mixtum perfectum est calidi, & humidi temperamenti à prædominio, sed tantum omne animal, & quælibet eius pars est calidæ, & humidæ complexionis, & hoc ex uerbis Aristotelis superius, ubi dixit de causis longitudinis, & breuitatis uitæ, quòd generatio uiuentis est prima participatio . . . in calido naturali, & humido, & uita est eius permansio; ergo calidum, & humidum, & sic non omne mixtum, sed omne uiuens est calidi, & humidi temperamenti tantum, & sic fauet illi auctoritati adductæ: sed Thomas de Garbo sua summa destruit hanc opinionem . . . magis & destruit illam cum argumento . . . quòd cerebrum frigidum secundum Aristo. ponitur à natura ipsi animali; ut contemperet

cordis

cordis calorem, & secundum Galenum natura non apposuit cerebrum, ut contéperet cordis calorem, sed apposuit cerebrum propter alias operationes; tamen quicquid sit secundum Aristo. natura apposuit cerebrum ut contemperet calorem cordis. & quomodo contemperat calorem cordis? quia spiritus qui generãtur in corde, qui dicuntur spiritus uitales, sua natura nimis calidi sunt in corde propter maximum calorem cordis, & ideo sunt nimis calidi ad operationes animales, & ideo ascendunt à corde ad cerebrum per arterias, ut ibi à cerebro contemperentur, & fiant apti ad operationes animales, & cum sunt contemperati à frigiditate cerebri, & elaborati non dicuntur amplius spiritus uitales, sed animales, & ideo dicunt cerebrum esse frigidi temperamenti. Sed Iacobus de partibus, & Dinus, & illi, qui non sunt de ista opinione, qui secundum aliam opinionem probant, quòd multa animalia, & multæ partes eorum sunt frigidi temperamenti, dicunt ad hoc argumentum, quòd temperamentum siue complexio partium animalis est duplex. una, quæ dicitur complexio actuata per influentem calorem: alia naturalis est, quæ constat à principio generationis, ut ossa, quæ sui naturali complexione sunt frigidæ, & siccæ complexionis, & sic nerui, & huiusmodi complexio non actuata per influentem est complexio, quæ influitur alicui membro à corde, quia in eo fluit calor uitalis transmissus à corde, & cum non potest amplius recipere calorem illum, non durat amplius uita: quia tandiu durat uita in membro animalis, & in partibus eius, quandiu potest recipere spiritus animales transmissos à corde. Dicit ergo ista opinio, quòd uerum est, quòd aliqua pars animalis sui temperamento naturali est frigida, & sicca, sicut ossa, & sic secundum complexionem naturalem concedunt dari aliqua membra frigida, & sicca: tamen si capias partes membrorum, & membra ipsius animalis, ut habent complexionem naturalem constantem per influentem, sic omnes partes animalis, et etiam ossa sunt calidi, & humidi temperamenti . . . . à spiritu cordis calido, & humido, & sic euadunt Argumenta Thomæ de cerebro, & de aliis partibus, & animalibus multis, ut supra probauimus, quia dicunt, quòd cerebrum naturali sui complexione est frigidum, & ideo temperat spiritum animalem: tamen per complexionem naturalem actuatam per influentem est calidi, & humidi temperamenti, & ita etiam euadunt multas auctoritates Galeni: sed contra hanc solutionem, ut dixi uobis, insurgit Thomas de Garbo illo argumento, quia cerebrum secundum Arist. positum est ipsi animali, ut contemperet calorem cordis; ergo contemperat spiritus uitales cordis sola complexione naturali, & hoc modo; quia sola complexione naturali non potest perdurare, quia debet continue recipere spiritum uitalem à corde, aliter non duraret uita; ergo complexio illa naturalis simplex non duraret; ergo cerebrum non contemperat caliditatem cordis sua naturali complexione, sed complexione naturali actuata per influentem, & ita complexio actuata per influentem contemperat calorem cordis; ergo cerebrum non tantum erit frigidum sua naturali complexione, sed etiam naturali complexione actuata per influentem, quia nisi à frigido contemperaretur, esset calidum, sed cerebrum ut contemperat calorem cordis, & eius spiritus, est complexionis frigidæ etiam complexione actuata per influentem. tum secundo quia dicit quòd omne excrementum descendens à cerebro est frigidum, & humidum: tum tertio quia Galenus dicit quòd fuerunt aliqui philosophi, qui dixerunt, quòd omne animal est calidum, & humidum, sed isti philosophi, dicit Galenus, non dixerunt hoc absolute, sed id dixerunt comparando ipsa animalia ad stirpes, & plantas, quia animalia sunt maioris caliditatis, & humiditatis, quàm stirpes, & ideo omnia animalia dicuntur calida, & humida, non quòd absolute sint calidi, & humidi temperamenti, quia aliqua animalia sunt frigidi, & sicci temperamenti absolute, sed dicuntur calida, & humida à prædominio comparata ad se ipsa mortua, uel ad plantas, & ista dicit Galenus in lib. de temperamentis non autem dicit Galenus, quòd omnia animalia sint calida, & humida per complexionem innatam actuatam per influẽtem, sed quia formica minus est calidæ, & humidæ complexionis comparata ad se ipsam mortuã, & sic sermone comparatiuo hoc dicimus & sic de apibus, & huiusmodi, tamen ista sunt absolute frigidę, & siccæ cõplexionis, et in eis potest denominari frigiditas, & non dicit Galenus, quòd ista sunt calida, & humida ratione complexionis innatæ actuatæ per influentem. Et ideo est tertius

modus dicendi, & uerior meo iudicio, quòd non omnia animalia, & niuentia sunt à prædominio calida, & humida, sed multa animalia sunt frigidæ, & siccæ complexionis, quia in eis quælibet qualitas potest dominari scilicet in mixtis perfectis,& aliquod mixtum perfectum est calidum, & aliquod frigidum, & aliquod humidum, & aliquod siccum, & hoc nobis dicit Arist. infra, & ideo respondeo ad argumeota facta in oppositum, & primo de primo, ꝙ est Gentilis ex Arist. quia, omnis generatio mixti perfecti fit ab actiuis qualitatibus obtinentibus super passiuas, & temperamentum generati sequitur naturam qualitatis dominantis: dico, cum dicis omnis generatio mixti perfecti fit qualitatibus actiuis dominantibus super passiuas; ergo io omni prædominatur calor: dico inquàm quòd uerum est quòd in omni generatione mixti prædominatur calor, quia calor est, qui admiscet elementa inuicem ipsa . . . & ideo in omni generatione dominatur calor quo ad sui principium, ut etiam in metallis quorum generatio incipit à calido, & completur à frigido, & ita dominatur calor, & cum dicis; ergo superat calidum, quia omnis complexio debet sequi naturam qualitatis uiuentis: uerum est.tamen dico, quòd qualitates possunt superare, qualitates bifariam: uno modo secundum intensionem graduum & secundum quantitatem: alio modo secundum uirtutem, si non intelligis primo scilicet secundum gradum, & secundum quantitatem sempet calidum intensiue: & quo ad quantitatem dominatur qualitatibus passiuis in generatione cuiuslibet mixti, ita quòd semper intensior in gradu sit calor, & frigiditas quàm humiditas, & siccitas: sic hoc modo falsum est, quòd in omni mixto dominetur calor, quia non hoc modo sempet dominatur calor alijs qualitatibus passiuis in omni mixto. si autem imaginetis secundo modo .s. quòd calor, & frigus dominetur secundum uirtutem, & secundum rationem, non autem secundum quantitatem, & secundum gradus, sic est uerum, quòd in omoi generatione mixti dominatur caliditas. do uobis exemplum. paruus ignis est maioris uirtutis, & potentiæ, quàm terra cubitalis, & ideo in omni genetatione mixti perfecti debent qualitates actiuæ dominari passiuis non secundũ gradum, & quantitatem, sed secundum uirtutem, & potentiam, quia aliter mixtum dissolueretur, quia à calido uincitur: bene tamen contingit aliter, immo sæpe contingit, quòd iste calor, & ista frigiditas sit minoris quantitatis, quàm humidum, & siccum, & tamen erit maioris potentiæ, & maiotis uirtutis, quia . . . uirtus in uita, & mixtum in mixtura; quòd si esset minor secundum uirtutem, utiq; mixtum dissolueretur; intelligit ergo Arist. quòd in omni generatione mixti perfecti debetent qualitates actiuæ dominari passiuis secundum uirtutem, & potentiam; non autem secundum gradum, & quantitatem: & tunc exponimus secundum argumentum, & aliorum auctores, & secundum argumentum ita etiam exponendo, & per hoc etiam . . . similiter soluo secundum argumentum cum dicis, quòd aut ambæ qualitates actiuæ superant ambas passiuas, aut altera actiua tantum superat alteram passiuam uirtualiter: scilicet dico quòd . . . . actiuæ debent superare ambas passiuas ut sit perfectum dominium totius agentis super totum passum, & cum dicis cõtra, quia qualitates passiuæ sunt . . . Dico ad hoc, quòd non curo, quia non dico, quòd calor, & frigus deberẽt superare in generatiooe humidum, & siccum, sed tantum in uirtute, & potentia, ita quòd calor, & frigus sint taotæ potentiæ, quòd sufficiant miscere humidum cum sicco,& facere mixtum ita,quòd sufficiant & sint tantæ uirtutis, quantum requiritur secundum exigentiam mixti. uerum sæpe contingit, quòd multo minoris quantitatis sit humidum, & siccum, quàm calidum, & frigidum: sed iam calidum, & frigidum sunt minoris potentiæ, & uirtutis, ut patet in igne cubitali, & terra bicubitali, & eodem pacto expono alios auctores Auerois, & aliorum, quòd omnis generatio partium animalis est à calido, ita quòd denominatur calidum in uirtute, non autem in quantitate. De alio quod addis, quia omnis generatio mixti perfecti est per coctionem, & digestionem, uerũ est, & coctio & digestio omnis fit à calido naturali; ergo in omni generatione dominatur calidum naturaliter. dico, quòd uerum est ꝙ in omni mixto dominatur calor naturalis in uirtute tantum, non autem in quantitate, quia potentia non sequitur intensionem graduum, sed intensiooem formæ, quia duplex est intentio, una formæ, & alia graduum: potentia autem, & uirtus non sequitur intentionem gradus, sed intentionem formæ. De alio de pu

tredine

redine, quia sit mixtum frigidum, & siccum in Platone, & putrefiat, tunc in ista putrefactione euanescunt frigidum & siccum: & sic erit euaporatio frigidi & sicci, non autem calidi & humidi, ut dicit Arist. ergo non omnis putrefactio est euanescentia calidi innati, ut dicit Aristoteles: dico, quòd, cum dicis quòd, cũ putrefit hoc mixtũ frigidũ frigidũ,& siccum, resoluuntur partes interiores, uerum est: sed istæ partes sunt frigidæ & siccæ, uerũ est; ergo non resoluitur calidum & humidum, sed calidum, & siccum, quod est contra Aristotelem nego Argumentum, quia hoc mixtum haber etiam partes calidas & humidas, quia in omni mixto est calidum naturale & humidum, quę resoluuntur, si deficit putrefactio: & istud calidum naturale euanescit, & cum euanescit illud calidum naturale, fit ista putrefactio: & si euanescit pars sicca & frigida interior, non propter hoc ista est putrefactio, quia resolutio frigidi & sicci non sunt causa putrefactionis, sed calidi & humidi, & in quantum resoluitur calidum & humidum naturale. De alio ex Aristotele de causis long. & breuit. uitæ ubi dicit, quòd generatio est prima participatio animæ in animali, & uita est eius permansio; ergo omne animal est calidum & humidum. dico, quòd uerum est quòd omne animal est calidum & humidum, sed intelligit ibi Arist. quando dicit, quòd omne animal est calidum & humidum, id est omne animal babet calidum & humidum, quia calidũ unit, & calido uiuit, & humido nutritur: non autem intelligit, quòd omne animal à prædominio sit calidum & humidum, sed intelligit quòd omne animal habet calidum & humidum. & iste est sensus Aristotelis ibi, quia omnia opera animalis sunt à calido & humido, quia ab ipso spiritu, qui est calidus & humidus, quia uita sustentatur in calido & humido scilicet in ipso spiritu, qui calidus & humidus est. intelligit ergo Aristoteles quòd omne animal est calidum & humidum, idest habet spiritus in se, qui sunt calidi & humidi, quibus spiritibus medijs perficit omnia opera eius. De alijs uero rationibus in lectione sequenti dicemus.

Erat dubitatio super uerbis Aristotelis in generatione mixti perfecti, nunquid scilicet in generatione mixti perfecti duæ illæ qualitates actiuæ scilicet caliditas & frigiditas sint prædominantes duabus passiuis. Primo fuit dictum, quòd sic: & adduximus opinionem Gentilis & Dini, quòd omne mixtum erat calidi temperamenti: & diximus primum eorum argumenta, quia si sic esset, tunc omne mixtum perfectum, esset à prædominio calidum; quòd falsum est: & dixi etiam opinionem Iacobi de partibus: & omnes istas opiniones reieci in alia lectione, ut audiuistis. Et diximus, quòd erat secundum argumentum Auicennæ prima primi doctrina secunda cap. tertio quòd argumentum erat contra Aristotelem, quia, ut Auicenna dicit, frigidum nõ ingreditur opera naturæ: ergo omnis operatio naturæ perficitur calido maior clara est: minor uero ostenditur, quia frigiditas immobilitas, ergo motus est à calido. tum etiam ex Galeno sexto de causis symptomatum, ubi dicit quòd frigidum nulli operi nautæ est utile, quia frigiditas non ingreditur opera naturæ: ergo frigidum non est causa actiua nec humidum & siccum passiua: ergo Arist. contradicit Auicennæ & Galeno, quia Aristo. dicit, quod generatio mixti fit, cum caliditas & frigiditas dominantur alijs qualitatibus passiuis, & isti dicunt, quòd frigiditas non ingreditur opera naturæ; ergo de hoc Conciliator in diff. 61. uidens dictum Aristot. & dictum Auicennæ, reijcit dictum Auicennæ, quando dicit, quòd frigiditas per se non ingreditur opus naturæ, dicens quòd non est tenendus Auicẽna, sed in hoc debemus adhærere dictis Aristotelis, qui dicit quòd generatio mixti est per se à calido & frigido: & hoc multis rationibus ostendit, & Primo ex Aristotele hic & experientia, quia metalla generantur ex uehementi frigido congelante illos duos uapores: & aliquando adeo est uehemens frigidum, quòd illud mixtum, quod à tali frigido congelatur, fit omnino bumidum, quia tota humiditas fuit resoluta, & sic remansit tota siccitas. & ideo non liquescit ferrum igne, quia in generatione ferri exprimitur prius omne humidum, & ideo non liquescit, sed tantum in igne mollescit. in ea ergo est uerum dictum Auicennæ, quòd frigiditas non ingreditur per se opera naturæ. Secundo arguitur ex Aristotele in primo de partibus animalium, & Gal. de temperamentis secundo, qui dicunt, quòd adeps generarur in animali ex tenuiori parte sanguinis, occurrente frigiditate membranarum; ergo generatio adipis est per se à. frigido: ergo frigi-

dum ingreditur opera naturæ. Tertio arguitur ex dicto Auicennæ & Galeni in primo de sanitate tuenda. Sanitas simplicium membrorum, puta carnis, ex Auicenna prima primi, & ex Gal. in de temperamentis, nihil aliud est, nisi temperamentum quoddam, quia sanitas nascitur ex temperatura & actione mutua qualitatum primarum, quia istud temperamentum nascitur ex actione mutua qualitatũ primarum; ergo in ista mutua actione non tãtum operatur calor, sed etiam frigiditas; ergo in sanitate non tantum operatur caliditas, sed etiam frigiditas, quia sanitas est temperamentum, & temperamentum est ex mutua actione qualitatum primarum: ergo etiam frigiditas agit & operatur; ergo etiam frigiditas per se ingreditur opus naturæ, quia, si omnes qualitates operantur, ergo etiam & frigiditas. Quarto arguitur, quia Auicenna deficit cum probat hoc argumento, quòd frigiditas non ingreditur opus naturæ, uidelicet quia omnia opera naturæ perficiuntur à motu, sed motus perficitur à calido; ergo omnis operatio naturæ perficitur à calido; ergo omne mixtum calidum. Modo hæc ratio deficit, quia non omnia opera naturæ perficiuntur motu, scilicet locali, nec motu organi, nec motu obiecti, nec alio motu: & do exemplum, sicut est dictum Auicennæ, quòd omnis retentio membrorum nutrimenti fit à uillis transuersalibus, attractio autẽ fit à uillis longitudinalibus, & expulsio à uillis obliquis; ergo retentio nutrimenti non fit intetueniente motu, & est opus naturæ; ergo. Secundo arguitur de conuersione nutrimenti contenti in concauitatibus membrorum, quia illud nutrimentum iam contentum in concauitatibus membrotum conuertitur in substãtiam nutriti: nũquid dicta conuersio fiat mediante motu? & certe non, quia hic non interuenit motus aliquo pacto, & ista operatio naturæ: ergo non omnis operatio naturæ motu perficitur. bene tamen hic præcedit motus localis, sed in ista conuersione nullus interuenit motus aliquomodo; ergo etiam deficit. Secundo, esto quòd omnia opera naturæ perficiantur motu locali, falsum tamen est, quòd motus localis non perficiatur nisi à calido tantum, quia etiam perficitur à frigido motus localis animalium, quia ex Aristotele in de communi motu animalium, motus etiam perficitur à calido & frigido, quia motus perficitur calido non qualicunq; sed contemperato à frigiditate cerebti & aliotum. Dixi, quòd spiritus uitales contemperantur à frigiditate cerebri; ergo motus fit à frigiditate, quia motus localis non perficitur spiritu uitali, sed animali: si ergo motus localis non perficitur spiritu illo uitali, sed animali, qui est spiritus contemperatus à frigiditate cerebri; ergo etiam motus localis perficitur à caliditate & frigiditate, quia perficitur à calore naturali contemperato à frigiditate cerebri, quia spiritus uitalis in cerebro æstuat, ut dicunt Aristot. & Galenus & Auicenna; ergo etiam frigiditas operatur ad motus, quia motus perficitur à spiritu animali; & in isto concurrit frigiditas; ergo ad motum concurrit frigiditas etiam, quia spiritus non solum sui uehementi caliditate causat motum, sed etiã concurrit frigiditas cerebri, à qua contemperatur calor naturalis cerebti, seu ille spiritus uitalis. Sed dices, quid ad Galenum, qui uidetur conuenire cum Auicenna, quia dicit, quod minimè functioni naturæ conuenit frigiditas? respondet Conciliator, quòd Galenus loquitur de uehementi & ual de intensa frigiditate, & non de frigiditate temperata, & ita Conciliator defendit Galenũ & Aristo. quòd generatio perficitur à calido & à frigido. Sed uos dicetis, quòd Conciliator non defendit Galenum, quia Galenus dicit, quod frigiditas nulli functioni naturæ cõuenit. tu dicis quòd Galenus intelligit de uehementi frigiditate: sed contra, quia etiam intensa caliditas non est utilis operationi naturali, sed debet esse contemperata caliditas, nõ autem intensa; tum etiam, quia Conciliator contradicit sibi, ut patet in exemplo Aristotelis de metallis, qui Aristo. dicit quòd generatio metallorum fit à uehementi frigore: ergo uehemens frigus etiam ingreditur opera naturæ: ergo tu non defendis Galenum, quia in generatione metallorum est adeo intensa frigiditas, quod facit, dicit Aristoteles, omne humidum ferè resoluere, & tu secundum Gal. dicis oppositum, quòd, scilicet uehemens frigiditas non ingreditur opus naturæ, sed tantum remittitur & contẽperatur. Et ideo ego dico, quòd potest aliter dici, quòd dictum Galeni & Auicennæ est uerum, quòd frigiditas per se non ingreditur opus naturæ, quia duplex est natura, una quæ est anima, & alia quæ non est anima: si autem loquimur de operibus naturæ, quæ est anima, sic frigiditas nulli

functioni

functioni est utilis ipsius naturæ, idest animæ uegetatiuæ, quia nec utilis functioni naturali quæ est in hepate, neque uitali quæ est in corde, neque animali quæ est in cerebro: & ita loquitur Aristo. de anima uegetatiua: & ita etiam Galenus intelligit, quòd frigiditas nulli functioni naturæ est utilis, sed omnis eius operatio & functio perficitur à calido, ut attrahere & cõuertere nutrimenta in substantiam nutriti, quæ omnia sunt opera ipsius calidi per se: frigiditas autem per accidens ingreditur opera ipsius naturæ, & secundario, non autem primario, sicut dicit Auicenna.primo, quia frigiditas quoquomodo contemperat calorem naturalem, qui est principium generationis mixti perfecti, quia mixta habent determinatã mensuram caliditatis, quæ non fit nisi a frigido: & ideo concurrit ad opera animæ uegetatiuæ & mixti perfecti, quia contemperat illum calorem, qui est principiũ generationis mixti perfecti: & sic per accidens frigiditas ingreditur opera naturæ, & est utilis. Et ista est prima utilitas frigiditatis, quòd ingrediatur opera naturæ, quia contemperat naturã, quia uehemens calor naturalis est inutilis pro operationibus naturæ, & ideo oportet, ut contẽperetur. Secundo frigiditas ingreditur opera naturæ, quia debet frigiditas detinere calorẽ naturalem, ne euanescat, quia calor ex sui natura exhalat: detinetur autem, ne exhaler à frigiditate ipsa: & sic debet detinere calorem, quo fit nutritio, quia calor sursum euadit, & ne sursum euadat, ad hoc operatur frigiditas, & ita per accidens facit ad opera naturæ. Tertio facit frigiditas ad opera naturæ, quia multoties mixti generatio incipit à calido, & deinde perficitur à frigido, quia mixtio aliqua, quæ habet principia à calido, complerur à frigido: & ita frigiditas secundario ingreditur opera naturæ, sicut dicit Aristoteles de generatione metallorum: quorum generatio habet principium à calido, & finit à frigido: & sic intelligit Aristo. quòd ingreditur opera naturæ, scilicet cuiuscunque naturæ, non tantũ animæ uegetatiuæ, & istam per se ingreditur, & non tantum ad opera animæ uegetatiuæ, sed cuiuslibet naturæ, & agentis naturalis. Et hoc modo intelligitur dictum Galeni, quòd nõ ingreditur frigiditas opera naturæ, uerum est utilis functioni naturæ, scilicet animæ uegetatiuæ, idest non est utilis animæ uegetatiuæ operationi uehemens frigiditas: si uero non fuerit uehemens, tunc non primario, sed secundario est utilis: & ideo non est contra Galenum, quia non ingreditur, sicut caliditas. Tertio arguebatur, quia nihil idem est causa contrariorum per se: sed putrefactio opponitur generationi, & calor per se est causa putrefactionis: ergo non est causa generationis. Quòd autem calor sit putrefactionis causa, patet per Aristotelem in textu, & confirmatur ex Olympiodoro, quia ex secundo de anima, calor non est causa nutritionis neque auctionis per se; ergo neque generationis: quòd autẽ non sit per se causa auctionis, probat Aristo. quia, si sit, tunc aucta crescerent in infinitum: consequens est impossibile; ergo. De primo, cum dicis quòd nihil idem est per se est causa contrariorum, sed putrefactio opponitur generationi, & iam idem calor est per se causa putrefactionis: ergo non generationis; dico, quòd uerum est, quòd nihil idem per se est causa contrariorum: &, cum subdis, Sed idem calor est causa purrefactionis; nego argumẽtum, quia non est idem calor, qui est causa generationis & putrefactionis, quia calor, qui est per se causa generationis, est calor naturalis: calor uero, qui est causa putredinis, est calor extraneus, & sic non est idem calor. De secundo ex Olympiodoro, quia secundo de anima calor non est per se causa auctionis nec nutritionis; ergo neque generationis, dico, ut dicit Aristo. quòd calor ignis, ut est ignis, non est per se causa nutritionis neque auctionis, neque generationis: sed calor, non in quantum ignis, sed ut est alterius uirtutis, puta ut est instrumentum animæ, sic est per se causa nutritionis & auctionis & generationis. Et, si dicas, non est idem calor ignis, ut est instrumentum animæ? uerum est, quòd est idem calor, sed, ut est ignis tantum, non est causa auctionis, generationis, & nutritionis: quia, ut est calor ignis, non est determinatus calor, & ab interminato nihil terminati prouenit: sed, ut est instrumentum animæ, sic est causa generationis, & hoc quia, ut est instrumentum animæ terminatus est. &, ut sic, diuersa operatur, quia unico instrumento diuersa possunt fieri opera. Quod addebas quarto, quia non uidetur, quòd omnis generatio mixti sit per se à calido, quia si submergatur uiuens in aqua, frigiditas est causa corruptionis, & sic ex ipso generatur mixtum aliud, puta cadauer, quia cadauer est aliud mixtum ab ipso uiuente, & generatur

ratur

ratur ex frigiditate uehementi aquæ, & in illa generatione nõ concurrit calor, quia in aqua non eſt calor, ſed ſolum frigiditas aquæ: ergo iſtud mixtum generatur à frigore, non autẽ à calore: ergo non omnis generatio mixti fit à calore dominante: Dico bifariam, primo, quòd aut loquitur Ariſt. de generatione mixti ꝑfecti, ut quando mixtum perfectum per ſe generatur, tũc iſta generatio eſt à calido primario, à frigido ſecũdario: modo cadauer nõ ꝑ ſe generatur, ſed ꝑ accidens & ꝑ uiã ſequelæ, quia, cũ animal corrũpitur, generatur ꝑ accidẽs cadauer & ꝑ uiã ſequelæ: cadauer eſt aliud ſpẽ ab aĩali, uerũ eſt, quòd eſt alterius ſpeciei: ſed iſtud cadauer eſt ſeu fit à frigida aqua: uerum eſt ſed ſecundario & per uiam ſequelæ. Secundo dico, quòd iſta generatio non tantum eſt à frigido, ſed etiam a calido, quia frigiditas aquæ quæ ſumma eſt, cum animal ſuffocatur, intendit calorem naturalem animalis, quia aqua ſui frigiditate prohibet tranſpirationem, & intenditur calor naturalis tunc interius, & cum intenditur calor naturalis, tunc animal ſuffocatur & corrumpitur, & generatur cadauer: & ſic ad generationem cadaueris concurrit etiam calor cum frigiditate aquæ, & ita etiam perficitur per calorem, & ſic bifariam poteſt reſponderi.

Arguebatur ultimo, quia generatio uiuentium non eſt à calido elementali, quemadmodum habetur ab Auerroe 12. Metaph. & 13. & 14. & 2. Metaph. 31. & ab Ariſtotele ſecundo de generatione animalium hoc idem dicitur, quòd generatio uiuentium non eſt à calore elementali, ſed à calore cœleſti: ſi à calore cœleſti, & non elementali; ergo ad generationem cuiuſlibet uiuentis non concurrunt duæ qualitates actiuæ dominantes, quia ſic generatio uiuentis eſſet à calore elementali: quod negaret Ariſt. & Auer. quia calor cœleſtis non eſt elementalis; ergo generatio mixti non eſt à calido & frigido qualitatibus primis, ut ſunt elementorum: & confirmatur, quia calor elementalis, & illæ qualitates aliæ ſcilicer frigiditas & humiditas & ſiccitas, ſe habent in generatione mixti materialiter & ut materia, ergo non effectiue, quia ex ſecundo Phyſicorum, materia & agens non concurrunt . . . ualet, quia, ſicut elementa, quæ commiſcentur, materialiter concurrunt in generatione mixti, ita eriam & eorum qualitates materialiter concurrunt; ergo non actiue & effectiue. Secundo confirmatur, quia, ſi calor & frigiditas concurrunt effectiue ad generationem uiuentium & mixti perfecti, puta uiuentis, tunc etiam concurrunt effectiue ad generationem animæ ipſius uiuentis, quod eſt impoſſibile, quia anima eſt perfectior ipſis qualitatibus, & tunc imperfectius produceret perfectius, quia qualitates non attingunt ad ullam perfectionem animæ, ut poſſint efficere animam; ergo non poſſunt illę qualitates concurrere ad generationem actiue ipſius animæ: ſi non poſſunt concurrere ad generationem ipſius animæ; ergo neq; ad generationem mixti perfecti actiue poſſunt concurrere: quod oſtenditur ſcilicet quòd ſi qualitates illæ concurrunt actiue & effectiue ad generationem mixti perfecti animati, concurrent etiam ad generationem animæ uidelicet quia anima eſt terminus illius generationis: ergo, ſi effectiue concurrent ad generationem mixti animati, effectiue etiam concurrent ad generationem animę illius mixti; quod eſt impoſſibile. De primo, cum dicis, quòd ex Ariſt. & Auer. generatio uiuentis non eſt à calore elementorum, ſed coeleſti; dico, quòd calor dupliciter ſumitur (etiam eſt dictum Galeni prima aphoriſmorum & in multis alijs locis, & omnium philoſophorum) aliquando pro qualitate, & ſic calor eſt qualitas ſimplex: aliquando uero non pro qualitate ſumitur, ſed pro ſubſtantia calida, ut quando dicimus, calor naturalis, iſte calor, non eſt qualitas, ſed ſubſtantia uaporoſa tota, quę generatur ex puriori parte ſanguinis; aut à proportionato ei, ſicut in plantis & animalibus carentibus ſanguine: Si loquitur de calore primo ſcilicet prout eſt qualitas illa, ſic dico, quòd reuera calor, qui eſt prima qualitas ipſa, concurrit materialiter ad generationem uiuentis, non autem effectiue: ſi uero loquitur de calore, qui eſt ſubſtantia, ſic dico, quòd concurrit effectiue calor ad generationem mixti perfecti quia, ut dicit Ariſt. primo de generatione animalium, ex ęſtu ſolis ad nos, mediante eius calore eleuantur quidam uapores calidi & humidi, qui uapores ſunt . . . & cauſa omnis generationis. Si autem loquamur de generatione uiuentium, aut loquimur de uiuentibus generatis ex putri materia, aut de animatis genitis ex propagatione, quæ ſunt animata perfecta: Si de genitis ex putri materia ſic, quòd in illa putri materia ineſt uapor quidam calidus,

dus, eleuatus à uapore ſeu à calore ſolis, qui habet in ſe uirtutem generandi huiuſmodi animal ex illa putri materia; & ille uapor ibi concurret effectiue, quia operatur ad illius generationem effectiue, uirtute tamen & uigore ipſius ſolis, à quo ille uapor eleuatur: & ſic generatur à calore ſolis, qui eſt agens in materia illa, qui fuit cauſatus à uirtute ſolis. Si autẽ loquamur de generatione animalium perfectorum, quæ fiunt ex ſemine, ſic dico, quòd ẽt generantur ex calido, quod eſt ex ſemine, quia in ſemine eſt calor & ſubſtantia uaporoſa & ſpiritus, qui eſt à principio generationis, qui eſt cauſa generationis, & ſic ſubſtantia: &, ut ſic, etiam concurrit effectiue ad ipſam generationem, & non ſumitur pro qualitate, ſed pro ſubſtantia, quia qualitas concurrit tantum materialiter. ut autem ille calor eſt ſubſtantia, concurrit effectiue, quia ut ſic eſt ſpiritus quidam, qui ſpiritus fuit relictus à patre in ſemine ipſo, quia decidit huiuſmodi ſemen à patre: & ideo iſte ſpiritus eſt uaporoſus, qui habet uirtutem generandi animal ex propagatione. Et, quia tu dicis, quòd iſta generatio debet eſſe à calore cœleſti; quomodo ergo uapor iſte inclusus in materia putri, aut in ſemine, eſt calor cœleſtis? quia iſte calor, qui eſt incluſus in iſtis, eſt calor elementalis .ſ. aut ignis, aut aeris: uerum eſt, quia non datur alia caliditas, atq; alius calor, niſi aut aeris, aut ignis, quia omnis calor, ſeu omnis caliditas eſt eiuſdem ſpeciei: & in hoc errat Gentilis, qui tenet, quòd calor ignis, & calor aeris diſtinguitur ſpecie, quod falſum eſt, quia ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicut omnis albedo cuiuslibet albedinis, eſt eiuſdem ſpeciei: ſi enim calor ignis & aeris ſpecie diſtinguerentur, tunc eſſent octo primæ qualitates, non tamen quatuor, quemadmodum dicit Ariſtoteles, & omnis . . . ſiue etiam calor extraneus & calor naturalis ſunt eiuſdem ſpeciei, & eſt idem calor in ſpecie. Dico ergo, quòd iſta caliditas, quæ ineſt illi materiæ putridæ, & ſemini, eſt qualitas elementalis: quomodo ergo appellatur calor cœleſtis? quia operatur uirtute cœli, & eſt inſtrumentum cœli, quia rana generatur ex illa putri materia ab illo uapore, eleuato à calore ſolis ab illa materia, quia ut eſt genitum animatum: ille autem uapor mouetur, & operatur uirtute Solis: & ſic rana generatur principaliter à motu cœli, & ſecundario à caliditate illa incluſa in illa materia: & ſic materialiter concurrit, & eſt ſicut inſtrumentum calor ille incluſus: & in hoc ſunt diuerſæ opiniones. Ioan. Scotus 18. diſt. 2. & Auic. & Alphar. & Thomas dicunt, quòd generatio omnis animę non eſt immediate à calore, ſed eſt immediate à Deo, quia generatio ſubſtantiæ perfectæ eſt ab agente perfecto; ergo à Deo, quia imperfectum non poteſt producere perfectius: ſed anima eſt perfectior ipſo calore, & ideo non poteſt produci ab iſto calore: producitur ergo ab aliquo perfectiori; ergo à Deo immediate. Sed contra, quia iſta opinio deficit à fundamento . . . quia omnis motus inferior pendet à motu cœleſti, & omnis generatio iſtorum corruptibilium pendet à motu cœli, ut patet ex Ariſt. octauo Phyſicorum, ubi dicit, quòd latio inferior pendet à ſuperiori, & quòd ſol & homo generant homines: ergo iſta generatio fit non niſi à motu cœli, & motus non fit niſi à mobili: ergo omnis generatio pendet à cœlo: & ideo dicit Ariſt. quòd ſol & homo generant hominem, ſol ut eſt cauſa uniuerſalis, homo uero, ut eſt cauſa particularis: ergo ad iſtam generationem concurrit cœlum, non autem Deus, ut dicunt illi, quia Deus eſt cauſa remota, quia non operantur intelligentiæ in generatione uiuentium niſi mediante cœlo: & dico, quòd operatur cœlum, ut agens principale & uniuerſale; homo uero, ut agens particulare: & ideo dico, quòd ſpiritus ille gignitiuus hominis concurrit ad generationem hominis uirtute ſolis. At, ſi generetur filius ex ſemine deciſo à patre, mortuo ipſo patre quid concurrit ad generationem filij? dico, quòd concurrit ſpiritus relictus in illo ſemine à patre quia ſpiritus eſt incluſus in illo ſemine. Oh dices, hoc non uidetur uerum, quia ſemen non eſt animatum, filius autem eſt animatus: dico, quòd ſemen illud, ſeu ſpiritus ille gignitiuus exiſtens in ſemine, concurrit ad iſtam generationem, ut eſt inſtrumentum cœli: non enim ut eſt calor elementalis, ſed ut inſtrumentum cœli, & ideo non uirtute prima, ſed uirtute cœli, quia pater tantum dat inſtrumentum, in quo eſt incluſum illud calidum, quo agit cœlum in materia in generatione mixti: & ſic ille calor, & ille ſpiritus concurrit ad iſtã generationem ut inſtrumentum cœli, non autem ut calor elementalis: & ita dico, quòd formæ mixtorum perfectorum & animatorum, & anima ipſa non immediate eſt à Deo, ſed producitur

ducitur anima illa à ſpiritu illo gignitiuo exiſtente in ſemine, uirtute tamen cœli & ipſius ſolis, quia ſol & homo generant hominem: & ſic dico, quòd non contradicit ſibi Ariſtote les hic & in ſecundo de generatione animalium, cum hic dicat generationem mixti eſſe à duabus qualitatibus primis actiuis dominantibus ſuper paſſiuas: ſecundo uero de ge- neratione animalium dicit, quòd eſt à calore cœli: & idem dicit Auer. 12. met. & in pluri- bus locis, quòd ſcilicet non eſt contradictio, quia idem eſt calor elementalis, & cœleſtis, ſed diuerſificatur, pro ut eſt inſtrumentum diuerſorum agentium: ut enim eſt inſtrumentũ cœli, dicitur calor cœleſtis; ut autem eſt qualitas ſimplex ſubiecti, dicitur calor elementa- lis: tamen idem eſt calor in ſe: & ideo Ariſt. non contradicit ſibi: & bene dicit, quia, ut eſt ignis calor, non operatur, ſed operatur, inquantum eſt inſtrumentum cœli: & ſic non di- citur calor elementalis, ſed cœleſtis, quia calores non differunt realiter, ſed tantum ma- terialiter, & . . . dictorum, & ſic mixtum non eſt à calido elementali, ut elementalis eſt, ſed ut eſt inſtrumentum cœli. Et ita de alio, cum dicebas, quòd imperfectum non at- tingit perfectum, ſed calor eſt perfectus reſpectu animæ; ergo dico, quod uerum eſt, quòd calor iſte eſt imperfectus, & ut ſic, uirtute, quia non poteſt attingere ad generationem ani malis, ſed bene poteſt uirtute cœli, quòd eſt agens principale & perfectius, attingere agẽs imperfectius, & calor elementalis ad perfectius ſe ipſo, non tamen uirtute prima, ſed uir- tute agentis principalis perfectioris ſcilicet uirtute ipſius cœli: & hæc de iſta difficultate. Secunda difficultas principalis eſt ex dictis ſcilicet Phiſicorum, ubi dicit Ariſtoteles, an ſi non contendo.

Viſum eſt, quomodo frigiditas & caliditas ſint per ſe cauſæ actiuæ in generatione mixti, et adduximus multas difficultates, quas etiã reſoluimus: ideo nunc ſuperſunt duæ difficul tates aliæ, quas breuiter expediam, & deinde ad textum me conuertam. Et primo dubita tur in dictis Ariſtotelis, quia dicit hic, quòd generationi ſimplici maxime contrariatur pu tredo: ſed hoc falſum uidetur 3. Phiſicorum dicit Ariſt. quòd mutatio mutationi contraria tur, & motus motui contrariatur, non autem motus contrariatur mutationi, ſed genera- tio eſt mutatio, quia eſt . . . tranſitus à non eſſe ad eſſe, & putredo eſt motus, ut dicam, quia fit in tempore: ergo generatio non contrariatur putredini. Tum ſecundo, quia eſto, quòd putredo contrarietur generationi, non tamen maxime contrariatur, ut dicit Ariſto. quia maxime contraria contrariantur, ſicut extremum ad extremum, & non ſicut medium extremo: ſed putrefactio contrariatur generationi, ut medium extremo; ergo quod autem putrefactio contrarietur generationi, ut medium extremo, eſto, quia inter generationem & corruptionem mediat putrefactio: ergo corruptio maxime opponitur generationi, & ut extremum extremo; & putrefactio, ut medium extremo, contrariatur ipſi generationi: ergo putrefactio non maxime opponitur generationi ſimplici. quòd autem inter genera- tionem & putrefactionem mediet putrefactio, iam patet, quia putrefactio eſt uia ad corru ptionem: ergo putrefactio non eſt extremum, ſed medium inter generationem & corru- ptionem: & generatio, & corruptio eſt extremum; ergo: Tum etiam, quia dicit, quòd pu tredo eſt contraria maxime communiter generationi ſimplici: ſed hoc non uidetur uerum; quia generatio competit mixtis & ſimplicibus, putredo autem eſt paſſio conueniens ſolis mixtis: ergo putrefactio non eſt contraria maxime communiter generationi ſimplici: patet, quia ſimplicia non prius putreſcunt: & ideo maxime communiter non contrariatur gene- rationi ſimplici ipſa putredo, ſed iſta corruptio . . . ſic contrariatur. De primo, cum di- cis, quòd motus opponitur motui, quia illi motus ſunt oppoſiti, ergo motus ſunt oppoſiti, (ut dicit Ariſt. 5. Phiſicorum) & mutatio mutationi. ſed quomodo eſt . . . & putredo non eſt mutatio, ſed motus, ergo putredo non opponitur generationi ſimplici: dico, quòd uerum eſt, quòd illi motus ſunt oppoſiti, qui ſunt ex terminis oppoſitis, & ut ſic, mutatio ni non contrariantur motus, ut ibi dicit Ariſt. q̃ putrefactio maxime opponitur generatio- ni ſimplici: dico, quòd, ſi contrariatur generatio ſimplex, & putrefactio formaliter, ſic reuera non maxime opponuntur: ſi uero contrariantur quo ad ſui cauſas, ſic maxime op- ponuntur generatio ſimplex, & putrefactio, quia eorum cauſæ maxime contrariantur. Et quomodo dicis, quo ad ſui cauſas maxime contrariantur? quia generatio fit à qualitatibus

actiuis

actiuis dominantibus passiuis, putrefactio autem fit dominantibus qualitatibus passiuis super actiuas, & ideo sunt maxime contrariæ: & ita eriam cessat secunda dubitatio, quia putredo non opponitur maxime generationi, quia non ut extremum extremo, sed ut mediũ extremo: dico, quòd contradictio illa formaliter his non maxime opponitur, & in se, quia ut in se contrariant, opponuntur, ut medium extremo, sed si non contrariantur in se, & formaliter, sed quo ad causas suas, sic maxime opppnuntur, quia fiunt à contrarijs causis, ut supra dixit. Et, cum addis tertio, quòd putredo non est contraria maxime communi generationi, quia putredo conuenit solis mixtis; generatio autem & mixtis, & simplicibus: dico, quòd Aristo. hic non accipit generationem simpliciter & absolute pro omni generatione simplici, quæ communis est corporibus simplicibus & mixtis: sed accipit generationem simplicem, prout conuenit mixtis similaribus, secludendo eam, prout conuenit simplici elemento, ad quam concurrunt omnes quatuor qualitates primæ: &, ut sic, putrefactio est contraria maxime communi generationi simplici, quia, ut sic, omne mixtum est generabile, & omne mixtum est putrescibile, & è contra quia, hoc loco accipit generarionem simplicem, ut conuenit tantum mixtis, non autem prout conuenit mixtis & simplicibus elementatis.

Tertia dubitatio principalis est, quia dicit Aristo. quòd putrefactio est corruptio secundum naturam, quia contingit & carnem & oua corrumpi secundum naturam, & etiam uiolenter: &, si uiolenter, non est putrefactio, uel si igne hæc urantur, non dicuntur putrefieri: & ideo Aristo. dicit secundum naturam. Sed contra, quia uidetur, quòd putrefactio nõ sit corruptio secundum naturam, quia putrefactio cum sit ab extrinseco calore, puta ambiẽte, ita fit ab extrinseco, sicut quando fit ab igne comburente: sicut enim combustio est ab extrinseco igne, uim passo inferente; ita etiam putrefactio est ab extrinseco calore, uim passo inferente: ergo ita uiolenta est putrefactio, sicut combustio: ergo putrefactio non est secundum naturam, sed uiolenta, quia quælibet fit ab extrinseco: ergo multæ uiolẽtæ, aut multæ naturales: dico, quòd putrefactio est cotruptio secundum naturam . . . . tamen est naturalis; combustio, non est corruptio simpliciter uiolenta, & multo modo secundum naturam & à calore exteriori aeris ambientis, quia cum calore exteriore concurrit etiam interior, quia calor interior augetur ab extrinseco calore aeris agentis in ipsum, qui calor interior, intensior factus conseruat humidum radicale reuocando ipsum ad circunferentiam, & cum illo humido euanescit calor, & hoc pacto fit corruptio: & sic, ut hæc putredo habet causam intrinsecã, appellatur naturalis: combustio enim non appellatur putrefactio secũdum naturam, quia habet tantum unum principium, quia est tantum à principio extraneo, scilicet à calore extraneo, puta ignis: ergo simpliciter est uiolenta, quia est tantum à principio uiolento; putrefactio autem est à duplici principio, uno extrinseco, & alio intrinseco, & sic est uiolenta, partim secundum naturam: & ideo Aristo. uocat ipsam putrefactionem secundum naturam. Quarto principaliter dubitatur, quia dicit Aristot. quòd ideo mixtũ & corpus naturale putrescit, quia deficit à proprio & innato calore, & ideo ignis, dicit Aristot. inter elementa solus non putrescit, quia non potest recedere à proprio calore, & sic in his uerbis: secundo dixit, primo, quòd putrefactio est defectus à proprio calore; secundo, quòd ignis non potest deficere à proprio calore, & ideo non putrefit: cætera uero elementa, quia possunt deficere à proprio calore, possunt putrescere; & ideo est difficultas, quia, ut in sequentibus dicemus, putredo est passio mixti seu qualitatum passiuarum in mixto, quia in eo sunt omnes qualitates primæ: quatenus enim qualitates passiuæ superant actiuas, est putrefactio; in putrefactione ergo operantur omnes qualitates primæ: sed qualitates primæ non sunt, nisi in mixto: ergo non possunt putrefieri: quomodo ergo dicit Aristo. quòd reliqua elementa possunt putrefieri excepto igne, cum sint corpora simplicissima? Secundo dubitatur, quia dicit, quòd putrefactio est recessus à proprio calore: sed quid de aqua & terra, quæ non habent proprium calorem? quomodo ergo possunt putrefieri? Tertio dubitatur de igne, quia dicit, quòd ignis non potest à proprio calore recedere, & ideo non potest putrescere: Sed contra, quia sibi contradicit, quia in secundo de generatione & cotruptione dicit, quòd omne elementum in quodlibet aliud elementum est transibile

transibile & corruptibile; ergo ignis in terram potest transire. Supponitur ergo quòd terra igne sit potentior, & agat in ignem transmutando ipsum in sui naturam, & certum est, quòd non potest agere in ipsum nisi ratione contrarij: si sic; ergo non potest agere in ipsum ratione suæ siccitatis, quia ambo sicci, & in hoc non sunt contrarij; ergo ratione frigiditatis, in qua terra igni contrariatur; ergo agit terra in ignem, ratione frigiditatis in caliditatem ipsius; ergo frigiditas remittit caliditatem ipsius ignis, quia, ex quo siccitas est qualitas communis, non contrariantur inuicem: uerum est, si ergo sic est, ergo, cum terra sit potentior igne, & agat in ipsum conuertendo in sui naturam; ergo remittit & separat calorē naturalem ignis: sed ista remissio fit in tempore, quia non datur ultimum rei permanentis; ergo præcedit alterum, ex quo alterum est, motus ergo recedit in tempore à proprio calore, cuius oppositum dicit Arist. qui dicit, quòd caliditas ignis est inseparabilis ab igne. Quòd autem sequatur, patet, quia, si terra agit in ignem conuertendo ad sui naturam, agat in eius caliditatem; ergo remittitur: sed, cum non detur ultimum instans rei permanentis & ut ultimum esse ignis, sed primum non esse eius, est primum esse terræ; ergo in eodem instanti in terra ex igne generatur; oportet ignem esse sine calore, & ante calor ille remittebatur; ergo quarto, quia in libro de respiratione dicit Arist. quòd ignis corrumpitur dupliciter, uno modo à contrario corrumpente, ut à frigido, & hæc corruptio appellatur extinctio. alio modo potest corrumpi ex se ipso & ab intrinseco, & hæc corruptio. appellatur marcedo; ergo ignis potest marcescere; ergo potest putrescere, quia marcedo est putrefactio. Tertio, quia in de causis long. & breuit. uitæ dicit, quòd pinguia non putrescunt, quia à prædominio sunt aerea, & aer non putrescit; ergo aer non putrescit, sicut nec ignis: quid ergo dicit Arist. hic, quòd aer putrescit & omnia elementa excepto igne? De primo, cum dicis, quòd putredo est passio mixti & non corporis simplicis, quia putrefactio proprie accepta non conuenit elemento simplici, & sic describitur putrefactio hic ab Aristotele, quòd est passio mixti tantum; &, si contingit elementis, contingit ualde impropne: & quod dicis de alio, quòd putrefactio est recessus proprij caloris à re, sed terra & aqua non habent proprium calorem; ergo; dico, quòd reuera terra & aqua proprie & per se non putrescunt, sed ualde per accidens, quia putrescunt ex admixtione alicuius corporis calidi & humidi, & sic improprie putrescunt, & per accidens scilicet ex admixtione alterius corporis calidi & humidi: &, sicut, si ista corpora deberent putrescere deberent alteri corpori uel alteri elemento misceri, & sic oportet misceri, ut putrefiant, quia se solis non possunt. De alio, quod dicis de igne, quòd non potest recedere à proprio calore; sed contra, quia potest transmutari in terram ab ipsa terra agente in ipsum; ergo, si permutabitur, & alterabitur; ergo recedet à proprio calore: dico: quòd uerum est, quia iste sermo uerus est: oh quid ergo dicit Arist.? dico, quòd Arist. non intelligit, quòd sit impossibile, quòd remittatur calor ignis remanente igne, quia hoc potest esse, ut in casu posito in argumento, quia non potest terra generari sub quocunq; gradu caloris, & ita necesse est, quòd remittatur ignis in calore: & sic Arist. non intelligit, quòd nullo modo possit ignis separari à calore, sed intelligit, quòd omnino ignis non potest separari à suo calore remanente igne adhuc, ita, quòd sit ignis frigidus: & sic non dicit, quòd sit impossibile, quòd remittatur ignis calor contrarius, sed in multo tempore terra alterabit ignem, & tunc remittetur calor ignis: non tamen in tantum remittetur, quòd superet frigiditas, & ignis remaneat ignis, & frigiditas, ita, quòd detur ignis, qui sit frigidus, sicut terra, & aqua: & hoc etiam dicit Arist. in præsentia, quòd non potest ignis omnino separari à suo calore: quod autem possit remitti intensus calor ignis, bene hoc concedit Arist. sed tamen non putrescit, licet eius calor aliquantulum remittatur, quia putrefactio est maximus recessus à proprio calore, non autem paruus; & ille magnus recessus non potest esse in igne, remanente igne. sed dicis tantum hoc . . . ex perfectione ignis, quia ignis est ita perfectus, quod uindicat sibi calorem, à quo non separatur, non dico in summo, quia à summo calore potest separari, quia potest remitti. De alio in libro de respiratione, ubi dicit, quod bifariam potest corrumpi, dico, quòd Arist. ibi per ignem non intelligit subiectum ignis, sed per ignem intelligit calorem innatum, & spiritum ipsum innatum, generatum in animalibus ex puriori parte sanguinis;

guinis; in reliquis uero partibus seu uiuentibus ex puriori parte nutrimenti: & sic intelligit calorem innatum animalium & uiuentium, qui calor est quoddam mixtum: & quia mixtum potest putrescere, ideo iste sanguis, seu iste spiritus, uel calor naturalis potest putrescere, & putrescit à prohibita transpiratione, & cum est prohibita transpiratio, iste calor putrescit & marcescit, & sic intra ipsum deficit, & sic non extinguitur à contrario; & ista dicitur marcedo ipsius ignis, id est spiritus & caloris naturalis. dico, quia ex Aristotele in lib. de long. & breuit. uitæ dicitur, quòd pinguia non putrescunt, quia in eis dominatur aer, & aer non putrescit, dico exponendo, pro ut uidetur exponere Arist. quòd pinguia non putrescunt, id est non facilè, sed difficulter putrescunt, quia, quæ sunt pinguia, prædominio sunt aerea, & aer non putrescit, idest difficilius putrescit, quàm alia duo elementa scilicet terra & aqua, non autem difficilius, quàm ignis: & quare difficilius putrescit aer, quàm alia duo elementa? ideo est, dicit Arist. quòd aer conueniat cum igne in calore, quia est qualitas eis communis, & ideo non putrescit, idest & ideo difficulter putrescit, & sic, quod dicit Arist. ibi, quòd nullo modo possit putrefieri, sed difficulter putrescit: & ita exponuntur illa uerba, sicut se habet ignis ad cætera elementa, ita aer ad aquam & terram: & sic nō negat Arist. quin aer putrescat omnino, sed difficilius putrescat, quàm aqua & terra.

TEXTUS SEXTUS.

Putrefactio autem est corruptio eius, quæ in unoquoque humido propriæ, & secundum naturam caliditatis, ab aliena caliditate, hæc autem est, quæ ambientis. Quare, quoniam secundum indigentiam patitur calidi, qua autem indigens tali uirtute frigidum omne, ambæ utique causæ erunt, & putrefactio communis passio, & frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ. Propter hoc enim & sicciora fiunt, quæ putrescunt omnia, & tandem terra, & fimus. Exeunte enim proprio calido, coeuaporat quod secundum naturam humidum. & inducens humiditatem non est amplius. inducit enim trahens propria caliditas.

Hic Aristoteles aggreditur secundo loco id, quod proposuit, quia intentio eius erat declarare opera qualitatum actiuarum, & opera passiuarum; & declarauit tria opera actiuarum seu passiuarum. primo quæ esset generatio simplex: & istam iam dixit: secundo quòd est corruptio secundum naturam, quæ est putredo quædam: tertio loco erat naturalis mutatio, & mutritio, auctio, & coctio; de qua infra: & ideo Arist. hic aggreditur secundum genus qualitatum passiuarum operis, & sic hic aggreditur secundam operationem qualitatum passiuarum scilicet putrefactionem, quæ fit qualitatibus passiuis prædominantibus actiuas, & tria facit. primo definit seu describit putrefactionem ipsam: secundo remouet difficultatem: tertio à signo probat illam descriptionem. De primo dicit, quòd putrefactio est quædam corruptio secundum naturam calidi innati: & textus antiquus, etiam, habet, & habet, quædam, textus græcus non habet. Sed Arist. in hac descriptione ponit tres partes, primo quòd putrefactio est corruptio: &, si textus dicat, uel si exponit Aristo. quòd putrefactio est corruptio quædam, uere dicit Arist. & uere expetatur, quia non est uera corruptio putrefactio, quia non statim omnino corrumpitur, quod putrescit, nec statim tendit ad non esse, sed in tempore: quia, quod putrescit, non statim transmutatur, nec in totum corrumpitur, & ideo putrefactio non est simpliciter corruptio, sed corruptio quædam, quia non statim corrumpitur, sed etiam in tempore: tum etiam dicitur, quòd est corruptio quædam, quia calor innatus in putrefactione non simpliciter corrumpitur, sed solum transit ab esse naturali ad esse materiale. Secundo ponit aliam particulam, quia, ex quo in definitione debent poni omnes causæ, ideo ponit hanc aliam particulam, Propriæ caliditatis, ita quòd putrefactio est corruptio propriæ et innatæ caliditatis: et hæc particula ponitur ut genus, et ut causa finalis, quia in definitione genus et differentia ponuntur ut causa formalis, quia se habent ut formæ, et descriptio debet esse per omnes causas: et ideo dicit, quòd putrefactio est corruptio quædam innatæ caliditatis. Et aduertatis, quòd calor dupliciter sumitur, ut dicit Galenus in prima particula aphor. et alibi sæpe: quandoque enim sumitur pro qualitate prima et accidente, et sic non sumitur hic in proposito: alio

modo ſumitur calor pro ſubſtantia calida, et ita hiç ſumitur calor innatus, quia non eſt accidens, ſed eſt ſubſtantia quædam, et uapor ſeu ſpiritus quidam, genitus ex puriori parte ſanguinis in animalibus, quo fiunt omnes operationes in uiuente: et iſte ſpiritus conuenit omnibus uiuentibus ſcilicet tam ipſis animalibus, quàm plantis: ſed in animali fit ex puriori parte ſanguinis, in plantis uero ex puriori parte nutrimenti: et hoc modo ſumitur hic calor, ideſt ut eſt ſpiritus & calor innatus. Eſt ergo putrefactio corruptio quædam calidi innati, ideſt illius puræ ſubſtantiæ, quæ eſt inſtrumentum omnis operis animæ: & iſta eſt cauſa formalis, putrefactio eſt corruptio quędam proprij & innati caloris: & tunc addit tertiam particulam definitionis, quæ eſt ut cauſa materialis: quare dicit, cum quo erit iſte calor prius; dicit, quòd eſt in primo humido, & ſic exponit cauſam materialem. Et notate, quòd hæc tertia particula non exprimit proprie materiam, quia non eſt uere cauſa materialis, ſed exprimit aliquid loco materiæ, quia calor innatus non habet proprie ſubiectum, quia eſt illa pars purior ſanguinis, ſed conſeruatur in humido in quo pabulatur, quia iſta ſubſtantia, & iſte calor non conſeruatur niſi in illo humido, uel contracto à principijs generationis, uel refecto per nutritionem, ſicut flamma pabulatur in oleo, aliter deficeret. Et ſequitur in textu. In unoquoque humido. Nullus expoſitor exponit hæc uerba, neque Alexander, neque Olympiodorus, cur ſccilicet Ariſtot. diçat, in unoquoque humido: mihi tamen uidetur, quòd Ariſto. ponat differentiam in humido, quia in uiuente eſt triplex humidum, licet non in alijs mixtis: unum eſt humidum aereum, & humidum aqueum, & hæc duo humida inueniuntur in omni mixto, quia humidum hoc quaſi coniungit & continuat partes mixti inuicem, & de hoc humido, quod continuat patres mixti inuicem, dicit Ariſtoteles, quòd reſoluitur in putrefactione à calore ambientis, quo reſoluto mixta incinerantur, & ideo omnia putreſcentia incinerantur, quia deſiccantur ab hoc humido, & partes terreſtres remanent: aliud eſt humidum nutrimentale, quod habetur ex nutritione, ut, cum animal nutritur, reponitur humidum iſtud; & iſtud dicitur humidum nutrimentale, quod, ut dixi, ſolum eſt in uiuentibuṣ: & hoc eſt etiam cauſa putredinis, ut dicit Auicenna prima quarti, quia iſtud humidum putreſit per aſſumptionem mali cibi, ut etiam omnes alij medici dicunt, quia cibi mali ſunt cauſa putredinis: & ideo dicit Ariſtoteles, quòd putrefactio eſt corruptio calidi innati, qui debet conſeruari in humido iſto, in quo pabulabatur. Et in quo humido debet conſeruari & pabulari? in unoquoq; humido, dicit Ariſt. iſtorum trium ſcilicet tam in aereo, quàm in aqueo, quàm in nutrimentali: uerum eſt tamen, quòd humidum nutrimentale non reperitur niſi in uiuentibus tantum, in alijs autem mixtis non reperitur, & ideo dicit in unoquoq; humido: & hæc eſt cauſa materialis. Et quæ cauſa efficiens putredinis? dicit Ariſt. caliditas ambientis aut aeris, aut aquæ, quia animalia & mixta putreſcunt in aere uel in aqua ab eorum caliditate, extrinſeca ipſis mixtis, quia etiam piſces à caliditate extrinſeca putreſcunt & corrumpuntur, & ſic ab aliena caliditate, ideſt extrinſeca elementali: & hæc eſt cauſa efficiens putredinis. Sed dices, ubi eſt cauſa finalis? quia Ariſt. hanc cauſam non poſuit in definitione, & alias ſic: dico, quòd non poſuit, quia finalis cauſa erat manifeſta, quia eſt forma illa inducēda, quia finis cuiuslibet alterationis eſt illa qualitas & illa forma, quæ inducitur ab alteratione illa, & ſic finis putrefactionis eſt ille calor extraneus, quia in putrefactione fit alteratio quædam, quia augetur & intenditur ipſum mixtum, quòd corrumpitur, hoc modo intelligendo finem. Si uero ſumatur finis proprie, quis erit finis corruptionis? nullus erit finis putrefactionis, quia malum caret fine: ut quis finis mortis nullus, ſed eſt effectus ex natura rei, nec mors nec corruptio habent finem, nec habent rationem finis. Sed dices, dicit Ariſt. & tu dixiſti, quòd putredo eſt corruptio proprij calidi innati à caliditate extraneata ambientis in unoquoq; humido: ſi ſic; ergo putredo eſt tantum operatio caliditatis, & non frigiditatis? & ſupra dixiſti, quòd putrefactio eſt communis paſſio omnium qualitatum paſſiuarum: quia ſicut generatio eſt communis effectus omnium qualitatum paſſiuarum, ita etiam putredo, dicit Ariſt. (& aduertatis, quòd in hoc omnes medici, & Auer. errant, ut dicemus:) dico, dicit Ariſt. quòd, cum corrumpitur mixtum proprius, & innatus calor à calore extrinſeco deficit; ergo deficiente calo-

re

re innato augetur innata frigiditas: si augetur innata frigiditas; ergo etiam innata frigiditas est causa putredinis, quia defectus proprij caloris est causa putrefactionis: sed deficiente proprio calore augetur frigiditas propria & innata; ergo etiam frigiditas est causa putredinis: & sic impropriè dixit Arist. quòd etiam frigiditas innata erat causa putredinis (& notate sic bene, quia de omnibus his erit dubitatio:) et sic dicit, quod iam . . . expressit aliam causam putrefactionis, quia ex definitione habetur, quòd putredo est defectus innati caloris, & quo deficiente augetur frigiditas, & hoc ab aliena caliditate: & sic tãtũ tres partes posuit Aristot. in definitione putredinis. Vgo uero tertio Tegni posuit . . . quia multas nugas addidit, & non intelligit Aristo. nec etiam Auerr. intellexit hic Aristotelẽ, nec etiam medici, quia in hoc, ut postmodum uidebitis, omnes errant, & præcipue Auer. & Vgo ipsum insequens, quia Aristo. dicit, quòd frigiditas sit causa putredinis, non propria frigiditas, sed frigiditas aeris continentis etiam sit causa putredinis: sed maxime errãt, quia Aristo. dicit oppositum, quia dicit, quòd frigiditas continentis aeris non est causa putredinis, sed est causa conseruationis mixtorum, quia resistit putredini, ut infra uidebitis, quia putredo nihil aliud est nisi corruptio innati caloris ab extrinseco calore: sed extrinseca frigiditas ambientis resistit calori extraneo, & sic frigiditas ambientis non est causa putredinis, quia, si putredo esset corruptio causata à caliditate extrinseca, & à frigiditate extrinseca, tunc non esset à frigiditate intrinseca, ut dicit Aristo. in textu, qui dicit, quòd putrefactio est corruptio & cõis effectus alienæ caliditatis, & propriæ frigiditatis, in caliditate innata: & in hoc facio uos aduertentes, quia de hoc dicemus magis infra. Vna est, quod in hoc isti errant, & maxime delirant, quia Aristo. dicit clare in textu, quòd putredo est cõmunis effectus alienæ caliditatis, & propriæ frigiditatis: & nõ dicit, alienæ frigiditatis, sed propriæ frigiditatis: & secundum istos dixisset, & alienæ frigiditatis, quod tamen non dicit, sed dicit propriæ frigiditatis: & quomodo? oh quia putredo & corruptio, proprii caloris defectu, auget propriam & innatam frigiditatem, quæ concurrit ad putredinem: & sic propria frigiditas concurrit ut causa ad putredinem. Lego uerba, & notate, quia etiam legitur per inter. Quare, quoniam. Hic Aristo. ponit solutionem dubitationum: & bene aduertatis, quia dicit, ad frigiditatis propriæ. Sunt uerba Auer. in com. 3. quòd putrefactio fit etiam à frigiditate continentis, & declarat quomodo, quia frigiditas extrinseca conseruat calorem continentis, &, sicut conseruat, ita facit mixta citius putrescere, quia facit, ut calor extrinsecus facilius agat in calorem innatum mixti, & facilius putrescit mixtum: & hoc idem repetit in com. octauo & nono, ubi dicit, quòd duplex est putrefactio; una, quæ est à calore aeris qui est in æstu: alia uero, quæ fit à frigiditate aeris continentis in hyeme: & hæ duæ putrefactiones dicuntur, dicit Auerr. quia putrefactio, quæ fit à calore aeris in æstu, fit per resolutionem humidi; illa uero, quæ fit à frigiditate in hyeme, non fit per resotionem humidi: sed fit per extensionem humidi, seu per compressionem humidi à mixto, quia frigidum constringit mixtum, & condensat ipsum, & ideo comprimit ipsum humidũ à mixto, & euanescit, & sic putrescit; & ista proprie nou dicitur putrefactio, sed dicitur quædam exiccatio: & ideo aliter & aliter fiunt istæ putrefactiones, dicit Auerr. Sed longe errat Auerr. quia non uidit Aristo. in lib. de long. & breuit. uitæ, ubi non appellat istam corruptionem & putrefactionem, exiccationem, quoniam frigiditas sui uehementia exprimit innatum humidum rei, ut est in aduentu ueris Bononiæ, cum aliquando Plantæ exiccãtur ex ista exustione: & ista exiccatio non est putrefactio, sed debet dici exustio & exiccatio, quia frigiditas continentis non est causa putrefactionis, sed exiccationis, seu exustionis, quia est causa corruptionis eius, quæ est exustio quædam, & non putrefactio: & sic tantum una est causa putrefactionis, scilicet calor extraneus, non autem frigiditas extranea. Et tunc Aristo. postquam posuit istam descriptionem, probat eam à signo, & primo, quòd putrefactio: sit corruptio innati caloris secundo probat, quòd fiat omnis putrefactio à calido extrinseco continentis, & non probat, quòd fiat à frigiditate extrinseca, sed à frigiditate innata. De primo probat, quòd putrefactio sit corruptio innati calidi, & à signo, quia uidemus, quòd ea, quæ putrescunt, primo exterius humescunt, quia humidũ interius prius exit externis, & postea magis aucto calore innato ab extraneo calore exiccantur humidita

tes illæ, deinde incinerantur,& sic putrescunt : & quæ causa huius? oh causa est, quia calor extraneus agens in calorem intrinsecum innatum auget ipsum: quo aucto agit in proprium humidum,& conuertit ipsum in uaporem crassum,& reuocat ipsum ad exteriores sui partes : &, quia est crassus ille uapor,adhæret illis partibus, & reddit illas partes exteriores mixti humidiores : & ita, cum magis augetur ille calor à calore extraneo,exiccat humidū illud,& euanescit,& simul cum proprio humido euanescit calor innatus propter caliditatem continentis, & tandem corrumpitur, quia, cum caliditas innata euanescit, trahit secum humidum : & ideo dicit Aristo. quòd, sicut aliena caliditas corrumpit innatum calorem,& ita corrumpitur etiam innatum humidum : & ideo inquit Aristo. quòd deficiente humido,deficit etiam calor innatus, & è contra : & ita putrescunt, quia non potest reponi illud humidum, quia iam calor euanuit simul cum humido, quia, si remansisset ille calor, potuisset reponi illud humidum, quia mediante calore potuisset addi aliud humidum,& attrahi aliud, & sic reponi ab ipso calore : & hoc uerum est in ipsis uiuentibus,in quibus potest reponi ab ipso calore : & hoc uerum est in ipsis uiuentibus,in quibus potest reponi, cum calor nō euanuit per . . . quia,licet multum caloris eius euanescat simul cum humido , cum in salute tamen, quia multum humidi remansit, ideo potest humidum à calore reponi; licet non æque purum, ut prius, & ita perfectum : & hoc in mixtis animatis,quia de istorum calore naturali & humido loquitur Aristo . hic : in hoc est primum signum, per quod probat Aristo. descriptionem putredinis. Lego uerba, & aduertatis, quia per proprium calorem intelligit innatum calorem . Et non est amplius, scilicet ille calor,quia iam euanuit cum humido, & ideo non est amplius calor inducens & reponens humidum, quia iam euanuit propria caliditas cum humido : & ideo, quæ putrescunt fiunt prius humida,& deinde aucto magis calore primo à calore extraneo exiccantur , & demum incinerantur & putrescunt : & tūc modo Aristot. ponit secundum signum.

Probabat Aristot . descriptionem putredinis, quòd erat corruptio innati & proprii caloris in unoquoque humido ab ambiente caliditate, ambientis, scilicet aeris : & pluribus mediis Aristo . intendit probare ueritatem descriptionis, in qua ponebantur tres particulæ: & prima particula erat , quòd putredo est corruptio proprii & innati caloris in unoquoque humido:& hanc particulam probauit hoc primo signo, quia uidemus quòd omne,quod putrescit, prius humescit exterius in superficie, & deinde exiccatur illa humiditas,quia à calore extraneo magis uigoratur & augetur calor proprius,& ideo illud humidum liquescit & euaporatur in superficie & in parte extrema putrescentis,& cum eo calor prius &c.

TEXTVS SEPTIMVS.

Et in frigoribus autem minus putrescunt , quàm in æstu.

TEXTVS OCTAVVS.

In hyeme enim paucum est in ambiente aere, & aqua calidum . quare nihil potest.

TEXTVS NONVS.

In æstate autem amplius.

NVnc Aristo. reliquis signis probat, quòd putrefactio fit à calore extraneo continētis, seu ambientis aeris, ut à causa effectiua,& probat secundo signo dicens , quòd . . . constat in cōstitutionibus anni frigidioribus & in locis frigidis minus putrescunt corpora, quā in cōstitutionibus anni calidioribus,ut in æstate & in locis calidioribus,& sic minus in hyeme, quàm in æstate : ergo putrefactio fit à calore aeris ambientis, quia, si non fieret putredo à calore aeris ambientis, tunc magis corpora putrescerent hyeme , quàm in æstate : quod falsum est experientia, quia minus putrescunt in hyeme , quia tunc calor extraneus

&

& alientis est in hyeme minor. Sed dices, non ne etiam in hyeme fiunt putrefactiones, quia fiunt febres ex putredine humorum; & in temporibus anni frigidis, & locis frigidioribus fit ista putrefactio? immo ibi fiunt tunc febres quotidianæ, & sic non à calore aeris: oh dico, quòd uerum est, quòd in locis frigidioribus & in constitutionibus anni frigidioribus fit etiam putrefactio, & fit etiam à calore ambientis & continentis, non autem ambientis aeris, sed corporis continentis, scilicet à calore intrinseco, quia ex prohibita transpiratione corporis à frigiditate externa, calor interior augetur circundans humores, & intenditur & inflammat humores, & sic fit putrefactio: & hoc est secundum signum. Et tunc Aristoteles ponit tertium signum.

TEXTVS DECIMVS.

Et neque quod congelatum. magis enim frigidum, quàm aer calidus. non igitur uincitur. mouens autem dominatur. Neque feruens, aut calidum.

TEXTVS VNDECIMVS.

Minor enim quæ in aere caliditas, ea, quæ in re. quare non dominatur, neque facit transmutationem ullam. Similiter autem & quod mouetur, & fluit, minus putrescit quàm quod non mouetur. debilior enim fit motus, qui ab ea, quæ in aere, caliditate, quàm qui in re præexistit. quare nihil facit permutari.

COagulatio bifariam fit, à frigore, & calore, ut dicemus, quia, quæ à calido coagulantur, à frigore dissoluuntur, & econtra, quæ coagulantur à frigore, à calore dissoluuntur: & ideo melius diceret textus, quia loquitur de congelatione, quæ fit à frigore tantũ, quia congelatio fit à frigore tantum. Et dicit, quòd tertium signum est, quòd congelatio fiat à caliditate aeris continentis, quia mixta, quæ à frigore congelantur, & congelata dissoluuntur, putrescunt, & non possunt putrescere, quia, ex quo congelata superant caliditatem ambientis, sic resistunt calori ipsius aeris propter uehementem frigiditatem, quæ est in eis, ut metalla: & ideo difficulter putrescunt, quia non possunt pati à caliditate ambiente, licet in longo tempore possint etiam putrescere, sed difficilius, quia resistunt illi extrinsecæ caliditati. Sed uos dicetis, hoc obstat dictis Aristotelis, quia dixit, quòd duæ sunt causæ putredinis, una aliena caliditas, & alia frigiditas propria, idest innata frigiditas & intrinseca: si ergo putredo est communis effectus propriæ frigiditatis, & extrinsecæ caliditatis; ergo, quæ habent maiorem frigiditatem intrinsecam, facilius putrescunt, quia habent maiorem causam putredinis; ergo facilius putrescunt: ergo metalla facilius putrescunt, quod est falsum. Tum secundo, quia uidemus experientia, quòd ex uehementi frigore aeris superueniente plantæ, quæ iam crescit & flores emittit, ut illi pariant fructus, facilius putrescunt ex frigore illo superueniente. Tum tertio, quia congelatio est causa quietis, & quies est causa putredinis, ergo congelatio est causa putredinis: quòd autem quiescit causa putredinis, dicemus. De primo, cum dicis, quòd etiam propria frigiditas est causa putredinis, dico, quòd uerum est, quòd etiam putrescunt à frigiditate propria: ergo, quæ habent maiorem frigiditatem, citius putrescunt: dico, quòd duplex est frigiditas propria, quædam dicitur esse frigiditas naturalis seu secundum naturam, & quædam dicitur præter naturam: frigiditas propria secundum naturam est illa, quæ commensuratur à calore naturali; & hæc non est causa putrefactionis, quia non facit putrescere, ut frigiditas huiusmodi, quæ conuenit congelatis, id est metallis, & de ista non loquitur Arist. sic, quia hæc non est causa putredinis: alia est frigiditas propria, id est intrinseca seu præter naturam, quæ est calor diminutus, et ista est causa putredinis; & quomodo est causa putredinis? quia ista non conuenit mixtis nisi deficiente naturali calore, & tunc crescit ista frigiditas: &, quia diminutio caloris naturalis est præter naturam, ideo hæc frigiditas dicitur intrinseca & præter naturam: & de ista frigiditate propria præter naturali loquitur Arist. quam habent mixta præternaturam, non secundum naturam: & ideo dico, quòd in metallis est propria & naturalis frigi-

ditas, & hic facit ad congelationem, & non ad corruptionem, quia resistit calori ambientis; quomodo autem causetur ista frigiditas præter naturam, dicemus in dubitationibus: De secundo, quia uidemus experientia, quòd superueniente uehementi frigore aeris facile putrescunt plantæ, & flores, dico, quòd in hoc deceptus est Auerr. & etiam medici, quia ista non debet dici putredo, sed debet dici exustio, & exiccatio: ideo errant isti cum Auerr. scilicet Vgo & alii, quia uolunt, quòd sub nomine putredinis comprehendatur ista exiccatio, quæ est corruptio, uerum est, at non putrefactio, ut dicit Aristo. de causa long. & breu. uitæ, ubi deducit, quòd illa corruptio, quæ fit à frigore, seu illa expressio humidi, quæ fit à frigore, non dicitur putrefactio, sed exiccatio. De tertio, quia congelatio est causa quietis, & quies est causa putredinis, ergo dico negando, quòd congelatio sit causa putredinis, quia, quæ congelantur ita possunt moueri, ut non congelata: si uero congelatio est causa quietis, hoc est per accidens ualde & non per se. Auer. in com. isto famosa duo dicit, & uane & incassum laborat, quia habet textum corruptum, & quia habet falsum textum, & ideo multas nugas dicit: dicit ergo cum textu falso, omnino alieno à proposito Aristo. aliena ab Arist. & dicit secundo, quòd in elementis est duplex qualitas; una, quæ prima inest elemétis, & hæc est qualitas in gradu intenso in eis, & alia in gradu remisso, & hæc secundario inest elementis, ut igni inest primo caliditas, & in gradu summo, secundario siccitas, & non est in gradu summo; & sic cuilibet alteri elemento insunt duæ qualitates, una primario, & alia secundario: primario inest una & in gradu summo, & alia secundario: primario summa, ut summa caliditas, seu summus calor, qui in natura repetitur, & alia remissa, puta siccitas; & sic de aere & aliis elementis: & hoc est dictum supra, & secundo de gene. & corrup. dicit ergo Auer, quòd qualitas, quæ primo conuenit elemento, est summa; ut calor, qui conuenit igni, est summus in natura; quia uero igni conuenit siccitas non primo, sed secundario, ideo illa siccitas non est summa, sed remissa: & sic de aliis elementis est dicendũ, ut dictum est de igne, quia in terra primario est siccitas, & secundario frigiditas, & ideo in terra est summa siccitas, quæ inuenitur in natura, & non summa frigiditas: aer autem primario humidus, & secundario calidus, & aqua primo frigida, & secundario humida: & huius causam reddit Auer. quia natura prouida & prudentissima hoc fecit, ut elementa in mixtione facilius misceantur, quia, sicut ignis, v. g. superat aquam in una qualitatẽ, ita è contra superatur in alia, & sic facilius miscentur in generatione mixti: quia, si omnia elementa concurrunt in mixto, & igni conuenit caliditas summa, siccitas uero remissa; aquæ uerò cõuenit frigiditas summa, & humiditas remissa, & sic de aliis; & sic, dicit, elementa facilius possunt misceri in generatione mixti, quia, sicut ignis superat aquam in caliditate, ita, quod superat suam frigiditatem, ita aqua humiditate sua superat humiditatem ignis, & sic in uno superatur, & in alio superat: & ideo facilius hæc elementa commiscentur: & ideo natura fecit unam tantum qualitatem in summo in elemento, ut scilicet principalius fiat mixtio. Secundo dicit Auer. Illud, quod facit mixtionem, est continens &c. Dupliciter exponitur. primo, quòd id, quod facit mixtionem, est contineus, id est calor, uel calor disseminatus in aere, ut per generationen mixtorum inanimatorum; uel in materia putri; qui dicitur calor putredinalis respectu animalium, quæ fiunt ex putri materia; uel in semine, ut in animalibus, & iste calor est ille, qui miscet elementa. Alio modo potest exponi. Et illud, quòd facit mixtionem, est continens, id est cœlum, quod omnia continet: & iam uidetis, quantum sit aliena Auer. ab Aristo. hæc expositio, quia nihil facit ad textum, quia non loquitur Aristo. hic de qualitatibus primis in summo, nec de mixtione, ut uidistis. Quod etiam dicit Auerr. quòd qualitates, quæ conueniunt elementis, una est summa, & alia remissa, hic habet difficultatem, & est problema neutrum: & Alexander etiam in primo huius eandem sententiam habet, quòd, scilicet in igne caliditas sit summa, & siccitas remissa; & ipsum sequitur hic Auerroes: sed hoc habet difficultatem, quia Auerr. 3. Cœli, com. 63. sibi contradicit, ubi dicit, quòd in quolibet elemento ambæ qualitates sunt summæ, & hoc etiam dicit Auicenna: & sic uidetis qualiter est problema neutrum: oh quæ ueritas? Deus scit ueritatem, Immo Christus interrogatus de ueritate noluit respondere: utraque tamẽ opinio probabilis est, quia de omnibus non possumus assignare demonstrationes: satis est,

quòd

quòd Auerr. hic ſecutus eſt Alexandrum: ratio etiam, quam adduxit Auerr. friuola eſt, quia dixit, quòd ideo altera qualitas in elementis eſt ſumma, & altera remiſſa, ut facilius elementa miſceātur in mixtione, quia Auerr. in hoc manifeſte errat, quia manifeſte inquit, quòd, cum elementa ueniant ad mixtionem, agunt & reagunt inuicem per qualitates alterius contrarietatis, ita, quòd ignis ſecundum calorem ignis agit in aquam, & per humidum repatitur ab aqua, ita, quod non agit in frigiditatem aquæ, & à frigiditate repatiatur, ſed dicit Auer. quod repatitur ab humiditate aquæ ipſe ignis: quod tamen eſt falſum, quia actio & reactio debet eſſe in elementis in generatione mixti ſecundū ambas cōtrarietates qualitatum primarum, aliter non fieret remiſſio & reductio ipſarum ad temperamentum, quia, niſi eſt ſecundum eandem contrarietatem actio cum reactione, non fit illa remiſſio, quia, ſicut ignis agit per calorem in frigiditatem aquæ, ita etiam aqua per frigiditatem agit in calorem ignis; &, ſicut aqua patitur à ſiccitate ignis, ita & reagit in ſiccitatem ignis ipſa aqua ſui humiditate: & ſic actio cum reactione eſt inter qualitates eiuſdem cōtrarietatis & diuerſæ, ut uult Auerr. & longo ſermone diximus in ſecundo de generatione: & hoc declarat ét Ariſto. in quinto de generatione animalium, capite tertio, ubi clare dicit, quòd ſæpe fit, ut, quod agit, magis patiatur, quàm agat, & frigeſiat & calefiat, & econtra: & ita dicit, quòd fit actio & reactio ſecundum eandem contrarietatem: quomodo etiam hoc fiat, declaraui nobis in lib. de generatione & corruptione, in quæſtione de reactione, quia circa hoc ſunt multæ difficultates. Et ita uerba Auerrois non ſunt ad intentionem Ariſtotelis, neq; ſunt in textu, quia habet malum textum. Neque feruens. Hoc eſt quartum ſignum, quod producit Ariſto. ad probandam ſuam deſcriptionem, ſcilicet quòd putrefactio ſit corruptio innati calidi à calore ambientis: & dat ſignum, quia ea mixta, quæ feruent, difficile putreſcūt: & quid eſt dic tu, mixta, quæ feruent? id eſt mixta, quæ ſunt feruentiſſimi caloris, difficulter putreſcunt, quia iſta mixta habent maiorem calorem innatum, & plus, quàm ſit calor ambientis, quia eſt maior eius calor, quàm calor ambientis: & ideo caliditas eorum non poteſt ſuperari ab illa ambientis, quia maior à minori caliditate ſuperari non poteſt, nec ex conſequenti pati; & ideo iſta mixta difficulter putreſcunt: & Olympiodorus dat exemplū de carnibus coctis, quia carnes coctæ difficilius putreſcunt, quàm crudæ, quia habent calorem maiorem, quàm ſit calor ambientis, quia ex coctione traxerunt maiorem calorem, quàm ſit calor ambientis; & ideo à calore ambientis pati non poſſunt: &, ſi patiuntur, difficilius patiuntur: & addit Alber. ad exemplum de ſpeciebus & aromatibus, ut de pipere & cinnamomo, quæ propter eorum innatum calorē difficillime putreſcunt à caliditate ambientis, quia maior eſt eorum caliditas, quàm ſit calor ambientis; & ideo non poſſunt pati à calore aeris, quia ab eo non ſuperantur. Sed dices, contra, quia uehemens frigiditas rei prohibet putredinem; ergo uehemens caliditas iuuat putredinem, quia contrariorum contrarij ſunt effectus. Tum & fortius, quia uehemens caliditas aperit meatus & poros, quia nehementer calida habent poros apertos, quibus euaporatur calor, & facilius expirat humidum cum eo interius: ergo caliditas iſta iuuat putredini, non autem prohibet. De primo dico, negando argumentum: oh contrariarum cauſarum contrarij ſunt effectus per ſe: per ſe, ſcilicet eſt uerum, ſed per accidens non eſt uerum; & ita eſt in caſu, quia uehemens frigiditas prohibet putredinem per ſe, uehemens ergo caliditas non per ſe, ſed per accidens, prohibet putredinem: & quomodo? propter ſimilitudinem, quam habet cum calore extraneo, quia calor, qua calor, non poteſt pati à calore, &, ſi patitur, tantum patitur, quantum remiſſior; modo iſte calor aromatum eſt intenſior, &, ex quo minus calidum nō agit in magis calidum, propter ſimilitudinem, quam habet cum illo, & non poteſt illud abſumere, quia extraneus eſt minoris potentiæ, ideo per accidens non putreſcit, & per accidens fiunt iidē effectus: frigiditas uero per ſe prohibet putredinē, quia de facto cōtrariatur caliditati extrinſecæ, & ideo per ſe facit illū effectum. De alio, quia caliditas intrinſeca facit poros corporis patentiores; ergo facilius calor innatus cum humido radicali in illis maximis euaporatur, dico, quòd, ſi illa uehemens caliditas eſſet præternaturalis, argumentū concluderet, quia ſic diſponeret ad putredinem; ſed, quia ſuppono, quòd ſit naturalis illi mixto illa caliditas, & contemperata, ideo non cauſat putredinem, quia hæc caliditas, quæ

eſt

est ita naturalis & commensurata, facit poros etiam commensuratos, & ideo non euaporat calor innatus & humidum innatum; & sic non iuuat putredini, immo potius prohibet: si autem esset præternaturalis, bene disponeret ad putrefactionem. Similiter autem per motum. Hoc est secundum signum ex motu, quia, quæ mouentur, difficilius putrescunt, quæ uero quiescunt, facilius putrescunt; unde ergo? ob hoc est, quia in ijs, quæ mouentur calor innatus excitatur & augetur pet motum: qui calor ita excitatus & auctus non torpet, nec ita faciliter potest pati a calore extraneo, quia motus uiuificat calorem intrinsecum, quies uero motrificat ipsum calorem innatum; & ideo ex motu augetur calor innatus, &, cum augetur, non potest pati à calore extrinseco ambiente: ex quiete uero torpet calor innatus, & ideo, quæ quiescunt, facilius patiuntur: & dat exemplum huius Alexander dicens, quòd propter hoc aquæ stagnantes facilius corrumpuntur, quàm fluentes, quia, quæ mouentur, difficilius putrescunt, quàm quæ stant: & Auer. dicit, quòd quies bifariam est causa putredinis, primo quia extinguit calorem innatum, quia suffocatur à quiete, quia, cum quiescimus, non potest difflari calor innatus, sed quasi suffocatur, & accidit putredo: secundo dicit Auer. quies est causa putredinis, quia quies figit rem sub agēte caliditate, scilicet sub aere calido ambiente; &, quia figit res, cum maiori tempore permanent sub agente; & ideo, quæ quiescunt, facilius putrefiunt: & ideo dicit Auer. quòd generatio requirit quietem, ut puta, si generatur ignis ex ligno, requiritur, quòd ignis quiescat, & quod longo tempore remaneat sub agente, alitet non introducitur forma ignis; & ideo oportet habere quietem: & idem etiam uidemus in concoctione, quæ fit in stomacho, ubi melior fit coctio in quiete, quàm in motu; & hoc idem dicit Galenus, quòd in quiete melior fit coctio, & ideo uult; quòd prandium sit leuius cœna, quia melior fit coctio in quiete somni in nocte, quàm cum motu, & in die. Sed dices, quid dicemus de exemplo Alexandri, quia Arist. dicit in sexto, quòd, quæ mouentur, difficilius putrescunt, quàm quæ quiescunt, quia calor innatus motu excitatur: & Alexander dat exemplum, quod nō est ad propositum, quia dat exemplum de aqua stagnante & de aqua fluente; sed aqua suo motu fluxus non acquirit calorem, quia motus localis non inducit calorem, nisi in rebus, quibus calor perfectio: sed calot non est perfectio aquæ; ergo fluxus non augebit calorem eius, neq; calefit aqua motu: tum etiam dubitatur de sole. . . . quòd autem aqua non calefiat motu patet per Auer. in secundo cœli, quia aqua in sui naturali dispositione non calescit. Quomodo autem uetificatur dictum signum Alexandti, quia in aqua non augetur calor innatus? Domini potest dici ex textu Arist. quòd exemplum Aristot. est pro exemplo, quia aqua summe frigida non calescit suo motu: uel potest dici, ut Albertus Alem. quòd Ar. per aquam non intelligit proprie aquam, sed intelligit mixtum aqueum, quod si mouetur, prohibetur à putredine, quia augetur eius calor innatus; cuius signum est, dicit Albertus, quia, cum uinum putrescit à principio, si baculo agitetur uel alio modo, prohibetur eius putrefactio, & reducitur ad bonum per motum illum: sed quid dicemus de aqua? quia aquæ stantes facilius putrescunt, quàm fluentes: dico, ut dicit Auer. quòd ideo putrescunt facilius aquæ stantes, quàm motæ, quia, ex quo stant fixæ sub sole, facilius figuntur & patiuntur à radijs solis, & ideo facilius alterantur, quia sic facilius miscentur cum corporibus alienis, quæ faciunt aquam citius putrescere, quia, cum mixta est alienis corporibus, facilius putrescit; quæ uero fluit, non ita facile percutitur à radijs solis, nec cum ea ita facile permiscentur aliena corpora, & ideo difficilius putrescit: & per hoc patet solutio ad illud de sole, quia est propter has causas.

TEXTVS DVODECIMVS.

EAdem autem causa, & quare multum minus, quàm paucum putrescat. in maiori enim amplior est ignis proprius, & frigidum, quàm ut dominentur, quæ in circunstante, uirtutes.

TEXTVS DECIMVSTERTIVS.

QVapropter & Mare, secundum partem quidem diuisum cito putrescit: totum autem non. Et aliæ aquæ eodem modo. Et animalia fiunt in ijs, quæ putrescunt, propterea quòd, quæ segregatur, caliditas, naturalis existens consistere facit segregata.

EAdem aūt causa. Sextum signum est, dicit Aristo. quia uidemus, quòd corpus magnæ quantitatis difficilius putrescit, quàm corpus paruæ quantitatis; & ratio est, dicit Arist. quia in corruptione maioris quantitatis, maior est uirtus, siue calor, siue frigiditas, quàm in corpore minoris quantitatis, ut dicit Arist. in octauo physicorum, quia in maiore corpore maior est uirtus, ideo magis resistit calori extraneo agenti ipsius ambientis, quàm uirtus minoris quantitatis, & ideo difficilius putrescit: quòd autem in maiori corpore, maior uirtus existat ut probatum est 8. physicorum, ubi dicit Arist. quòd in maiori quanto maior est uirtus extensiue, quàm intensiue, & ideo in eo est plus caloris aut frigiditatis: & dat exemplum Arist. dicens, quòd eius signum est, quia Mare simul totum iunctum difficilius putrescit, quàm si seiungatur, & diuidatur in plures partes, signum est, dicit Arist. quòd maius difficilius putrescit, quàm minus. Et tunc Aristot. ponit septimum signum, dicens, quòd, cum putrescunt mixta: generantur uaria animalia: septimum & ultimum signum est hoc: & hæc pars uario modo introducitur. Latini introducunt, quòd Arist. quasi remouet dubitationem, quia dixit Arist. quòd putrefactio maxime opponitur generationi simplici, quod falsum est: quia uidemus, quòd ex putrefactione etiam generantur animalia, ut muscæ & uermes; & huic dubitationi occurrit Arist. & sic Latini introducunt hunc textum: sed hoc non est uerum, ut ostendam. Et ideo aliter introduxit Olympiodorus hunc, & dicit, quòd hic Arist. ponit septimum signum ad probandam suam descriptionem, quòd putredo sit corruptio innati caloris in proprio humido: & sic ponit aliud signum ad probandam aliam particulam definitionis, & signum est, dicit Arist. quia, cum putrescunt mixta, generantur uaria animalia, ut muscæ & uermes & huiusmodi: & hoc, quia calor, qui euanescebat, reuocatur ad exteriora, quia calor innatus euanescebat cum humido, ex quo mixtum miscebatur, &, cum euanescit, permiscetur iterum cum illo humido & cum illa materia humida, & ideo agitat illam & permiscet illam sic agitando, ita, quòd recludit ipsum ad temperamentum & ad generationem ipsorum animalium, & sic fiunt animalia illa.

TEXTVS DECIMVSQVARTVS.

QVid igitur est generatio, & quid corruptio dictum est. Reliquum est autem dicere contiguas species, quascunque dictæ uirtutes operantur ex subiectis natura constantibus iam. Est itaq; calidi quidem concoctio, concoctionis autem maturatio: elixatio, assatio. Frigiditatis autem inconcoctio. huius autem cruditas, inquinatio, tostio. Oportet autem existimare non proprie hæc dici nomina. rebus enim non posita sunt uniuersalibus. quare non has, sed tales oportet putare esse dictas species. Dicamus autem ipsarum unaquæque quid est. Concoctio igitur est perfectio a naturali, & proprio calido, ex oppositis passiuis. hæc autem sunt propria unicuiq; materiæ.

TVnc Arist. epilogat dicens, quòd iam diximus, quid sit generatio simplex mixtorum similarium, quia est, quando actiuæ qualitates dominantur passiuis: & diximus, quid sit putredo, quia est corruptio innati calidi in unoquoq; humido ab aliena caliditate; & hoc fit, cum qualitates actiuæ obtinentur à passiuis. Lego uerba: & notate, quòd Aristot. per caliditatem innatam non intelligit qualitatem, sed substantiam illam spirituosam, & calorem naturalem, qui substantia est, quia est subtilior pars sanguinis: facit humidum cōstare scilicet quia permiscet ipsum cum calore extrinseco, qui exhalabatur. Et hic sunt multæ difficultates, quas dijs annuentibus cras pertractabimus.

Super his lectis sunt quædam difficultates, quarum quædam sunt faciles, & quædam difficiles; in quibus omnes Latini, & præcipue medici laborant, & in pluribus locis etiā

hanc

hanc descriptionem putredinis, assignatam ab Aristotele. Et prima est dubitatio Alexandri, quia Arist. describens generationem simplic em, dicit, quòd generatio simplex est actio & uictoria qualitatum primarum actiuarum super passiuas: contta, inquit Alexander, quia unius definiti est tantum una definitio: sed in primo de generatione, textu decimo, dicit Arist. quòd generatio est permutatio totius in totum nullo sensibili remanente, ut subiecto; & in secundo de gen. & cor. etiam dicit, quòd generatio est transmutatio entis in potentia; & hic dicit, quòd generatio simplex est uictoria qualitatum actiuarum super passiuas: ergo sunt duæ definitiones ipsius generationis simplicis: ergo unius definiti sunt duæ definitiones. Tum secundo, quia ista definitio conuenit etiam alio definito, quia conuenit mutationi & auctioni, quia istæ sunt actiones qualitatum actiuarum super passiuas, quia, cum qualitates actiuæ dominantur super passiuas, fit auctio & mutatio; ergo definitio data de generatione conuenit etiam mutationi & auctioni; ergo conuenit alteri etiam definito: ergo ista definitio non est recta. De primo, cum dicit Alexándet, quòd unius rei est tantum una definitio, scilicet recta; sed huius definiti dantut duæ definitiones; ergo earũ una tantum erit recta, & alia non; ergo aut erit recta ista, quæ traditur ab Aristotele hic, aut illa, quæ traditur in libro de gen. & cor. dico, quòd uerum est, quòd unius definiti est tantum una definitio; sed hic non est unum definitum, sed sunt duo definita, quia ptimo de gener. definitur generatio simplex, qualiscunq; fuerit, seu simplicis elementi, seu omnium mixtorum; hic autem definitur generatio mixtorum tantum, non autem genetatio, quæ conuenit elementis & corporibus simplicibus: oh ergo non est idem definitum, nec ideo etiam est eadem definitio. De secundo, quia hæc definitio conuenit alteri etiam definito, quis auctioni & nutritioni; ergo dico, quòd nutritio est quædam generatio, quia nutritio, est permutatio nutrimenti in substantiam nutriti; de auctione uero dico, quòd non est transmutatio nutrimenti in substantiam nutriti: & sic differt à nutritione, quia auctio est mutatio ad quantitatem, & nutritio est mntatio ad substantiam, & sic differunt in genere prædicamentali. Secundo dubitatur, & est dubitatio facta à Latinis, quia uidetur, quòd hæc definitio sit falsa scilicet quòd generatio substantialis mixti sit ex qualitatibus actiuis dominantibus, passiuis, quia omne agens est perfectius passo & effectu suo: sed qualitates actiuæ non sunt pręstantiores, immo ignobiliores effectu suo scilicet ipso mixto generato: ergo generatio mixti nõ potest esse ex qualitatibus, actiuis, cum sint imperfectiores, & ipsum perfectius non attingit perfectius: ergo genetatio non est, cum qualitates actiuæ dominantur passiuis. Tum ex septimo metaph. & 12. eiusdem, quia omue, quod generatur, fit à sibi simili in specie, ut homines fiunt ab homine, & equus ab equo: sed qualitates primæ non sunt eiusdem speciei cum mixto generato, quia illa sunt accidentia, & mixtum est substantia: ergo generatio mixti non potest esse ex illis qualitatibus actiuis, cum sint diuersa à specie, & tunc substantia fieret ex non substantia. De primo, quod dicis, quòd omne agens habet esse præstantius effectu suo; sed mixtum genitum est substantia, & illæ sunt qualitates; quomodo ergo mixtum, quod est substantia, fit à qualitatibus primis dominantibus, passiuis, quia sunt perfectiores mixto? dico, quòd duplex est agens, principale, & instrumentale; & agens principale de necessitate semper debet esse perfectius suo effectu, aut ad minus æque perfectum cum suo passo, uel cum suo effectu: agens uero instrumentale, non oporter, quòd sit perfectius aut æque perfectum cum suo effectu, immo potest esse imperfectius suo passo; & huiusmodi sunt illæ primæ qualitates, quæ non sunt ut agens principale in generatione mixti, sed ut agens instrumentale, quia nullum mediante motu suo est principale agens omnem generationem: cum ergo dicit, si qualitates primæ sunt imperfectiores mixto & substantia, quomodo ergo producunt substantiam? dico, quòd qualitates primæ non sunt principale agens, sed instrumentale, quia principale agẽs est ipsum cœlum, ut dixi in alia lectione: & ideo non inconuenit, quòd agens instrumentale sit imperfectius suo effectu, quia operatur uirtute agentis perfecti.

De secundo, quia ex septimo metaphysices, & 12. & 18. omne, quod fit, fit ab uniuoco: sed mixtum, quod generatur, est substantia, & qualitates primæ sunt accidentia; quomodo ergo generatio mixti potest fieri à qualitatibus actiuis dominantibus super passiuas? dico,

dico, quòd ista propositio expnnitur multipliciter, omnes tamen conueniunt, quod propositio illa non uerificatut de agente instrumentali, sed rantum de agente principali: nunquid autem uetificetur de omni agente principali, nunc omitto, quòd alias dicam Deo dante, ut in isto lib. quem incipiam: pro nunc tamen dico, quod ista propositio uerificatur de agēte principali, non aūt instrumētali, cuiusmodi sunt qualitates primæ in isto casu, quia mixtū & substātia fit à qualitatibus primis ut ab agente instrumentali, non autē principali; modo non requiritur, quòd agens instumentale sit uniuocum, sed potest esse æquiuocum. Tertio dubitatur, quia declarans nobis Aristo. quomodo fiat generatio animalium ex putri materia, in putredine mixti, dicit, quòd multoties generantur in putredine mixti: sed contra, quia mutatio debet esse à simili ad proximum, quia non facit saltum, quia non transit ab extremo ad extremum, nisi per medium, ut tamen transit ab animalibus ad inanimata: nam animus ttansit de animatis ad inanimata, & tunc transit pet animalia imperfecta, ut primo ad spongiam & osttea, & postea an animalia perfectiota ipsis conchilijs & spongijs. Est ergo prima dubitatio Alberti, licet sit . . . quomodo, quæ generantur ex putri materia, ut puta, cum genetantur uermes ex putri materia, generātur uermes, & genetantur alia animalia, quæ sunt animata, & non generatur prius mixtum, cum proximius mixtum animatum mixto inanimato, quàm mixtum inanimatum ipso mixto animato. Secundo dubitatur, cut ex putredine unius & eiusdem corporis non generatur unum animal tantum magnum, sed generantut plura animalia parua, & distinguibilia in quanto quantitate & figura. Tertio dubitatur, cur illa animalia, quæ ibi generantur, ut plurimum sunt uolatilia, non autem sine alis & gressibilia, ut in pluribus. De primo respondet Alber. cum dicis, cur ex inanimato generatur animatum in putredine, magis, quàm inanimatum, cum propinquius sit inanimatum ipsi inanimato, quàm animatum dico, dicit Albertus, quòd uerum est, quòd inanimatum propinquius est ipsi inanimato quo ad formam, non autem quo ad materiam, quia, cum putrescit corpus mixtum, resoluitur pars humidi: sed tenuior est materia uiuentium, quia, cum putrefit corpus mixtum, ex illa parte humida tenui generantur animalia: quia illa est materia generationis eorum, pars illa tenuior illius corporis purridi, puta alicuius pomi puttidi: est ergo hic similitudo & propinquitas, quo ad materiam, quia illa materia est uere materia generationis animalium, & non inanimatorum.

De secundo, cum quaris de generatione animalium dinersarum figurarum, & diuersæ quantitatis, & dinersorum colotum; dico, quòd causa est, quia humidum, quod euanescit cum calore, diuisum est in plures partes, & plurium magnitudinum & quantitatum. &, quia illud humidum est diuisum in plures partes tenuiores & crassiores, calidiores & minus calidas, ideo generantur animalia diuersarum figurarum, & diuersorum colorum. & quantitatum diuersatum. De alio, cur ut plutimum generantur uolatilia, respōdet Albertus, quòd non est, quia illud humidum, quod resoluitur, ex quo generantur animalia, est substantia tenuis, & ideo leuis; & illa leuis, est substantia, seu illud humidum tenue & leue, est materia generationis uolatilium; & ideo plurimum generantur animalia uolatilia, non autem animalia gressibilia & terrestria, quia hæc animalia requirunt humidum crassius in sua generatione, & ideo non generantur, terrestria. Hæc quo ad istas leues difficulrates.

Quo uerò ad difficultates difficiles, quas tractant medici, recurre ad medicos, quia philosophi pauca dicunt de ista putredine & de generatione: sed medici de his dicunt multa, & plures conditiones addunt descriptioni Aristotelis, & ideo ad eos uos temitto. Est ergo prima dubitatio, quia dicit Arist. quòd putredo est corruptio secundum naturam, & est maxime contraria generationi simplici: & primo dubitatur, quia nō uidetur uerum, quòd putrefactio sit corruptio secundum naturam, quia ita putredo uidetur corruptio uiolenta, sicut combustio, & putredo est corruprio secundum naturam, eriam exustio est corruptio secundum naturam, quia aut intelligit, quòd putredo est corruprio secundum naturam idest secundum inclusionem ipsius passi, & sic omnis corruptio mixri est secundum naturam; aut secundum inclusionem ex parte ipsius agentis: Si prior, scilicet secundum inclusionem ipsius passi, sic omnis corruptio mixri est secundum naturam, quia materia, quæ est sub mixto, inclinatur ad omnem formam, & sic combustio ligni est etiam corruptio secundum naturam

turam, quia materia illa ligni inclinatur ad omnes formas tam ligni, quàm ignis: Si uerò dicas, quòd putredo eſt corruptio ſecundum naturam ex parte agentis, tunc cōtra hoc eſt dubitatio Alberti; tum etiam non uidetur uerum, quia ita extraneum & extra naturam eſt agens in putredine, ſicut etiam in combuſtione: ergo ſicut combuſtio eſt uiolenta, ut dicit Ariſto. ſic etiam eſt uiolenta putrefactio. &, ſi una eſt ſecundum naturam, ita etiā & alia, quia utrobique eodem modo eſt agens extraneum, quia, ſicut in cōbuſtione ligni eſt ignis, ut agens extraneum, ita hic in putredine puta carnis, eſt calor extraneus ambientis: ergo ſequitur, quòd, ſi putredo eſt corruptio ſecundum naturam, ita etiam & combuſtio; &, ſi eſt uiolenta combuſtio, eſt etiam uiolenta putrefactio. Secundo, quia ſenium eſt corruptio quædam ſecundum naturam, & mors naturalis hominis, eſt corruptio quædam ſecundum naturam, quia per mortem terminatur eius uita; & neque ſenium neque mors eſt putrefactio; quomodo ergo putrefactio eſt corruptio ſecundum naturam, cum corruptio ſecundū naturam non ſit putredo, quia corruptio hominis ſecundum naturam eſt mors, quæ mors non eſt putredo? oh quomodo mors ſecundum naturam, ſeu naturalis hominis, eſt ſecundum naturam non eſt putrefactio? reſpondent Ariſto. & Auer. quòd ideo mors nō eſt putredo, quia accidit propter impedimentum & impotentiam reſpirationis, quia mors eſt impotentia reſpirationis: & quomodo dicis, eſt impotentia reſpirationis? oh declarat Ariſt. quia in morte, cum conſumitur humidum naturale, euaneſcit etiam calor innatus cum illo humido, &, cum deficit calor innatus cum illo humido, exiccantur membra ipſa operantia ad reſpirationem, & diaphragma & muſculi thoracis & pulmo, & ſic non poteſt fieri reſpiratio ſecundum exigentiam caloris innati pro refrigerio caloris innati, ita, quòd non poteſt ſufficienter refrigerari ex reſpiratione; & calor naturalis non conſeruatur in uiuente niſi ex refrigeratione, quæ habetur per reſpirationem, ut dicit Ariſto. in lib. de cauſa long. & bre. uitæ, & in lib. de reſpiratione: &, quia in longitudine ſenij deficit humidum radicale, & cū eo calor innatus; & inſtrumenta ad reſpirationem, redduntur ſicca in tantum, quòd nō poſſunt euentare calorem innatum ſufficienter; &, cum calor innatus non poteſt refrigerari, tunc ſequitur mors: ſed iſta non eſt putredo, ut dicit Ariſto. & Auicenna tertia primi, ſed eſt impotentia tranſpirationis, & ideo eſt corruptio ſecundum naturam; quid ergo dicit Ariſto. hic, quòd putrefactio eſt corruptio ſecundum naturam? De primo cum dicis, aut putredo eſt corruptio ſecundum naturam ex parte materiæ, aut ex parte agentis: ſed neutrum horum dici poteſt; dico, quòd putrefactio eſt corruptió ſecundum naturam ex parte agentis: & quare ex parte agentis? (& iſta eſt reſpōſio Alberti magni in cap. 6. & Vgonis) quia in putrefactione agens faciens putredinem, quoquomodo intrinſecum: oh dices, putrefactio fit à calore extraneo ambientis: uerum eſt, ſed cum illo calore ambientis concurrit & calor innatus, qui augetur à calore ambientis, quia calor ambientis alterat calorem innatum augendo ipſum, qui calor innatus auctus agit in proprium humidū, & facit ipſum euaporare, & ſic fit putrefactio; & ſic etiam concurrit calor innatus, & ratione cōcurſus huius caloris innati dicitur eſſe naturalis iſta putredo: in exuſtione uero non concurrit intrinſecus calor, ſed ſolus extrinſecus ambiētis, & ideo dicitur eſſe ſimplex præter naturam corruptio, ipſa combuſtio, & non ſecundum naturam aliquo pacto: & hoc eſt reſponſum Vgonis, & Alberti: & hic bene aduertatis, quia materia hæc eſt ualde difficilis, & multum laborant medici circa hanc deſcriptionem Ariſto. & Vgo ponit ultra illas tres cōditiones, alias conditiones. Sed, domini, hæc reſponſio falſa eſt, quia dicit, quòd in putrefactione cum calore ambientis concurrit etiam calor innatus auctus ex calore extraneo ambientis: quia calor innatus auctus reſoluit proprium humidum innatū, & ſic fit putrefactio: & propter hūc concurſum caloris innati putrefactio dicitur corruptio ſecundum naturam; combuſtio autem fit tantum à calore extrinſeco ambientis, & ideo dicitur præter naturam: ſed, domini, hoc uidetur falſum, quia in combuſtione uidetur etiam calor innatus, & non tantum calor extraneus ipſius ignis, concurrere, ſicut concurrit in putredine, quia calor innatus conſeruatur in ſui naturali menſura, & reſiſtit; &, cum augetur à calore extraneo ignis, factus inimicus humidi, ei ſic eſt præternaturalis, quia ignitur; & ſic ultra calorem extrinſecum etiam concurrit calor innatus: ergo combuſtio eſt etiam ab innato calore, & per iſta eſt uiolenta:

ergo

ergo & putredo est uiolenta & naturalis, & combustio est naturalis: ergo sicut putredo propter hoc dicitur corruptio secundum naturam, ita etiam combustio dicetur corruptio secũdum naturam: quia, sicut calor innatus, cum conseruatur in sui natura, & est proportionatus in suo humido innato, tunc resistit calori ambientis, &, cum auctus est in sui mensura, factus est improportionabilis; & præter naturam suo humido, & tunc agit in ipsum, & sic fit corruptio; ergo ita etiam in combustione agit calor innatus in sui corruptione, sicut in putredine, quia sic fit improportionatus suo humido calor innatus à calore ignis in combustione, sicut in putredine à calore ambientis sic auctus, est etiam factus improportionatus suo humido; igitur agit in ipsum: aut assignes tu rationem, quare calor innatus in combustione auctus à calore ignis non agat in proprium humidum; auctus uerò in putredine à calore aeris agat in proprium humidum: & certe reddes nullam rationem, quia, si calor naturalis est per casum ut quinque, à calore ignis fit ut sex, tunc aget in proprium humidũ, quia factus est ei disproportionatus; & sic etiam erit in putrefactione: ergo, si calor innatus in putrefactione agit in proprium humidum, & propter hoc putredo dicitur corruptio secundum naturam; ergo etiam combustio erit naturalis; aut, si combustio erit præternaturam, ita etiam erit putredo. Et aduertatis, quia hoc argumentum est ualde difficile, & ab omnibus tangitur; & propter hoc nesciunt distinguere putredinem à combustione, nisi hoc pacto concurrit in putrefactione calor innatus, & in exustione, quod falsum est, quemadmodum dixi, & infra etiam magis tangam hoc argumẽtum: & propter hoc non placet mihi opinio Alberti, & Vgonis, ut uidetis. quid ergo dicendum? ego aliter dico, & uos eritis iudices in hoc, quia in hoc facio uos iudices. Dico ergo, quòd uidetur, quòd possit dici, quòd putredo dicatur corruptio secundum naturam, quia fit ex ordine naturali causarum, ex naturali cõstitutione, & ex cursu propriæ naturæ: si enim dimittuntur mixta propriæ naturæ putrescũt, & non comburuntur: quia omne mixtum, quod sic corrumpitur, corrumpitur secundũ cursum naturalem: combustio non sequitur naturam rei, & ideo propter hoc dicit Aristot. ipsam putredinem etiam corrumpi secundum naturam, quæ sequitur naturalem constitutionem. oh quia mixtum consistit ex quatuor elemẽtis contrarijs, & ex quatuor qualitatibus, &, cum augetur calor innatus, fit disproportionatus suo humido, & sic agit in ipsum, & sic fit putredo, sed impotentia respirandi, dicit Aristo. quia illa quatuor elementa quærunt superari inuicem, cum sint contraria, & ideo ex rerum actione quærunt elementa dissolui, & sic fit putredo. De secundo, quia mors naturalis non est putredo, sed impotentia respirandi, dicit Aristo. dico, quòd de facto ita est, ut dicit Aristo. ibi, quòd est impotentia respirandi: & hoc declarauit Aristo. & Auicen. quòd putredo est corruptio secundum naturam: & si ergo defectus respirationis est corruptio secundum naturam, quomodo ergo est putredo? quid ergo dicit Aristo. quòd longe distant defectus respirationis à putredine? De secundo, quòd cum defectu respirationis concurrunt multæ putredines, dicitur, quòd iste defectus respirationis est uia in putrefactionem, quia offenditur ipsa respiratio; &, quia est uia ad putredinem, ideo dicitur, quòd putredo est corruptio; & dicimus, quòd iste defectus est quædam putredo, quia ultimus eius terminus est putredo: & ideo dico, quòd re uera corruptio secundum naturam non est putredo in animalibus, sed est defectus respirationis; sed dico, quòd iste defectus respirationis est putredo, quia ordinatur & ducit in putredinem: tum etiam, quia iste defectus respirandi habet plures putredines sibi cõiunctas, & deficiente calore innato in sene ex humidi defectu, quo calor idem debilitatus est & resolutus, ideo tum à leui calore ambientis alteratur, igitur recedit à sui mensura, & fit præternaturam suo humido; &, cum fit incommensuratus suo humido, agit in ipsum, & sic putrefit; & sic senium est quædam putrefactio; uerum est tamen, quòd senium reuera non est putredo, sed hoc modo est putrefactio: & sic tenemus utrunque dictum, quia ista impotentia transpirandi est quædam putrefactio, quia est uia ad putredinem, quia senex, cum non potest transpirare, est in uia ad corruptionem seu putredinem. Potest etiam tueri illud dictum, quia, scilicet cum impotentia transpirationis sunt plures putredines, quia cum impotentia transpirandi paucificatur calor innatus; & ab ambiẽte alteratur faciliter, cum est paucificatus; & ita agit in humidum proprium, & recedit à mensura, & facit euaporare humidum,

midum, & hæc est putrefactio, sed non formalis, sicut & nec respiratio, sed est uia ad putredinem.

Secundo principaliter dubitatur, quia dicit Aristo. quòd putrefactio est maxime contraria putrefactioni, seu generarioni simplici: sed hoc uidetur falsum, quia hoc non est uerum de omni mixto, quòd putrescat, quia mixta homogenea, ut aurum, plumbum, & similia, nõ possunt putrescere, quia putredo est ex contrarietate partium inuicem, & ex dissimilitudine eorum inuicem; sed in homogeneis non est dissimilitudo partium; ergo putredo non est communis putredo mixtorum. Tum etiam de multis lapidibus, quia non possunt putrescere, quia eorum humidum non potest superari, nec dissolui à calido ignis, quia nõ potest exiccari ab igne, ergo nec ab extrinseco calore ambientis; quõo ergo poterit ex calore aeris ambientis adamas exiccari, aut aurum, cum ex igne non minuatur, quantũcunq; aurũ stet in igne, quia nunquã igne consumitur? ita ẽt de adamante, in quo d ignis non agit. Dico, cũ dicis, quòd homogeneũ mixtũ non putrescit, ergo putredo non maxime opponitur generationi simplici. dico inquam, quòd, si reuera dateẽ mixtum uere & proprie homogeneum, non putrescetet, sed, ut alias dixi in lib. de generatione, nullum potest dari mixtum uere homogeneum, quia licet uisu uideantur esse homogenea, tamen in re non sunt uere homogenea, quia sempet habent aliquam differentiam in partibus eorum, ut patet de ligno, quod reuera uidetur homogeneum, & tamen non est, quia habet partes, quæ resoluuntur in fumum & terram. Et ideo ad argumenta, cum dicis, quòd multa mixta non possunt putrescere, ut aurum & plumbum & lapides, quæ sunt homogenea; ergo non conuenit homogeneis; dico, si daretur uere homogeneum mixtum, quod non putrescetet, quia non habetet quantitatem & dissimilitudinem partium; sed non datur, quia omnia mixta habent pattes dissimiles; ideo puttescunt, sed non in paruo & modico tempore, sed in longo temporis spatio. Et, si dicas, quòd humidum aereum non potest separari à calore ignis, quomodo ergo à calore aeris ambientis? dico, quòd, licet non possit separari humidum eorum à caliditate ignis, potest tamen seperari à calore aeris ambientis in longo tempore, quia maior est actio caloris ambientis in longo temporis spatio, quàm caliditas ignis in paruo tempore, quia magis operatur longitudo temporis, quàm magnitudo agentis, ut patet in exemplo de guttis aquæ, quia parua gutta longo tempote cadens supet aliquem lapidem, plus potest ad excauandum lapidem, quàm magna copia aquæ paruo tempore: quia illæ guttæ cauant lapidem, & magnus fluuius nõ: & hoc etiã patet de sole, quia magis calefacit proptet magnam moram, quàm cum est perpendiculariter supta caput nostrum: & sic dico, quòd putrefactio est passio communis omnibus mixtis, & quòd maxime opponitur generationi simplici, quia ista definitio putredinis conuenit omni mixto, &, si non in paruo tempore, saltem in longo temporis spatio omnia putrescunt, & hoc dicit Arist. & bene est ultima dubitatio, quia dicit Arist. in uerbis suis, quòd omnis corruptio.

Est ultima dubitatio super definitionem istam putredinis, in qua omnes medici laborãt, an ista definitio sit recta; & ptimo dubitatut citca unamquanq; parriculam; & prius dubitatur circa totam definitionem simul: & primo est dubitatio, quia dicit Arist. quòd putredo est corruptio quædam, qnia omnis corruptio est una mutatio; putrefactio non est una mutatio; ergo putrefactio non est corruptio: maior patet ex quinto Physicotum, & minor patet ex Aristotele hic, quia, quæ putrescunt, primo alterantur, quia calor naturalis fit præter naturalis, cum humidum reuocatur exterius, & etiam interius mixtum frigescit, deinde siccescit humidum plus extrinsecum, & deinde incineratur, & putrefit: & sic non est una mutatio, sed plures sunt putredines simul ipsa putredo, ergo putredo non est corruptio.

Secundo dubitatur in alia particula, quia dicit innati caloris, primo ex Galeno 3. techni 5. (& hoc etiam dicunt Drusianus, Gentilis, & Vgo, quia oẽs instant super ista difficultate, seu auctoritate) ubi dicit Galenus, quòd corpora nostra putrent, cum permutantur à frigore ad calorem & ad humiditatem: non ergo putrefactio est permutatio solius caloris, sed & frigiditatis & humiditatis, & siccitatis: & patet etiam hoc, quia sanitas nostra consistit in proportione quatuor qualitarum in certa mensura: potest ergo mixrum & corpus permutari ex humiditate naturali ad præternaturalem; & ita de frigiditate, quia potest à frigiditate

ditate naturali ad præter naturalem permutati: & sic de humiditate, & siccitate: sicut ergo permutatio caloris naturalis ad præternaturalem dissoluit mixtum, & est putredo, quia est id, in quo consistit sanitas: ita erit de frigiditate, & humiditate. Tum tertio dubitatur in alia particula, quia dicit, In unoquoq; humido. & addit istam particulam, quia corrumpitur calor innatus corruptus à suo humido, quo substentabatur, ut dicunt Alex. & Olympiodorus: est modo dubitatio, quia calor compatitur secum summam siccitatem; ergo nõ dissoluitur calor naturalis corruptione & dissolutione humidi: tum etiam patet, quia in iuuene est maior caliditas naturalis, quàm in puero, & etiam est maior siccitas, quia continue exsiccantur corpora nostra, & tamen augetur calor naturalis, quia puer est humidior iuuene, & tamen habet maiorem calorem naturalem iuuenis: non ergo consumptione calidi innati consumitur & euanescit etiam calor naturalis. Quarto dubitatur in alia particula, quia dicit, quòd putrefactio est corruptio calidi innati Ab aliena caliditate: quod uidetur falsum, quia omnis corruptio est à contrario; ergo calor à calore non potest corrumpi; quia calor non contrariatur calori: patet, quia aut corruptio calidi innati est à maiori caliditate extrinseca, aut à minori, aut ab æquali: non à maiori calore, quia à maiori calore non corrumpitur calor, sed augetur & perficitur: neq; potest esse ab æquali uel minori calore, quia à minori non prouenit actio, neq; ab æquali, quia non prouenit actio: ergo nullo modo potest prouenire corruptio calidi innati à caliditate extrinseca. Sed cur in uehementi frigore aeris in hyeme sæpe putrent humores in corpore nostro, ex putrefactione quorum humorum oriuntur febres, ut sunt quottidianæ? Tum etiam, quia sub niue frigidissima à materia putri generantur uermes, & ista putredo ibi non potest esse à calido, sed à frigore, quia corpus circunstans est frigidum: non ergo omnis putredo est à calore alieno, sed aliquando est à frigore etiam. Tum etiam arguitur, quia dicit, quòd est ab aliena caliditate ambientis, idest continentis, & loci: sed hoc non uidetur uerum, quia, ut dixi, tempore existente frigido in apostematibus putrescit sanguis & alij humores, & generatur sanies, & ista est putredo, quia est à uirtute digestiua membri, ut dicunt medici; ergo non est à caliditate ambientis. Tum etiam, quia sæpe pars putrescit à suprema putrida parte; ergo non ab extrinseco ambiente. Tum etiam, quia sæpe putrescit pars interior extrinseca parte existente illæsa, ut patet in fructibus & alijs, & tamen pars interior est proximior calori extrinseco ambientis; ergo illa deberet putrescere citius, quàm interior, quia est maxime proxima ambienti: cuius tamen oppositum uidemus. Secundo principaliter dubitatur contra totam definitionem de elixatione & assatione carnium, de quibus iam istæ actiones sunt terminationes & coctiones, & tamen his competit definitio putredinis, quia est corruptio calidi innati, & proprij humidi ab aliena caliditate, quia euaporat calor innatus ipsius carnis, cum assatur uel elixatur, ex actione caloris exrtanei in ipsum; ergo debet dici putredo, quod tamen falsum est. Tum etiam secundo est dubitatio Alberti & omnium, quia uidetur, quòd combustio sit putredo (cuius tamẽ oppositũ dictũ est supra) quod patet, quia in combustione est corruptio innati calidi in proprio humido: ergo est putredo, quia calor ignis ambiẽs corrumpit proprium calidum in proprio humido. Tum tertio addit Vgo primo quarti de febribus, quia ex hoc sequeretur, quòd febriens esset putrescens, & febris esset putredo, quia ei conuenit definitio putredinis, & tamen falsum est, quòd febris sit putredo: quod autem hoc sequatur, patet, quia febris est triplicis generis: una quæ dicitur febris humoralis, quæ est, cum putrescunt humores, & huic conuenit definitio putredinis, quia ibi prius calor corrumpitur, & humidum: secundo est febris ephemera, & id, cum fit alteratio in spiritibus, & hic etiam corrumpitur calor innatus, quia spiritus illi alterantur & calor innatus, & sic hic etiam corrumpitur calor innatus: tum tertia febris est illa, quæ est in membris, quæ dicitur ethica; & in ista est etiam corruptio proprij caloris, & humidi radicalis, quæ est putredo: & sic omnibus istis argumentis stantibus contra istam definitionem datam ab Aristotele de ipsa putredine: propter quæ argumenta multi carpunt ipsum Aristotelem, & Vgo inter alios, qui addidit huic definitioni Aristotelis septem uel sex conditiones, dicens Arist. fuisse diminutum in hac descriptione putredinis, & quòd indiget supplemento. Et sic res difficilis est in se, & perturbat omnes medicos ista benedicta descriptio putredinis: sed, do

mini, ut dixi, definitio Aristotelis recta est, & illis satisfacit sine aliqua additione: & ideo soluo dubitationẽ eorũ. Dicit ergo Aristo. ꝙ putredo est corruptio innati calidi in proprio humido à calido extrinseco, & sic oĩs putredo est à calido secundũ Arist. & pro intellectione definitionis est bene aduertendũ quia ita nude in suis uerbis nõ est manifesta: dicamus ergo, quis sit sensus istius descriptionis.s. Putredo est corruptio innati calidi. Sed quæ est ista corruptio? non.n.est simpliciter corruptio caloris ab esse in non esse: quia corruptio est subita mutatio ab esse in nõ esse, putredo aũt est in tẽpore, & nõ subito; nõ ergo est simpliciter corruptio: dicũt expositores, quod intelligiť, quòd putrefactio est corruptio nõ simpliciter innati caloris, sed est quædã corruptio, idest permutatio & alienatio innati calidi: & quõ corrũpitur & permutať? oh dicunt, quòd permutatur à sua natura, & excrescit & augetur, & sic fit improportionatus suo humido, & sic corrumpitur: & quomodo improportionatur? oh ut dixi supra, quia calor naturalis non est simplex qualitas, sed substantia genita ex simplici & puriori parte sanguinis & nutrimenti; & iste calor non conseruatur nisi in proprio humido, sicut ignis lucernæ non conseruatur, nisi adsit oleum; & iste calor sequitur proprium humidum, in quo fundatur: est ergo naturalis proprius iste calor in omni uiuente, & etiam est istud humidum naturale proprium: debet ergo iste calor porportionari cum suo humido proprio, ut iste calor cum humido suo proportionatur in diuersis uiuentibus secundum diuersum periodum uitæ & secundum diuersam complexionem; & quanto est maior proportio inter calorem istum & proprium humidum, tanto longior est uita uiuentis, ut dicit Arist. in de causis long. & breu. uitæ: est ergo, dicunt isti, corruptio istius caloris, permutatio eius ab esse naturali ad esse præter naturam. Sed quæ est ista permutatio? Vgo prima quarti, & tertio Techni, & Gentilis, dicunt, quòd ista permutatio ab esse naturali ad esse præternaturam nihil aliud est, nisi debilitatio calidi innati. sed dices, quomodo est ista debilitatio calidi innati? dicunt dupliciter, unomodo ex paucificatione proprij humidi; quando enim paucificatur humidum, tunc debilitatur calor innatus ex paucificatione humidi innati; & quomodo paucificatur humidum? dicunt à calore extraneo consumitur ipsum humidum: alio modo etiam debilitatur calidum innatum, à frigiditate extrinseca, quæ remittit & extinguit ipsum: & ideo ista putrefactio, quæ est debilitas calidi innati, dupliciter fit. uno modo à calido extrinseco: alio modo ex frigore etiam extrinseco: & ideo dicit etiam Auer. quòd putrefactio fit tum à frigido extrinseco, tum à calido extrinseco, ut in com. 14. supra dixi, & idem repetit 3. colliget cap. 4. Sed ista opinio falsa est, quia putrefactio est permutatio calidi innati ab ente naturali ad præternaturam: quod autem dicunt, quòd ista permutatio est debilitatio calidi innati; quæ debilitatio dupliciter fit, tum ex paucificatione humidi innati, tum ex frigiditate extrinseca, hoc est uerum, quia tunc combustio esset etiam putrefactio, quia, cum lignum, puta, comburitur, paucificatur eius humidum innatum à calore extrinseco, & sic corrumpitur, & tamen ista non est putrefactio, sed est combustio, & tamen secundũ te esset putrefactio, quia ista corruptio fit ex paucificatione humidi innati: tum quia ista paucificatio humidi, si humidum sit minoris quantitatis, quàm prius, sequitur permutationem caloris ab esse naturali ad esse præter naturam; cum enim calor seruatur in sui mensura & quantitate & naturalitate, conseruatur etiam humiditas ipsa in sui mensura & quantitate & naturalitate; cum enim permutatur calor à sui natura & quantitate, & augetur, tunc paucificatur eius humiditas: & ideo Auicenna secunda primi de causis calefactionis, dicit, quòd una causa, quæ produxit calorem, est putrefactio: quæ putrefactio nihil aliud est, quàm mutatio caloris ab esse naturali ad præternaturale; & Gentil. citat Auicennam in hoc loco pro se, & miror, quia dicit Auicenna, quòd ideo paucificatur humidum innatũ, quia calor innatus recedit à sui natura, & iste recessus est putrefactio. Tum secundo dicit quòd debilitatur calor innatus ab extrinseco frigido, quod falsum est, quia Arist. in de long. & breuit. uitæ dicit, quòd dupliciter ignis corrumpitur: uno modo in se, & ista est marcedo; cum uero ignis, idest calor innatus, ab extrinseca frigiditate corrumpitur, uocatur ista extinctio, non autem marcedo: si ergo est extinctio, non est marcedo: ergo corruptio calidi innati ab extrinseco frigore est extinctio, non autem marcedo, ut isti dicunt, qui dicunt, quòd putredo est permutatio caloris innati, & ista permutatio potest esse à frigore extrinseco;

trinseco; sed ista permutatio, quæ est à frigore extrinseco, non est putrefactio, sed est extinctio; ergo male dicunt. Tum etiam, quia Galenus secundo complexionum dicit quòd neq; à frigido, neq; à sicco extrinseco, quicquam putrescere potest; ergo putrefactio non potest esse à frigore extrinseco: quid ergo dicũt isti, quòd debilitatio calidi innati est putrefactio? ergo falsus est intellectus eorum. Quid ergo dicendum? quis nam est sensus uerborum Aristotelis, cum dicit, quòd putrefactio est corruptio calidi innati? quia non statim desinit ille calor esse, neque . . . esse, sed tantum est mutatio accidentis: bene tamen uerum est, quòd ista mutatio accidentalis mutatur ad substantialem, & ad substantialem terminatur, ipsa tamen putredo formaliter est, non corruptio: dico ergo, quòd reuera ista corr. calidi innati non est permutatio calidi ab esse ad non esse, sed est tantum alteratio, & permutatio ab eius esse naturali ad præternaturale, quia deficit in proportione naturali cum suo humido. Sed dices, ergo putrefactio est permutatio à suo esse naturali ad præter naturale, & sic aut fit maior, aut fit minor: dico, quòd, cum calor iste fit minor, nunquam est putredo, quia, cum fit minor, à frigiditate fit minor; sed, si à frigiditate fit minor, aut ergo fit statim, aut paulatim: si statim fit minor à frigiditate, ista uero est putrefactio, & dicitur ab Aristotele exiccatio uel exustio, quia fit confestim, ut cum in aere superuenit frigus intempestiuum, tunc arbores exiccantur: si uero sensim fit ista exustio seu ista remissio, appellatur extinctio ab Aristotele, & ista non est putredo, sed extinctio, quia paulatim calor extinguitur: putredo est, quatenus calor innatus augetur in sui mẽsura, quia, cum calor naturalis auget, ex naturali fit præternaturalis, quia tanto gradu & tanta mensura erat proportionatus, & naturalis suo humido: cum ergo excedit istam mensuram, fit præternaturalis; & ista est putrefactio, cum, scilicet calidum innatum recedit à sua mensura cum proprio & innato humido, quia omne uiuens habet proprium calorem innatum cum proprio humido; & diuersimode est commensuratio ista, & ista proportio calidi cum humido secundum diuersas complexiones, quia alia est commensuratio in homine, & alia in boue, & alia in capra, & huiusmodi; &, secundum quòd perfectior est ista commensuratio, ita & longior est periodus uitæ illius uiuentis: & hoc est formale & primum signum putredinis. Sed ultra hoc, est etiã secundariũ signũ putredinis, quia ista non est tota significatio putredinis, scilicet uniuocatio & recessus calidi innati à sua natura, quia sic combustio esset etiam putrefactio: & ideo aliud requiritur: & propter hoc Arist. addit, scilicet in proprio humido, quia iste calor permutatus à proportione & sui mensura naturali ad præter naturam, agit in proprium humidum reuocando ipsum ad exteriores partes, & resoluendo ipsum in uaporem & spiritum, et sic putredo est recessus calidi innati à sua propria mensura per auctionem, ita, quòd agat in proprium humidum, & ipsum resoluat in uaporem, qui expiret & euaporet per poros illius corporis; aliter uero non: & ista est tota significatio putredinis: & sic combustio nõ est putrefactio, quia, licet adsit in combustione prima significatio putredinis, idest auctio caloris innati in propria mensura, non tamen adest secunda significatio, quòd, scilicet agat in proprium humidum, ipsum resoluendo in uaporem, quia, ut primo huius dicit Aristo. palea in iecta magno igni prius comburitur, quàm euaporet, & conuertatur in humidum. Et sic saluatur definitio putredinis; & distinguitur combustio à putredine, in quo tantum ipsi laborant; & hoc habito facile soluuntur argumẽta adducta. De primo de prima particula, quia omnis corruptio est una mutatio; sed putredo nõ est una mutatio; dico, quòd putredo formaliter & per se est una mutatio, concomitanter uero est plures mutationes: & quæ est ista mutatio, quæ est formaliter putrefactio? est mutatio calidi innati à propria natura ad præter naturam, ita, quòd est intensus calor innatus in sui mensura; & ista permutatio est primum signum putredinis. De secundo, quia ex Galeno tertio Techni habetur, quòd corpora nostra putrent, cum permutantur à calore ad frigus; ergo non solum recessus à propria caloris mensura est putredo, sed etiam recessus frigoris; & probabat ratione, quia omne mixtum constabat ex quatuor qualitatibus; dico de primo ad Galenum, quòd non solũ recessus caloris à propria mensura est putredo; si uero recedat frigus à propria mensura, nõ est putredo: neque, quod dicis de Galeno, ualet: & omnes isti, ut Vgo, & Gentilis ex hac ratione reprehendunt Aristotelem; & dicunt, quòd Aristo. non assignat omnes causas putredinis.

tredinis. Sed, domini, Aristo. recte loquitur; &, cum dicit Galenus, quòd corpora nostra putrent, cum permutantur à calore ad frigus, dico, quòd uerum est per accidens, sed per se tantum putrent, cum permutantur ad frigus & ad humidum: semper enim putrent ista corpora, quomodocunque permutantut siue ad calidum, siue ad frigidum, siue ad humidũ; sed per se tantum putrent: cum permutantur ad calidum. cum uero permutantur ad frigus, non per se, sed per accidens, putrent: quia ista permutatio ad frigus disponit corpora ad putredinem, & sic non est tãtum formaliter putrefactio, quia, cum augetur corpus ad frigus, diminuitur calor innatus, quo diminuto sic facilius alteratur à quolibet calore existente, et sic alteratus agit in proprium humidum, & sic fit putredo: & ideo, quod dicit Galenus, uerum dicit; quòd, cum permutatur corpus ad frigus, est putredo, sed non per se, sed per accidens, ut dixi; ita etiam, cum fit permutatio ad humidum, est putredo, quia, cum augetur humidum, quasi suffocatur calor innatus, quo suffocato ignitur, & ignitus tũc agit in propriũ humidum, & conuertit ipsum in uaporem, & sic fit putredo: permutatio ergo ad humidum maius est causa etiam putredinis, non per se, sed per accidens: & sic omnis putrefactio tum ad calorem, tum ad frigus, tum ad humidum, est causa putredinis, uel per se, uel per accidẽs: sed tamen permutatio ad calorem tantum est causa putredinis per se, aliqua uero per accidens: & sic ad rationem, cum dicis, quòd in mixto sunt omnes quatuor qualitates, & quælibet istarum qualitatum alterata dicitur putrefactio, uerum est: oh quare? ergo dicitur tãtum putredo alreratio ad calorem? dico ex significatione termini: quia enim ita placuit authoribus, quòd iste terminus putredo significet tantum alterationem in caliditate, & nõ in alijs; & hoc est ex significatione termini, & sæpe dicit Aristoteles terminos secundum suam significationem esse accipiendos. Quòd uero dicis, in unoquoque humido, idest in proprio humido; ubi Aristo. dicit, quòd in corpore proprii humidi corrumpitur calor innatus; & tu dicis, quòd hoc non est uerum, quia conseruatur etiam calor in summa siccitate, ergo dico, cũ dicis, quòd calor summus conseruatur in siccitate summa, ut est in igne. Dico, inquã, quòd calor dupliciter sumitut: uno modo, ut est qualitas simplex, & sic conseruatur in summa siccitate; & sic non accipitur calor hic ab Aristotele: alius est calor, qui est substantia quædam uaporosa, tenuis, genita ex puriori parte sanguinis & nutrimenti, & iste dicitur calor innatus; & iste non conseruatur, nisi in proprio humido; & ideo dissoluitur, cum proprium humidum non cõseruatur, sed petit & euanescit; & ideo non conseruatur in summa siccitate, quia humidum proprium est perfectius subiectum, in quo conseruatur iste calor; & de isto loquitur Aristo. hic quod addis de puero, cum permutatur ex puerili ætate ad iuuentutem, crescit calor, & crescit tantum humidum; sed ista quæstio sæpe soluta est à Galeno, an, scilicet calor pueri & iuuenis sit æqualis uel minor, ut secundo complexionum, & in Aphor. ubi Galenus soluens istam quæstionem dicit, quòd, si accipiatur calor naturalis quo ad sui gradum & mensuram, dico, quòd æqualis est calor in iuuene & in puero, quia non creuit quo ad gradum suum & mensuram in iuuene magis, quàm esset in puero: sed in utrisque æqualis est in gradu, scilicet in iuuene & in puero: si autem loquimur de isto calore quo ad quantiratem, sic dico, quòd maior est iste calor in substantia uaporosa in puero, quàm in iuuene, quia, ex quo iste calor est substantia uaporosa, & non cõseruatur nisi in humido proprio, & plus humidi est in puero, quàm in iuuene: & per hoc ad illud argumentũ, cum dicis, quòd non est uerum, quòd corruptio proprii humidi . . . est etiam calor innatus, quia, cum puer permuratur ex puero ad iuuenem, corrumpitur eius humidum, quia continuè magis exiccatur, & iuuenis est magis siccus & minus humidus, quàm sit puer; augetur: ergo calor naturalis, & corrumpitur proprium humidum; dico, quòd non est uerũ, quòd auctus fuit calor naturalis in iuuene magis, quàm in puero; sed ille calor in gradu est æqualis: bene quidem ad sensum uidetur, quod ille calor iuuenis sit maior, quia est acutior eo, quia est siccior, sed ramen est æqualis in gradu: ergo &c. & hæc pro nunc sufficiant.

Erat argumentum contra aliam particulam, soluẽdum à nobis, uidelicet quia dicit Aristo. quòd Putredo est corruptio calidi innati ab aliena caliditare: erat dubiratio, quia omnis corruptio est à contrario; sed calori non contrariatur calor; quomodo ergo à calore extraneo corrumpitur calor innatus. Secundo, quia aut corrumpitur calor ille innatus à ma-

iori, quia à maiori augetur & perficitur: non æquali neque minori, quia ab æquali & à minori proportionaliter ex 7. Physicorũ, non prouenit actio; ergo nullo modo calor innatus potest corrumpi ab extraneo calore. De primo, Vgo prima quarti soluens istam dubitationem dixit, quod, cum dicis, quòd omnis corruptio fit à contrario ex primo de genertione, & corruptione, uerum est: sed calori non contrariatur calor, nego minorem, quia calor cõtrariatur calori, quia calor est duplex, scilicet secundum naturam, & præter naturam: & isti duo calores, dicit Vgo, inter se sunt cõtrarii & alterius speciei; & ideo calor naturalis corrumpitur à præternaturali, & est ei contrarius. Sed, domini, hæc responsio Vgonis contradicit Peripateticis, & nullo modo defendi potest, quia omnis calor cuiuslibet caloris est eiusdem speciei, quia, si sint alterius speciei, tunc erunt duæ primæ qualitates in caliditate: &, si duæ primæ qualitates in calore, tunc necessario deberent esse etiam duæ primæ qualitates frigiditatis, & sic aliarum qualitatum passiuarum: ergo erunt octo qualitates primæ in specie, quia qualitatibus calidis debent correspondere duæ qualitates frigidæ, & duæ humidæ, & duæ siccæ æqualiter primæ; & sic erunt octo primæ qualitates: &, si octo qualitates, tunc erunt octo elementa, quia uni qualitati primæ in specie debetur unum elementum: ergo erunt etiam octo elementa specie seiuncta, quod est falsum, quia sunt tantum quatuor subiecta, & quatuor primæ qualitates, ut declaratum est in secundo de generatione & corruptione; ergo omnes calores sunt eiusdem speciei, quia una qualitas tantum competit uni elemento. Aliter dicit Gentilis, cum dicis, quòd omnis corruptio est à contrario, uerum est, dicit Gentilis, si illa corruptio est per se corruptio: sed, si est per accidens corruptio, non est uerum, quia sic etiam simile potest corrumpi à simili per accidens, ut intẽsus ignis & magnus corrumpit minorem ignem & flammã per accidens, consumendo eius materiam: ut sæpe uidemus in magna flamma, quæ extinguit minorem etiam flammam per accidens, quia corrumpitur eius materia, & sic per accidens: ita calor corrumpitur à calore per accidens, ut calor innatus corrumpitur à calore extraneo per accidens, quia propriũ eius subiectum corrumpitur à calore extraneo, quia corrumpitur ab ipso calore extraneo ipsum humidum, quod est subiectum caloris innati proprium; & sic per accidens corrumpitur etiam calor innatus, non autem per se: & sic dicit Gentilis, quòd omnis corruptio per se est à contrario, per accidens autem à simili. Sed, Domini, responsio Gentilis etiam nõ uidetur uera, quia semper diximus, quòd putredo nihil aliud est nisi commensuratio caloris in gradu à calore extraneo ambientis: quia calor naturalis intensior factus & auctus in gradu consumit humidum proprium, agens in illud: ergo in putredine intenditur calor innatus à calore extraneo ambientis, priusquam consumatur eius humidum, quia, postquam est auctus iste calor innatus in sui mensura, agit in proprium humidum, ipsum consumendo: itaque prius à calore extraneo intenditur calor innatus, & deinde fit cõsumptio: & iste recessus, & auctio caloris innati est putredo, non autem est putredo corruptio humidi innati, sed est auctio & corruptio caloris innati, quia calor ita dicitur corrumpi, quia augetur, et ex naturali fit præternaturalis, & incommensuratus & improportionatus suo humido, in quod postea agit, conuertendo illud in uaporem; & sic recessus eius ab esse naturali, & illa auctio, dicitur putredo, & hoc pacto corrumpitur calor innatus prius, quàm eius humidum, qui auctus, ex quo recedit à naturalitate sua, consumit humidum: & ideo ego aliter dico, & iste est sensus uerus uerborum Aristot. quòd calor innatus potest bifariam contrariari: uno modo in eo, quòd calor est qualitas prima: alio modo potest contrariari, ut calor naturalis est: si contrariatur in eo, quòd calor est qualitas prima, sic dico, quòd nõ corrumpitur à calore extraneo, sed augetur: si autem contrariatur calor in eo, quòd calor innatus & naturalis corrumpitur, sic corrumpitur ab extraneo, quia sic contrariatur calori extraneo, & calor innatus recedit à sui natura actione caloris extranei; & sic cõtrariantur, quia ille secundum naturam est, calor autem extraneus est præter naturam, quia naturale & præter naturam contrariantur: & ideo, ut calor naturalis & innatus, corrumpitur ab extraneo calore, quia alteratur ab illo, quia ab illo factus est acutior in propria mensura, ita, quòd recedit à propria mensura, & sic est præter naturam, quia non est amplius aptus regulare proprium humidum, & ideo corrumpitur: & ita loquitur Aristoteles

les

les hic, quia illa non est corruptio calidi, ut calor est simpliciter, & ut est qualitas, sed ut caloris naturalis, & quia calidi innati. Et eodem modo dico de secundo, cum dicis, quòd ista corruptio aut fit à maiori calore, aut à minori, aut ab æquali; sed neutrum potest dici; ergo dico, quòd minor est falsa, quia fit à maiori calore: ob calor minor non corrumpitur à maiori, sed augetur: dico, quòd uerum est, ut calor est, & ut qualitas est, quia si simpliciter contrariatũ iste calor ut calor & qualitas, sic augetur à minori calore; sed, si capiatur calor iste, ut est calor innatus & calor secundum naturã, sic minuitur & corrumpitur à calore extraneo, quia à calore extraneo augetur in propria mensura, & sic auctus fit incommensuratus & improportionatus suo humido proprio, & fit præternaturã, & sic corrumpitur. Et eodẽ pacto dico de alio, cum dicebatur, quòd in abscessibus, ut tertio Techni, putrent humores in saniem & pus, & tamen ista putrefactio non est à calore extraneo, sed est à uirtute digestiua membri; ergo putrefactio non est corruptio calidi innati à calore extraneo ambientis; dico, ut dicit Galenus ibi in tertio Techni, & in principio prorrheticorum, & etiam in secundo aphor. 47. & in fine prognost. ubi dicit, quòd in ista transmutatione quando in abscessibus transmutatur humor in pus & saniem, non est una transmutatio, seu una putredo, seu etiam una digestio, sed sunt plures mutationes, neq; est simpliciter digestio una, nec una putrefactio simpliciter, sed partim est digestio, & partim est putrefactio, quia, quatenus transmutatio illa est à calore extraneo præternaturali, sic est putredo: quia, ut sanguis ille putrescit, dicetur putrefactio, quia est putrefactio humoris à caliditate extranea; & hic non est una transmutatio: quatenus uero humor aliquis, ut sanguis ille uel aliquis alius humor, conuertitur in saniem, & maxime in saniebus laudabilibus, sic dicitur digestio, quia fit à uirtute digestiua membri: & sic dico, quòd, quando humor in abscessibus conuertitur in saniem, non est putredo simpliciter, quia non est unus motus, sed partim est digestio, partim uero putrefactio, & sic non est una transmutatio: & hoc dicit Galenus. Quòd autem arguitur contra aliam patriculam definitionis, uidelicet A calore alieno, idest aeris ambientis, ut exponit Arist. quia in hyeme frigidissima generantur febres ex putredine humorum, & ibi tũc est summa frigiditas; ergo putrefactio illa non fit à calore extraneo ambientis patet etiam quia sub niue inueniuntur uermes & alia animalia, & tamen non potest dici, quod fiant à caliditate, quia ibi nullus adest calor, quia ibi est nix frigidissima; ergo uidens hoc argumentũ Drusianus tertio Techni, & Vgo, dicunt, quòd reuera ita est, quòd nõ omnis putrefactio est à caliditate ambientis, sed aliquando putrefactio est à frigiditate ambientis: &, cum dicũt, Quid ergo dicit Arist. quòd putrefactio semper est à calore ambientis? dicunt, quòd Arist. non describit hic omnem modum putredinis, sed tantum modum putrefactionis manifestiorem, & ut in pluribus, qui modus manifestior est à calore, tamen est etiam alius modus putredinis à frigiditate, quia non est tantum putredo à calore; & citant dictum Galeni heri citatum, quòd putrent corpora nostra ex permutatione calidi in frigus; & citant dictum Arist. hic, & etiam dictum Auerrois supra citatum, in tertio collig. capite primo, & quinto: ubi dicit, quòd quædam est putredo, quæ est à calore ambientis, & quædam, quæ est à frigiditate ambientis: & sic dicunt hic isti uiri, quod Arist. non definit omnem speciem putredinis. Sed hæc opinio non conuenit sententiæ Arist. immo ualde recedit ab eius sententia, quia definitio debet competere omni definito: sed, si esset, ut isti dicunt, definitio data ab Aristotele non esset uniuersalis, nec competeret omni definito, & tamen Arist. perfecit illã definitionem: ergo definitio hæc est uniuersalis, & definit omnem speciem putredinis. Tum secundo, quia ut diximus, putredo nihil aliud est, quàm auctio caloris innati, quando recedit à propria mensura, quia calor auctior factus agit in proprium humidum, & resoluit ipsum in uaporem humidum, qui euaporat per poros, & reddit partes exteriores humidiores; ergo putredo nihil aliud est, quàm intensio caloris innati: sed calor non potest fieri auctior per se nisi à calore: si uero fiat auctior calor à frigore, hoc est per accidens: si fit per accidens non fit per se: ergo si non fit putredo per se à frigore, non debet definiri per frigus, quia frigus est causa putredinis per accidens, & ea, quæ sunt per accidens, nõ creantur ab arte neq; à philosopho, quia, quæ sunt per accidens, sunt abjicienda à scientia. Et ideo non debemus dicere, quòd Arist. sit diminutus, quia duplex est putredo, quia Arist.

definit

definit omnem putredinem per se; & res debet definiri per causam per se, non autem per causam per accidens: & ideo male dicunt isti, quòd Arist. non definit omnem speciẽ putredi nis, quia definit Arist. omnem putredinem per se: &, si Arist. dimittit frigidum in definitio ne putredinis, dimittit, quia est causa per accidens frigiditas ipsius putredinis: & ideo, cum dicunt; ob frigus aliquando est causa putredinis, uerum est, per accidens sed per causam per accidens hic non debuit Arist. definire putredinem, quia de ijs, quæ sunt per accidens, non curat Arist. & ideo completa & recta est definitio putredinis tradita ab Aristotele, quia per se putredo fit à caliditate ambientis; &, si aliquando fiat à frigiditate, est per accidens, & ideo non debuit definire putredinem per causam per accidens: & ideo minor de Genti- li, & Vgone, & alijs, qui non uiderunt, quòd frigiditas est causa per accidens putredinis, im- mo ipsimet postea coacti à ueritate fatentur & concedunt. Et ideo his stantibus respondeo ad argumenta: & primo, cum dicis, quòd etiam in hyeme fiunt putredines in humoribus, & causantur febres continuæ, & tunc non à calore ambientis, sed à frigiditate ambientis; di- co, quòd uerum est, quòd tunc ista putredo fit à frigiditate ambientis, sed hoc est per acci- dens à frigiditate ambientis, per se autem est à calore alieno & extraneo, quia frigiditas re- sistens & circunstans ipsi calori innato per antiparistasim repellit calorẽ innatum ad intra, & causat obstructionem in poris, & uetat, ita, quòd non potest difflari, & sic augetur calor innatus, quia prohibita transpiratione ignitur, cũ non potest difflari, & sic augetur calor in- natus, & fit præternaturalis, quia hyeme & uere propter hoc uentres sunt calidiores, & iste calor fit . . . & non potens respirare fit auctior; & sic fit præter naturam & improportio- natus proprio humido; & sic agit in proprium humidum, & illud consumit: & sic ista putre- factio est per accidens à frigore, per se autem à calore, quia causa proxima est caliditas, neq; enim ignorauit, quòd putrefactio aliquando fit per accidens à frigiditate, ut cum etiam ali- quando calefit à frigore, ut cum quis ponitur in aquam frigidam, quia tunc calor innatus per antiparistasim contrahitur, & sic augetur: & sic Arist. non ignorauit, quòd aliquando pu- tredo fit etiam à frigiditate per accidẽs, sed posuit tantum causam per se putredinis, quæ est calor ambientis, & non curauit causam putredinis per accidens, quæ est frigiditas, quia defi nit tantum modum putredinis, quæ fit à causa per se, & ideo assignauit tantum causam per se putredinis, quæ est calor ambientis, non curauit autem de causa putredinis per accidẽs, quæ est ipsa frigiditas. De alio quia aliquando una pars membri putrescit à contactu al- terius partis putridæ, & ita est putredo, & tamen non est à calore extraneo, ergo dico, quòd Arist. per ambiens in proposito non tantum locum aeris ambientis intelligit, sed intelligit etiam circunstans & omne corpus, quod ambit ipsum corpus putrescens, uel sit aer, uel alia membra etiam propinqua, quæ ambiunt partem illam sanam, uel aliud, sicut pars partem ambit; sicut, si putret pars una contactu alicuius partis putridæ, putrida pars habet rationẽ ambientis, quia Arist. per ambiens, omne ambiens & continens intelligit, & pars una con tinet aliam. De ultimo, quia, ut sæpe uidimus in fructibus, putrent partes interiores illæsis remanentibus partibus exterioribus, ut in castaneis sępe apparet, quòd putrent partes illæ interiores illæso cortice: quomodo ergo est ista putredo à calore ambiente, cum partes ex- teriores sint proximiores ambiente, & sic citius debuerant putrefieri; dico, quòd ista putre- factio est etiam ab extrinseco calore ambientis: ob cur ergo putret pars interior, & non ex terior, cuius oppositum deberet sequi per se; dico, quòd causa huius est, quia illa caliditas exterior ambientis est improportionata, & pręter naturam partis interioris, non autem par tis exterioris, & ideo ille calor interior augetur intus, & sic fit disproportionatus, & ideo a- git in humidum, & ideo corrumpitur pars interior, non autem pars exterior, quia penetrat ille calor exterior per partem interiorem cui non est improportionatus, quia est quasi alte- rius naturæ; & sic non corrumpit ipsum, corrumpit autem interiorem, cui est proportiona- tus. De alijs tribus argumentis, quæ addis ex Alb. & primo de combustione, in qua combu ritur seu corrumpitur calor innatus carnis in suo humido ab aliena caliditate ignis; ergo ui detur, quòd combustio sit putredo, quia, si putredo est corruptio caloris innati ab aliena ca- liditate, tunc hæc definitio conuenit etiam combustioni, quia fit à caliditate ambientis, id est ignis, & etiam ab intrinseco & innato calore (& hoc argumentum est difficile omnibus exposito-

expositoribus :) heri diximus, quòd non omnis corruptio calidi innati ab aliena caliditate est putredo ; oh ita dicit Arist. dico , ut heri etiam exposui Aristot. quòd sensus definitionis Arist, est, quòd putredo est corruptio innati calidi ab extrinseco calore in proprio humido, quod humidum prius extrafertur ad partes superficiales ; & deinde auctior factus calor innatus à calore extraneo , inde resoluit illud humidum , & conuertit in humidum uaporem prius, quàm per poros euaporet ad partes exteriores , quibus hæret prius , quàm resoluatur ; quod si secum illud humidum euaporat non in humidum uaporem, sed in fumidam fuliginem calidam & siccam , tunc hæc non est putredo , quia ad hoc, ut sit putrefactio, sequitur, quòd humidum resoluatur in humidum uaporem, non autem in fuliginem , quia fuligo est corpus calidum & siccum : & sic oportet, quòd illud humidum conuertatur in uaporem calidum & humidum ; & hoc non conuenit combustioni , quia, licet combustio corrumpat humidum interius & calidum innatum ab aliena caliditate, non tamen conuertitur humidũ proprium in humidum uaporem, qui euaporat per poros : & sic, si omnes aliæ particulæ definitionis putredinis conueniant combustioni , non tamen conuenit hæc, quia dicit Aristo. quod comburitur, maxime à uehementi igne, ut diximus heri de palea, prius comburitur & conuertitur in ignem , quàm euaporet & conuertatur in humidum, ut requiritur in putredine in qua requiritur, quòd humidum innatum cõuertatur in humidum uaporem, & hæreat in superficie illius corporis per poros , & meatus illius corporis : sed in combustione illud humidum innatum conuertitur in corpus fuliginosum, calidum & siccum : ergo combustio non est purtedo, quia licet in combustione calidum innatum corrumpatut in proprio humido à calore extraneo, non tamen est putredo, quia in putredine requiritur, quòd illud humidum conuertatur in uaporem humidum, & euaporet per poros ad partes exteriores humectando illas; quod si conuertatur in corpus calidũ & siccum, non est putredo, ut est in combustione . Et ita etiam soluitur secunda dubitatio de elixatione & assatione, quia in elixatione & assatione corrumpitur calidum innatum à calore extraneo in suo humido , & humidũ illud euanescit, quia expirat per poros, & tamen elixatio & assatio est coctio, non autem putredo : & ideo, dicit Olympiodorus, carnes coctæ habent innatum calorem potiorem, quia sunt cum corruptione calidi innati, & humidum illud euaporat per poros, & tamen non dicemus putredines, quia Arist. dicit, quòd sunt coctiones, nõ autem purtedines : dico, quòd tu deciperis : cum enim dicis, quòd ista transmutatio in assationem uel elixationem est cum corruptione calidi innati dico, quòd non est uerum, quòd sit corruptio calidi innati, immo est generatio calidi innati, quia permutatur ibi calor ipsius carnis ab esse præternaturali ad esse naturale, quia calor , qui erat in corpore isto & in carne uiuentis erat in ampla quantitate, & erat naturalis , quia caro in uiuo habet calorem naturalem in ampla quantitate (& per calorem intelligo substantiam, non qualitatem) & iste calor, cum corrumpitur, uel paucificatur, uel minuitur ; &, si quis calor remansit, ille est debilis & paucę quantitatis ; humidum uero, quod remansit, est multæ quantitatis, & sic calor est improportionatus suo humido ; & deinde per elixationem uel assationem ille calor fit proportionatus suo humido per absumptionem illius propriæ humiditatis superfluæ , & sic redditur proportionatus calori ibi existenti ; & sic calor potest illud humidum regulare , & sic augetur ille calor : & sic carnes coctæ elixatæ, uel assatæ diutius durant quàm carnes crudæ, quia calor ille præter naturam factus est naturalis ex diminutione humiditatis , quia proportionatus factus fuit calor humiditati, cum diminuta fuit humiditas, prius uero, cum essent crudæ, humiditas erat maior, quàm quòd ut posset regulari à caliditate , & sic putrescebant . Quod autẽ addis de febriente, quia, si febriens, putrescit, & tunc febris esset putrefactio ; quod falsum est (& hoc fuit argumentum Vgonis prima quarti) quia si omnis febris fit cum putredine ; ergo omnis febris putrescit , ergo febris esset putredo : antecedens patet in omnibus febribus, quia in ephemera est alteratio in spiritibus ex aliena caliditate : patet etiam in putrida , quia ibi est alterario & inflammatio in humoribus : in ethica etiam, quia fit inflammatio in membris siue in substantia membrorum ab aliena caliditate : ergo omnis febris est putredo : ualet argumentum à concreto ad abstractum, & propter has difficultates Vgo addidit forte septem particulas definitioni Arist. iuxta argumenta sua, & dixit , quòd definitio Aristotelis est incompleta :

cõpleta: ſed, domini, ego dixi uobis, quòd definitio Ariſtotelis eſt recta & completa ſcilicet quòd putredo eſt corruptio innati calidi ab aliena caliditate in proprio humido, & ideo argumentum ſoluamus. Cum dicis, ſebriens purreſcit; ergo ſebris eſt putredo? dico negando argumentum, quòd hoc non ſequitur, immo non eſt uerum nec antecedens nec conſequens: &, cum tu probas, quia in omnibus febribus fit corruptio calidi innati ab aliena caliditate; ſiue ſit ephemera, ſiue putrida, ſiue ethica, in omni genere febris eſt corruptio innati calidi ab aliena caliditate; ergo febris eſt putrefactio. nego argumentum, quia, ut iam ſuperius dixi, non omnis corruptio calidi innati ab aliena caliditate eſt putrefactio, quia purrefactio debet eſſe corruptio calidi innari ab aliena calidirate in ptoprio humido, & quia prius humidum conuertitur in uaporem calidum & humidũ, quod humidum euaporat per poros, & reddir humidas partes exteriores: modo iſta condirio nõ eſt in ſebribus. quia in ſebribus genetatur fuligo, quæ non eſt corpus humidum: quæ ſuligo petens cor accendit illud, ut ab eo transmuretur per alia membra per uenas & arterias, & ſic accenditur febris, & generatur ſuligo: quia ſebris, qua febris eſt, omnis eſt calida & ſicca: ergo neceſſe eſt, quòd in omni ſebre generetur fuligo calida & ſicca, quæ petar cor animalis; aliter non eſſet febris, quia opotret, quòd ſit calor igneus, ut dicunt Galenus & Auicenna; modo ex calote igneo non fit niſi fuligo, quæ non eſt corpus humidum, & tamen debet reddere ipſum humidum; ſi debet, eſſet putredo, quia in putredine debet conuerti humidum proprium in uaporem humidum, qui euaporet per poros ad ſuperficiẽ; quia calot innatus euaporat ab intus ad extra cum ſuo proprio humido, & ibi in ſuperficie adhærens reddit illas partes bumidiores; cuius ſignum eſt, dicit Ariſtote. quia uidemus in ijs, quæ putrent, quòd partes exteriores humectantur, cuiuſmodi non fit in ſebribus, quia in febribus euaporat ſuligo, quia fit permixtio calidi cum ſicco; debet eſſe calidi cum humido, quod conuettitur in uaporem humidum, cuiuſmodi non fit in ſebribus, nec in iis, quæ comburuntur: & de hoc dubitauir Vgo: ſed quis ignorat, quòd exuſtio non eſt puttedo; cum ergo ſebris ſit, quando ex humoribus generatur ſuligo calida & ſicca, quæ petit cor: ergo febris, qua febris, non eſt putredo, neque febriens erit purteſcens; & ſic antecedens & conſequentia non ualeret. Er ſic ſolutum eſt etiam argumentum Vgonis de combuſtione, quòd combuſtio non eſt putredo; ſed calidum innatum corrumpitur ab aliena caliditate in proprio humido, quia humidum propriũ conuertitur in ſuliginem calidam & ſiccam, non in uaporem calidum & ſiccum: ergo combuſtio non eſt putredo. Sed dices, tu dixiſti, quòd puttefactio eſt corruptio calidi innari ab aliena caliditate, quia calor augetur, &, qua nõ naturalis, corrumpitur. ſed quid de ſene, in quo ſemper minuitur calor innatus, & tamen ſenium eſt quædam purrefactio, ut dicit Ariſto. & tamen ibi non augetut calor, ut tu dicis? quomodo ergo ſenium eſt quædam putredo? dico, quòd reuera ſenium non eſt uere & ſotmaliter putredo, ſed eſt quædam purredo, quia ei annectuntur multæ putredines, quia ſenium habet ſecum commixras multas putredines, quia tendit ad mortem naturalem, quæ eſt impotentia ad tranſpirationem; &, quia eſt uia in motrem, eſt etiam uia in putredinem; & ideo eſt putredo, quia eſt uia in putredinem; & uia in putredinem eſt etiam putredo, quia habet ſecum putredines, cõmixtas, quia ſenium, ut dixi ſupra, tendit ad motrem naturalem, quia mors naturalis eſt impotentia trãſpirandi ex debilitate caloris & exiccatione membrorum reſpirationis, quia membra reſpirationis exiccantur, ut thorax & eius muſculi & pulmo; &, cum ſunt exiccata, non poſſunt mouere pulmonem, & ex conſequenti non poteſt calor euentari; &, cum non poſſit euentari calor naturalis, intenditur; & intentus agit in proprium humidum, & ipſum conſumit, quia pulmo non poteſt attrahere tantam frigiditatem, ut ualeat refrigerare cor; & tandem accidit mors: dico ergo, quòd in ſenio multæ accidunt putredines: augetur enim iſte calor naturalis in ſenio ex impotentia reſpirationis, ut dixi, quia impotenria reſpirarionis eſt cauſa augendi, & igniendi calorem; quia in tantum augetu: & ignitur, quòd agit in proprium humidum, & ipſum conſumit, quia facit illud euaneſcere, & ſic accidit mors, & ptius ea, diminuitur calor innatus, & omnino euaneſcit in motte: & ita quoquomodo augetur calot in ſenio, licet ſemper diminuatur.

Examina-

Examinauimus perfecte descriptionem putredinis Aristotelis, quæ erat, quòd putredo est corruptio calidi innati in proprio humido ab aliena caliditate: ideo remanet modo ultima dubitatio diffinitionis quam tangit Arist. obiiciens illi descriptioni. Dixit, quòd in definitione non posuit nisi tantum calorem esse causam putredinis, quod uidebatur falsum, quia etiam frigiditas est causa putredinis, & ita putredo, uidetur, quòd sit communis effectus caloris & frigoris: & respondet Aristo. quòd uerum est, quòd putredo est communis effectus caloris & frigoris ita, quòd tam calor, quàm frigus, sunt communis causa putredinis, ut, scilicet calor extraneus, & frigiditas propria, tamen, ut declarauimus, frigiditas est causa per accidens, ita, quod responsio Aristo. stat in hoc, quòd putredo est communis effectus calidi & frigidi caliditatis extrinsecæ, & frigiditatis propriæ; sed frigiditatis propriæ per accidens, caliditatis extrinsecæ &c. Et est ideo modo dubitatio, quomodo frigiditas sit causa putredinis: primo enim ex Galeno libro primo de Temperamentis, ubi dicit, quòd nihil potest neque à frigiditate, neque à siccitate putrefieri, cum caro, ut patet, ab illis cõseruetur: ergo frigiditas non potest esse causa putredinis, ut dicit Aristo. Secundo, quia cõtrariorum causarum non est per se idem effectus: sed contrarii: calor & frigus sunt contraria; ergo à calido & frigido non potest idem effectus per se uenire: ergo putredo, quæ est unus effectus, non potest prouenire à calido, & frigido per se: quòd enim idẽ effectus per accidens proueniat à causis contrariis, non inconuenit; sed, quòd sint iidem effectus per se, bene inconuenit: ergo id, quod dicit Aristot. omnino uidetur extra rationem. Tũ tertio, quia Aristo. dicit, quòd opposito modo fiunt generatio simplex & putredo, quia generatio fit qualitatibus actiuis dominantibus super passiuas; putredo uero fit, cum qualitates passiuæ dominantur actiuis: sed, si putredo est communis effectus calidi & frigidi, tunc eo modo fit putredo ut generatio; & sic non differunt, quia putredo fiet dominante frigore super humido & sicco, & sic etiam fit generatio: quòd autem fiat à calido & à frigido, patet per argumenta, quia putredo est communis effectus calidi & frigidi, & sic dominantur qualitates actiuæ super passiuas super genetatione simplici: ergo non differunt putredo & generatio: quomodo ergo dicit Aristo. quòd putredo fit qualitatibus actiuis dominantibus super passiuas, & econtrario ipsi generationi? Quarto dubitatur in ratione sua, quia dicit, quòd putredo est corruptio proprij caloris in proprio humido ab aliena caliditate; & dedit rationem huius, scilicet quare putredo sit communis effectus calidi & frigidi; quia, scilicet putredo est defectus caloris innati; & deficiente calore innato crescit frigiditas, quæ frigiditas agit corrumpendo calorem innatum; ergo frigiditas est causa putredinis: & sic frigiditas habet rationem causæ, & hanc causam assignat Aristo. &c. Sed, domini, hæc ratio Aristotelis habet plures difficultates, primo quia dicit, quòd putredo est defectus caloris; & deficiente calido, crescit frigiditas: si deficiente calido crescit frigiditas, ergo frigiditas est posterior putredine: si est posterior puttedine; ergo non potest esse causa putredinis, quia sic causa esset postetior suo effectu, & nullũ posterius potest esse causa sui prioris, quia causa natura prior est causato: quomodo ergo frigiditas potest esse causa putredinis, cum causa sit natura prior causato? & frigiditas sequitur putredinem, quia frigiditas hic per Aristo. sequitur defectum calidi; & defectus calidi est ipsa putredo; ergo putredo non causatur à frigiditate, ut conatur ostendere Aristo. ergo sua ratio deficit. Præterea falsum est etiam, quod dicit, quòd deficienre calido innato crescit frigiditas, quia caliditas bifariam potest corrumpi, uno modo à calore, & alio modo à suo contrario, scilicet à frigore: si autem calor corrumpatur primo modo, scilicet à calore alieno, ut calor innatus corrumpitur ab extraneo, tunc non crescit frigiditas, immo calor augetur, quia fit auctio à simili: si uerò corrumpatur calor à frigiditate, tunc bene concedo, quòd frigus crescat; sed hoc modo non corrumpitur calor innatus in putredine, quia putredo est corruptio calidi innati à calore extraneo, & non à contrario, ut à frigiditate: ergo deficiente calore innaro non potest crescere frigiditas, quia non augetur, nisi quia calor à frigiditate corrumpitur; sed putredo fit à calido; ergo non diminuitur calor & augetur frigiditas, sicut dicit Aristot. Hic est multiplex modus dicendi, ut in omnibus rebus difficilibus: & omnes expositores dubitarunt in uerbis Aristotelis & Auerr. in procemio huius, & in com. hic, & in 3. colliget

cap.

cap.3.& Druſianus tertio Techni com.38.qui omnes dicunt, quòd frigiditas eſt cauſa putredinis aliquando, non autem ſemper: & extrinſeca frigiditas, non autem intrinſeca, ſed medij extrinſeci, ut aeris extrinſeci uehemens frigiditas, ſicut heri dixi uobis, quòd aliquãdo uehemens frigiditas aeris expellit calorem innatum,& prohibet ipſius tranſpiratione͂; & ex prohibita tranſpiratione ignitur calor ille, quia omne calidum innatum, dicit Ariſto. cuiuslibet uiuentis eget quadam tranſpiratione,ut dicit Ariſto.in lib. de cauſis long.& breuitæ, quia aliter corrumpitur à prohibita tranſpiratione; & ideo aliquãdo,dicunt iſti,quòd illa frigiditas continentis eſt cauſa putredinis, ut dixi,quia repellit calorem interius,& prohibet eius tranſpirationem, ſcilicet caloris; & ſic prohibitus calor à ſua tranſpiratione, fit auctior,ignitur & inflammatur; & ſic agit in proprium humidum,& ipſum reſoluit; & ſic fit putredo; & ſic dicunt iſti; quòd hoc modo frigiditas extrinſeca aeris, eſt cauſa putredinis: & hoc,dicunt, quòd uult dicere Galenus, cum dicit, quòd corpora noſtra putrent,cum permutantur ad *calidum* & ad *frigidum & humidum; & hoc modo exponunt uerba Ariſtote*lis,quia inflammatur calor noſter,cum intus repellitur à frigiditate; & ſic agit in proprium humidum, ipſum reſoluendo; ad cuius reſolutionem etiam calor reſoluitur, & ſic frigiditas extrinſeca eſt cauſa putredinis. Sed, domini,iſta expoſitio falſa eſt,& longe aliena à ſententia Ariſtotelis: primo quia ſic frigiditas eſſet per accidens cauſa putredinis,quia pro tãto eſſet cauſa putredinis, pro quanto repellit & minuit calorem naturalem, ac fortiorem eum facit, quia ex hoc, quòd repellit calorem innatum intra, unit ipſum, & prohibet tranſpirationem; & ſic ignitur & inflammatur, & ſic agit in proprium humidum, ipſum reſoluendo; ad cuius reſolutionem, fit putredo: &, ut ſic: ergo frigiditas eſt cauſa per accidens putredinis: &, ſi eſt cauſa per accidens putredinis, ſic debet reijci ab arte, quia cum per accidens non commutatur: & ſic non debet dicere Ariſto. quòd putredo,& omnis effectus caliditatis & frigiditatis ſit per accidẽs, quia, quæ ſunt per accidens, reijciuntur à ſcientia. Tum ſecundo, quia tunc ipſa frigiditas eſſet cauſa per accidens & *caſualis*, quia aliquando fit *permutatio*,& aliquando non; & ideo nõ erit conſideranda ab Ariſtotele. Tum tertio, quia iſti non conſiderant uerba Ariſtotelis, quòd putredo eſt communis effectus amborum, *caliditatis* alienæ & extraneæ, & propriæ frigiditatis; & ideo non dicit alienæ & extraneæ frigiditatis: non ergo dicit Ariſtot. quòd frigiditas ambientis, ideſt aeris, ſit cauſa putredinis: & ſic hæc expoſitio iſtorum nullo modo eſt ad mentẽ Ariſtotelis & ita eſt de facto. Et ideo aliter dicit Vgo ſenenſis prima quarti,& tertio Techni,ubi dicit quòd reuera intelligit Ariſto. quòd putredo eſt communis effectus caliditatis extraneæ, & frigiditatis propriæ & intrinſecæ; non autem intelligit frigiditatis extrinſecæ, ſed propriæ frigiditatis: ſed iſta frigiditas propria eſt duplex, quædã eſt poſitiua, quædam eſt priuatiua: frigiditas poſitiua propria, in qualitatibus eſt frigiditas; priuatiua uerò frigiditas propria eſt priuatio caloris: & quæ eſt iſta priuatio caloris? priuatio caloris eſt calor *paucificatus* & diminutus, quæ caliditas ſic diminuta dicit priuatiua, quia reſpectu maioris caloris habet rationem frigoris;& iſta frigiditas non eſt poſitiua, quia poſitiua eſt calor, licet ſit *diminutus*; ſed dicitur frigiditas priuatiua, quia diminutus & paruus calor reſpectu maioris caloris appellatur frigiditas; & ideo iſta dicitur frigiditas, ſed reuera eſt caliditas: & intelligit Ariſt. dicit Vgo, quòd putrefactio fit à frigiditate propria & à calore innato diminuto & incinerato, quia calor diminutus dicitur frigus reſpectu maioris caloris: & ideo intelligit Ariſto. de frigiditate priuatiua & de calore diminuto, qui eſt frigiditas priuatiua, quia, cum diminuitur calor non poteſt amplius regulare humidum: & ſic putredo fit à frigiditate priuatiua, quæ frigiditas priuatiua non eſt frigus, ſed eſt calor diminutus: & ita uerificatur dictum Ariſtotelis, quòd putredo fit à frigiditate propria, ſcilicet priuatiua, quia à calore innato diminuto, qui dicitur frigus priuatiue, non autem poſitiue. Sed hoc, quod dicit Vgo, non ſatisfacit uerbis Ariſtotelis, quia, cum dixit Ariſto. quòd quatuor ſunt qualitates primæ, quarum duę ſunt actiuæ,& duæ paſſiuæ,dixit, quòd intendebat in hoc loco declarare, quæ ſint actiones qualitatum primarũ, & quæ ſint paſſiones ſeu operationes paſſiuarum: & dixit, quod operationes qualitatũ actiuarum ſunt generatio & putredo, quia generatio fit à calido & frigido dominantibus acti-

uis: etgo loquitur Atisto. de frigore positiuo, quòd frigus est qualitas actiua, & ut contratiuo, quia intendit declarare actiones seu operationes actiuarum qualitatum, quia concoctio, ut diximus, est communis effectus caliditatis & frigiditatis; & non loquitur Aristote. de calore diminuto; quia intendit declarare actiones illarum qualitatum, ut sunt positiuæ: & ideo dicemus, quòd Aristo. loquitut de frigore positiuo, non priuatiuo, quia putredo est communis effectus tam frigoris, quàm caloris, & positiua sunt; quia aliter Aristo. non declarat opetationes illarum qualitatum: & isti fugiunt, ubi inueniũt difficultatẽ: oh hic est dubitatio, uerum est; & ideo isti fugiunt, quia hic inuenerunt difficultatem: sed ista est ueritas, quòd putredo est communis effectus tum caloris tum frigotis: & quomodo? oh ostendo, quia iste est sensus Aristotelis, quia putredo est inflammatio innati caloris, quia, cum calot innatus inflammatus ab extrinseco calore agit in ptoprium humidum, tesoluit ipsum; &, cum tesoluitur humidum proprium, tunc etiam tesoluitur aliqua pars caloris innati, quia in proptio humido fundatur calor innatus; non quòd sit subiectum eius, sed in eo pabulatur: & ideo, cum humidum euanescit, euanescit etiam pars coloris innati, quia calor innatus tesolutus cum ptoptio humido depaupetatur; & de pauperato calore innato & diminuto frigiditas, quæ est in membto, tunc incipit dominari & agere in calotem ipsum, & calot incipit extingui; & in tantum extinguitur, quòd accidit putredo: & dicebat hoc Aristot. cum reddebat causam, qũo puttedo est effectus frigoris, quia, cũ calot diminuitut, frigiditas mẽbri, quæ prius, quã resoluetetur calot, non contratiabatut calori innato, tũc contratiatur & incipit dominari, & sic incipit agere in humidũ, & sic frigiditas est causa positiua; & sic frigiditas, cũ hoc corrumpitur, est putredo. Sed tu dices, oh tu nó euadis, ideo tu etiã fugis difficultatem, quia ambulantibus in superficie omnia sunt plana: & ideo quæro, quia, cum dicis, quòd frigiditas circunstans membro est causa putredinis, quia, cum calor innatus est diminutus, tunc frigiditas membri incipit dominari, & agit in calotem innatum, ipsum cotrumpendo. quæro ergo aut ista frigiditas existens in membro, quæ pet se agit in calotem innatum, ipsum corrumpendo, aut inquã, ista frigiditas membti, coextensa in membto, agit in calorem illum, cui circum extenditur, idest illius partis, cui circum extenditur, aut agit in calotem illum, cui non coextenditut: ita, quòd quæro, an illa frigiditas membti agat in calorem illum, cui extrenditut, ita, quòd frigiditas membri propria agat in calorem suum proprium; aut illa frigiditas, quæ coextensa est illi membro, nó agat in calorem suum ptopriũ; idest illius membri, in quo est corrumpẽdo ipsum, sed agat corrumpendo calorem alterius membri. Nõ potest dici primum scilicet quòd sit frigiditas coextensa calori proprio in eodem membro, quia istæ qualitates coextensæ, cum non excedunt latitudinem, sunt compatibiles; non ergo agunt una in alteram, quia caliditas graduum ut trium, & frigiditas ut quinque, extensæ in eodem membto non agunt inuicem, quia non omnis frigiditas cuiuslibet calidi contrariatur, quia sic non darctut mixtum perfectum; sed frigiditas in certo gradu, & caliditas in certo gtadu, contrariantur: cum scilicet excedunt latitudinem ut octo, contrariantur: cum uero non excedunt latitudinem ut octo, sic sunt compatibiles neq; contrariantur: sed frigiditas & caliditas coextensa in eodem membro non excedunt latitudinẽ ut ucto, ideo non contrariantur, sed sunt compatibiles: neq; est uerum, quòd caliditas & frigiditas sui natura contrariantur, quia ex accidenti contrariantur, quando sunt in determinato gradu & se compatiuntur; quòd si ex sui natura contrariantur, in nullo gradu inuicem compatiuntur. Neque etiam ualet, si dicas alio modo, quòd scilicet frigiditas alterius partis est, quæ agit in calorem alterius partis, ut quòd frigiditas partis unius agat in caliditatẽ alterius partis mixti, quia, si sic, quid dicendum erit de mixto homogeneo; cuius partes omnes sunt eiusdem caloris, & æqualis caloris & frigoris? quia in mixtis homogeneis nulla est diuersitas partium, & sic frigiditas unius partis non potest agere in calorem alterius partis: dico, quòd deciperis, quia ex te sic loquitur Aristo. de calore, ac si esset simplex, & non est ita, quia calor innatus non est simplex qualitas, sed est substantia quædam uaporosa, genita ex puriori parte sanguinis, ex qua perficiuntur omnia opera uitæ, & motus, & sensus, & nutritio, & auctio; & hanc distinctionem millies uos docuit Galenus; & ita loquitur Arist.

hic,

hic, quia non accipit calidum innatum pro qualitate simplici, sed pro substantia illa uaporosa. Et, si accipiatur calor ille innatus pro substantia, cui inhæret, dico, quòd inhæret humido existenti in membro illo, in quo est coniuncta frigiditas illa, quæ agit in purredinem; nó est in calore innato, sed est in humido illo in membro; &, si non sunt in eodem subiecto, nó contrariantur inuicem, quia calor coextensus frigori & illud frigus, non contrariantur, sed sunt in diuersis subiectis, & tunc calor, qui agit in putredinem, & ipsum frigus, non sunt coextensi, quia calor iste, qui est substantia, est fundatus in substantia uaporosa: frigiditas uero illa, quæ agit in calorem, est in humido radicali & etiam in membro: & ita habent diuersum subiectum calor innatus, & frigiditas illa: & sic non extenduntur calor & frigiditas, quia, si extenderentur, argumentum concluderet, quia reuera calor & frigus, quæ coextenduntur in membro, nó contrariantut scilicet in eodem membro: quia, si in eodem membro est caliditas & frigiditas, in alio sunt & alio subiecto, quia calor, qui non est qualitas, est in substantia illa uaporosa, & frigiditas subiectatur in humido & in membro: si non est frigiditas propria partis, in qua est calor coextensus; nec partium coadhærentium; sed est frigiditas, quæ est in humido, & in membro, quæ frigiditas debilitato calore incipit contrariari, & prius non contrariabatur; & ideo nunc incipit dominari calori innato, qui est substantia illa uaporosa; & sic non est frigiditas partium coadhærentium, sed est frigiditas, quæ est in humido, quæ tunc incipit dominari, & agit ad putrediné: & sic debetis habere bonam imaginationem: & ideo tu deciperis, quia coextendũtur; & sic dico, quòd deciperis, quia credis, quòd coextendantur. Et sic ad argumentum, cum dicis, quòd aut ista frigiditas, quæ agit in calorem, est coextensa calori, aut non coextensa, sed exterius alteri membro, dico, quòd nullo modo, quia non est coextensa calori, nec alteri membro; sed frigiditas, quæ agit in putredinem calorem naturalem, habet aliud subiectum, & aliud subiectum habet calor innatus: & sic tu deciperis, quia credis, quòd sint coextensi & . . . in eodem subiecto, quia non sunt coextensi in eodem subiecto, sed frigiditas est in membro illo, cuius est frigiditas, calor uero naturalis est in substantia illa uaporosa: & sic frigiditas illa potest agere in illum calorem, cum calor in tantum fuerit paucificatus, quòd frigiditas possit superare ipsum. Et ex hoc soluuntur argumenta ad oppositum, & primo de primo de carnibus, quia ex Galeno neque à frigore neque à sicco potest quicquam putrescere, ut patet de carnibus expositis Boreæ, quæ non putrescunt: dico, quòd iam soluta est dubitatio ista, quia duplex est frigiditas: una extrinseca ambientis, & de ista non loquitur Arist. quia ista frigiditas per se non est causa putredinis, nisi per accidens; & de ista loquitur Galenus scilicet quod neq; à frigiditate extrinseca neq; à siccitate fit putredo per se: aliquando tamen fit, sed per accidens, ut diximus, sed per se nullo modo fit à frigore extrinseco: alia est frigiditas non aliena, sed intrinseca, id est partis, quæ putrescit, & de ista loquitur Arist. quia tunc, cum in putredine calor innatus incipit diminui, frigiditas membri incipit dominari ipsi calori, & sic est per se causa putredinis, quia, ex quo in putredine calor innatus paucificatur, ideo frigiditas inexistens membro & in humido incipit agere in calorem innatum, & ipsum corrumpit, & sic fit putredo corrumpendo calorem innatum: est ergo frigiditas propria ipsius membri, quæ agit in calorem in putredine, non autem est frigiditas extrinseca: & sic Galenus intelligit de extrinseca frigiditate, Arist. autem de intrinseca. Sed ego dubitaui contra hanc solutionem præceptoris, quia dicit, quòd frigiditates & caliditates non sunt coextensæ, quia habent diuersa subiecta; & ideo frigidiras potest agere in calorem innatum, quia frigiditas fundatur in humido, & caliditas est illa substantia uaporosa, & sic in diuersis subiectis subiectantur; & ideo, cum diminuitur calor innatus à calore extraneo, frigiditas, quæ est in humido, incipit dominari calori innato, & ei contrariari, & sic corrumpit ipsum; & sic frigiditas intrinseca etiam est causa putredinis: sed contra, quia caliditas extinseca, cum agit in calorem innatum, ipsum auget; &, cum est auctus, agit in proprium humidum, & facit ipsum euaporare, & simul cum illo humido euaporatur calor innatus: ergo cum calore innato simul euaporatur humidum; & pars frigiditatis fundatur in humido; ergo simul cum calore etiam euaporatur frigiditas: ergo non potest frigiditas dominari, & agere in calorem innatum, quia, si diminuitur caliditas, etiam diminuitur frigiditas: ergo frigidi-

tas non agere in calorem innatum scilicet frigiditas intrinseca, nec ex consequenti potest esse causa putredinis. Respondit præceptor, quòd uerum est, quòd frigiditas in humido fundatur, & quòd resoluitur humidum cum calore; sed illius humidi resoluitur pars magis aerea; & ideo remanet frigidior, quæ potest agere in calidum: tum etiam remanet frigiditas membri, quæ iuuat illam, & simul agunt in calorem innatum. De alio, quia primarum causarum per se contrarij sunt effectus per se, sed frigiditas & caliditas sunt contrariæ causæ, ergo non possunt esse causæ per se unius effectus; ergo putredo nō potest esse communis effectus caloris & frigoris. dico, quòd, si consideremus calorem & frigus eo modo, sic reuera non possunt esse causæ per se putredinis: sed, si contrarietur calor alio & alio modo, & sub alia & alia ratione, sic dico, quòd putredo est per se effectus caloris & frigoris, quia corrumpitur calor à calore: & quomó? oh in eo, quòd calor naturalis, quia calor in eo, quòd calor, simpliciter non corrumpitur per se, sed augetur à calore: quo uero est calor naturalis, sic corrumpitur, quia fit disproportionatus suo humido: & ideo dico, quòd calor innatus absolute naturalis corrumpitur à calore; calor uero absolute & simpliciter non corrumpitur à calore, sed corrumpitur per se à frigiditate tantum, quæ contrariatur ipsi calori: sed calor, qua calor naturalis, corrumpitur à caliditate, quia prius erat proportionatus, & postea à caliditate extranea factus est improportionatus; & sic corrumpitur: & ita loquitur Arist. cum dicit, quòd putredo est per se effectus caloris frigorisq; quia calor innatus disproportionatur à naturalitate sua à calore extraneo. De tertio, quia, si generatio fit à qualitatibus actiuis dominantibus super passiuas; & putredo fit etiam qualitatibus actiuis obtinentibus super passiuas, quia dixit Aristo. quòd generatio & putredo sunt operationes, & actiones qualitatum primarum actiuarum; quomodo ergo dicit postea Arist. quòd generationi simplici opponitur putredo, quia generatio, fit qualitatibus actiuis obtinentibus super passiuas; putredo uero fit econtra, scilicet passiuis qualitatibus obtinentibus super actiuis? ergo, si putredo est actio actiuarum qualitatum, quomodo fit passiuis obtinentibus super actiuas, si fit putredo à calido & frigore tanquam à causis communibus per se illius effectus? & sic tunc non fit passiuis obtinentibus super actiuas, & tunc qualitates actiuæ essent superantes, & superatæ, ut nunc dicit Arist. dico, quòd debemus sane intelligere Aristotelem, & non in superficie eo modo, quo uerba sonant, quia sic falsus esset sensus Aristotelis: sed sensus uerus est, ut dicebamus alia die, quòd scilicet generatio fit qualitatibus actiuis obtinentibus super passiuas; sed istud dominium nō est simpliciter in gradu & in quantitate, sed istud dominium est in uirtute, quia non est necesse, quod semper secundum gradus, & quantitatem dominentur qualitates actiuæ, quia aliquando passiuæ dominantur super passiuas secundum gradum & quantitatem, quia sunt multa mixta, in quibus prædominatur siccitas uel humiditas, ut in mixtis aqueis & terreis à prædominio; sed intelligit, quòd dominantur actiuæ secundum uirtutem, non autem in gradu & quantitate: & sic uirtualiter debent obtinere qualitates actiuæ super passiuas, ut dixi, sicut ignis cubitalis in uirtute superat aerem bicubitalem, non autem simpliciter, quia, si qualitates passiuæ, simpliciter & secundum uirturem superarent actiuas, tunc uinum non remaneret uinum: superantur actiuæ, ut puta calor, à passiuis non secundum uirtutem, sed quia calor non potest amplius superare ita ac corrigere humidum naturale, sicut prius, quia aliqua eius portio fuit resoluta: tamen eius uirtus adhuc superat qualitates passiuas, quia aliter uinum non remaneret uinum: & ideo uirtus eius adhuc remanet minor, non quòd remaneat maior secundum quantitatē & gradum, quia ita superatur à passiuis, sed secundum uirturem tantum: ita in casu, in putredine, cum fit putredo, dominantur qualitates passiuæ super actiuas, non quòd simpliciter dominentur & secundum uirtutem, sed dominantur in gradu & mensura & quantitate, quia humiditas & siccitas sunt tantæ quantitatis & mensuræ, quòd calor innatus non potest amplius ipsis dominari: & sic reuera tantum in gradu quantitatis passiuæ superant actiuas, quia non permittunt regulari; sed cum hoc etiam calor innatus est maior in uirtute, quàm humiditas: & sic in hoc tantum dominantur qualitates passiuæ ipsis actiuis, quia intantum crescit humidum in quantitate respectu caloris, quòd calor non potest amplius illi dominari, & illud humidum regulare, non quòd humidum simpliciter dominetur secundum uirtutem, sed

quia

quia non dominatur & regulatur amplius à calore: & quando hoc erit? dico, quòd hoc erit, quãdo calor ambientis alterauerit calorẽ innatum, & fecerit ipsum præter naturalem, & auctiorem reddiderit, quia calor auctior factus agit in humidum proprium, illud liquefaciendo & resoluendo; & cum humidum resoluitur, cum eo etiã resoluitur calidior innatus; &, cum resoluitur, diminuitur; ergo diminutus fit debilior, & debilior factus non potest amplius regulare proprium humidum, non quòd humidum sit maioris uirtutis, quàm calor innatus, sed humidum in hoc dominatur calori, quia potest ei resistere, & non regulatur ab eo: & sic quo ad istum effectũ dominatur calor qualitatibus passiuis in putredine. De quarto, quia friuola uidetur ratio Aristotelis ad probandum, quomodo frigiditas propria compeatur ad putredinem, quia frigiditas innata augetur à desistentia caloris, quia dicit, quòd putredo est defectus calidi innati, quo calore deficiente augetur frigiditas: contra dicebas; quia frigiditas ista sequitur putredinem, quia sequitur defectum innati caloris; sed defectus caloris innati est putredo; ergo frigiditas illa sequitur putredinem; ergo est posterior putredine: quomodo ergo causa potest esse frigiditas ipsa putredinis? quia tunc causa esset posterior suo effectu, & nullum posterius potest esse causa prioris sui. Dico, domini, quòd putredo est defectus calidi innati: & quomodo iam dixi, quòd in putredine augetur calor innatus ab extraneo, & auctior factus incipit agere in proprium humidum ipsum resoluendo, quo euanescente euanescit etiam calor ipse, quia, cum resoluitur humidum per poros; secum etiam trahit calorem innatum; &, cum deficit oleum, deficit etiam flamma; & sic diminuitur calor; &, quia diminuto calore frigiditas incipit dominari calori remanenti, quia dominatur & tunc simul agit cum calore ambientis ad corruptionem, cum dominatur ei: & sic hoc modo est causa, quia prius resoluitur calor innatus quo ad multum sui, & tunc incipit dominari frigiditas, & sic ultimo operatur ad hanc putredinem. De secundo, cum dicis, quia dicit Arist. quòd deficiente caliditate augetur frigiditas: contra dicebas, quia nõ augetur frigiditas deficiente calore, nisi cum caliditas corrumpitur à frigiditate; si autem corrumpitur caliditas à caliditate, non minuitur caliditas, sed potius augetur, non autẽ crescit hic frigiditas: sed in casu nostro putredo est corruptio calidi non à frigore, sed à calido extraneo, quomodo ergo frigiditas dominatur, si corrumpitur à caliditate? immo potius augetur, ut magnus ignis auget paruum: ergo non est uerum, quòd deficiente calore augeatur frigus. Dico, quòd uerum dicis, quòd deficiente calore non augetur per se caliditas seu frigiditas, nisi caliditas extinguatur à frigore: oh quomodo ergo dicis, quòd crescit frigiditas? dico, quòd reuera non crescit: quid ergo dicit Aristo. dico, quòd nõ crescit simpliciter, immo crescit, seu remanet in eodem modo seu gradu, sed dicitur crescere frigiditas respectu huius effectus, quia tunc incipit dominari calori, & tunc dicitur crescere respectu caloris innati, qui est ita diminutus, quòd potest superari nunc à frigiditate membri, & prius non: & sic crescit respectu illius caloris membri, quia ita diminutus est, quòd ista frigiditas potest agere in ipsum, & extinguere ipsum; prius autem non erat tantę potentiæ frigiditas, quòd posset superare calorem, ex quo ad hoc dicitur crescere. Et hoc de hac difficili materia de putredine.

Reliquum est autem dicere contiguas species. Dicebat Aristo. in principio huius libri, quòd quatuor erant qualitates primæ, duæ actiuæ, & duæ passiuæ: & dixit, quòd intendebat declarare, quæ sunt actiones actiuarum: & dixit, quòd tres erant operationes actiuarũ in genere, scilicet generatio, & putredo, & digestio seu coctio; & per generationem intelligebat generationem simplicem, id est substantialem generationem mixti, & iam egit de generatione simplici, & de ipsa putredine: ideo restat modo agere de tertia operatione, id est de ipsa digestione seu coctione, (& materia hæc ualde difficilis est propter diuersitatem inter philosophos & medicos:) & sic dicit, quòd tertia operatio qualitatum actiuarum est coctio uel digestio ipsa. Et Aristo. more suo primo proponit intentionem suam; secundo prosequitur, dicens, Reliquum est dicere, dicit, quòd postquã egimus de generatione simplici & de putredine, nunc restat dicere de coctione, & speciebus eius, scilicet immediate se continentibus, & contiguis ipsi generationi simplici & putredini, quia ad generationem simplicem & ad putredinem immediate sequitur coctio, & inconcoctio, & earum species:

& ideo dicit, quòd hæc sunt habita, idest immediate consequentia generationem simplicē, quia ad generationem immediate sequitur coctio, & sic generationi simplici habitæ: & sic dicit, quòd istæ species habitæ fuerunt & operantibus à dictis uirtutibus ex oppositis natura constantibus: & istæ species coctionis sunt tres, ut infra dicemus, scilicet pepansis idest maturatio, hepsesis idest elixatio, & optesis idest assatio; & tres aliæ sunt species indigestionis his oppositæ, scilicet omotes idest immaturitas, molynsis idest inquinatio, & statheusis idest incoctio uel inassatio. Et primo est notandum circa uerba Aristotelis, quia primo dicit, quòd istæ species sunt habitæ ad illas. quæ uerba pluribus modis exponuntur; primo sunt habitæ, quia generatio simplex & putredo respiciunt esse & non esse, quia generatio simplex respicit esse, & putredo respicit non esse; & sic respiciunt esse & non esse rei, ut supra diximus: coctio uero & incoctio respiciunt qualitatem: in coctione enim etiam acquiritur qualitas, scilicet sui constantia humidi. quia ergo generatio & putredo respiciunt esse & non esse rei, & coctio & incoctio respiciunt qualitatem & esse rei in substantia; & substantia est prior qualitate: ideo generatio & putredo sunt priores, quàm concoctio & incoctio; & species earum sunt habitæ his, idest immediatæ sequuntur generationem & putredinem; & sic sunt habitæ. Secundo, quia nutritio est quædam generatio: nutritio enim, primo de generatione & corruptione, est aliqua generatio, quia est conuersio nutrimenti in substantiam nutriti; ergo est aliqua generatio; sed aliqua generatio est natura posterior generatione simplici, ideo coctio & incoctio & earum species sequūtur, & sunt habitæ ad generationem simplicem & putredinem. Tertio dicuntur istæ species esse habitæ & sequi ad illas immediate, quia generatio, & putredo manifestius sequuntur qualitates primas actiuas, quàm coctio & incoctio & earum species: quia coctio & incoctio non ita manifeste sequuntur qualitates actiuas, & sunt eius opera: sed coctio uidetur sequi tantum calorem in eius operatione, generatio autem & putredo manifestius caliditatem & frigiditatē: & ideo coctio & incoctio ordine naturæ & doctrinæ, sequuntur generationem & putredinem. Secundo dicit, quòd fiunt istæ species operationum qualitatum primarum ex oppositis subiectis in natura constantibus: & addit istam particulam ad differentiam generationis, & corruptionis, quia generatio & corruptio habent subiectum, quod est in potentia ens, quia generatio est transmutatio à non esse ad esse; corruptio uerò è contra, quia est trāsmutatio ab esse ad non esse: in coctione uero & digestione, quod digeritur, est actu ens; quod uero generatur, non est actu ens, sed potentia ens: ideo dicit, quòd istæ species fiunt ex subiectis naturà tā constantibus, quia requiritur, quòd coctio habeat subiectum actu ens; sed generatio in potentia ens & natura constans. Secundo est aduertendum, quia dicit ex subiectis natura constantibus, & non dicit in subiectis natura constantibus, ita, quòd apposuit illam particulam, ex, & non illam præpositionem, in: hoc ideo facit, ut denotet istos effectus fieri per quandam passionem, quia propositio, ex, denotat habitudinem causæ naturalis: dicit ergo ita, ut notet, quòd istæ passiones fiunt ex rebus naturalibus quadam passione, & sic ut notet, quòd ista subsistant in materia: & ideo addit istam particulam, ex, & non, in: quia, ex, denotat causam materialem & subiectiuam, & in non; ideo non dixit in. Et sic habetis intentionem, quæ est dicere de coctione & speciebus quibuscunque habitis idest contiguis præcedentibus dictis, scilicet generationi simplici & putredini; ex suppositis, idest subiectis natura constantibus, idest actu existentibus. Est itaque calidi quidem coctio. hic bene aduertatis, quia hic sunt infinitæ difficultates; & usque ad nostra tempora nullus latinorum intellexit: & nos pulchra dicemus circa istam definitionem, quam, ut dixi, nullus eorum ante intellexit, nec Vgo, nec Gentilis, nec Drusianus, nec alij; scilicet quid sit digestio. Dicamus ergo, quòd Aristo. in hac parte ponit causam effectiuam coctionis & incoctionis; & dicit, quòd causa effectiua coctiōis est ipse calor: incoctionis uerò est ipsum frigus, quia effectus contrarij per se requirunt causas contrarias: & subdit, quòd coctio & incoctio habēt tres species pro qualibet: itaque tres sunt species coctionis, & tres incoctionis: & primo dicit de coctione, quæ habet tres species; & prima species est pepansis id est maturatio, qualis est in fructibus: secunda species est hepsesis, id est elixatio, ut est in carnibus elixatis: tertia optesis, id est assatio, ut etiam est in carnibus assatis. Tres ergo sunt species coctionis,

& eodem

& eodem modo tres aliæ ſpecies ſunt incoctionis ; & iſtæ tres ſpecies incoctionis opponũtur ſpeciebus coctionis : prima ergo ſpecies incoctionis dicitur omotes, quę opponitur maturationi ; & omotes idem eſt, quod cruditas fructuum, quia fructus aut ſunt crudi, aut ſunt maturi : ſecunda ſpecies incoctionis dicitur molynſis , & hæc opponitur hepſeſi, id eſt elixationi; & molyniſis nihil aliud eſt, niſi deturbata, uel inquinata, uel diminuta coctio, uel diminuta elixatio : tertia ſpecies incoctionis dicitur ſtatheuſis, & hæc opponitur opteſi, ideſt aſſationi ; eſt autem ſtatheuſis diminuta aſſatio, ſed non bene tranſlatum eſt hoc uerbum à latinis : Vatablus tranſtulit ex . . . Alcionius autem taſtio aut frixio ; ſed nec . . . nec toſtio eſt proprium uocabulum ipſius ſtatheuſis, quia hoc uerbum ex . . . eſt quid cõmune ad intenſam aſſationem & ad remiſſam aſſationem : neque etiam toſtio eſt cõueniẽs, ut dicit Alcionius, quia eſt toſtio uehemens aſſatio ; neq; eſt frixio, quia, ut infra dicemus, frixio eſt ſpecies coctionis ſeu digeſtionis : & ideo iſti non bene tranſtulerunt hoc uocabulum ſtatheuſis : & ideo ego credo , quòd non habemus uocabulum & uerbum appropriatum latinum, ſed debet circumſcribi ; & ideo debet dici diminuta aſſatio & imperfecta , & principium ipſius aſſationis, quia non habemus proprium uerbum.

Oportet autem exiſtimare. Hic Ariſtot. adducit . . . quòd, ſcilicet iſtæ paſſiones ſumuntur in his rebus non ſemper proprie , aliquando improprie inſunt rebus : proprie uero inſunt omnibus rebus , de quibus dicuntur. ſed, quia ſæpe ignoramus modum proprium, quo inſunt rebus, ideo per metaphoram utimur termino communi .v.g. maturatio & cruditas proprie conueniunt fructibus, & tamen illis etiam utimur in humoribus & in urina ; tamen proprie maturatio & cruditas inſunt ipſis fructibus : in alijs uero rebus, ut in humoribus & ſuperfluitatibus, improprie inſunt, & appellamus ipſa cruda uel cocta ex metaphora quadam, quia carent nominibus proprijs ſimplicibus exprimentibus modum proprium eſſendi eorum, quia, cum non habemus nomen proprium conueniens illi , utimur nomine communi , ut dicunt Galenus , & . . . quia ſuperfluitates animalis appellant crudas , & coctas ſeu maturas.

Digeſtio igitur eſt perfectio . Poſtquam Ariſtot. dixit , quòd tres erant ſpecies coctionis , & tres incoctionis , nunc ſigillatim definit unamquamque illarum ſpecierum ; & primo definit , quid ſit maturatio , & dicit , quòd maturatio eſt perfectio ex proprio & naturali calido in oppoſitis paſſiuis : & bene aduertatis ad hæc , quia hic ſunt infinitæ & arduæ difficultates . Eſt ergo maturatio perfectio ex proprio & naturali calido in oppoſitis paſſiuis : exponit Alexander ; maturatio eſt perfectio quædam : ideſt mutatio quædam de potẽtia ad actum: quia fructus, cum prius erant in potentia ad talem modum eſſendi , & ad talẽ perfectionem , poſtea per coctionem acquirunt tale eſſe actu, & talem perfectionem actu; ſicut nutrimentum in animali ante, quàm coquatur, eſt in potentia nutrimentum animalis; poſtea uerò, cum eſt coctum , fit actu nutrimentum, & ſic acquirit eſſe actuale : & ideo dicit Alexander , quòd iſta perfectio eſt quędam tranſmutatio de potentia ad actum : & quis eſt iſte actus, qui acquiritur coctione ? oh, domini, hic erit labor magnus, ſcilicet inuenire, quis ſit terminus coctionis , & quid acquiratur per iſtam coctionem ; & uarij uaria dicunt. Sed, domini, Olympiodorus uidetur iudicio meo rectius loqui, quia Alexander eſt diminutus : dicit Olympiodorus , quòd nihil aliud eſt coctio , ſeu terminus huius coctionis, quàm conſtantia & craſſities humidi, quæ proprie dicitur coctio : cum enim humidum acquirit conſiſtentiam et craſſitiem, dicitur coctum, et iſta eſt coctio, ſeu terminus coctionis ; licet aliter dicant latini: ſed iudicio meo longius diſtant ab Ariſtotele.

Dicit ſecundo , quòd eſt perfectio à naturali et proprio calore , id eſt commenſurato calore, quia appellatur naturalis et proprius calor commenſuratus humido, qui facit conſtare ipſum humidum reſoluendo ſuperfluum : et tertio de ſimplici medicina quærens Galenus, quare aliqua ſunt nutrimentũ homini, et aliqua non, dicit, quòd ratio eſt, quia, quæ proportionãtur calori naturali, ſ. ut poſſint ſuperari, sũt nutrimẽtũ homini, quę uero nõ poſſunt ſuperari, nõ ſunt nutrimẽtũ: et ideo oportet , q. ſit cõmẽſuratus calor: ergo oĩs coctio debet fieri à calore proprio . Tertio dicit, ex oppoſitis paſſiuis. Tripliciter exponit, primo, q. p oppoſita paſſiua intelligamus qualitates paſſiuas, q̃. oppoſita ſunt , ut ſiccitas & humiditas : &

dicit

dicit Olympiodorus, cũ opponũtur iſtæ qualitates paſſiuæ . . . ipſi agentis ſcilicet ipſi calori digerenti, opponuntur in digeſtione ipſæ qualitates paſſiuæ ipſi calori digerenti : & iſta expoſitio etiam poteſt ſtare, quia ex ſecundo de generatione omnis tranſmutatio eſt à contrario ; ergo neceſſe eſt, ut humidum & ſiccum contrarientur calori. Secundo exponunt Latini, & Auer. quòd iſta eſt perfectio ex oppoſitis paſſiuis, ſcilicet ex duabus qualitatibus paſſiuis, ſcilicet humido & ſicco oppoſitis inuicem, quia concurrunt & humidum & ſiccum ad iſtam coctionem : ſed iſti errant, quia, ut dicemus, terminus coctionis non eſt permixtio humidi cum ſicco, ut dicunt Latini, ſed terminus coctionis proprius, nihil aliud eſt, quàm conſtantia propria humidi, & craſſities, reſoluta parte ſuperflua aquea ipſius humiditatis : & ideo iſta expoſitio non ſatisfacit. Tertio exponitur ab Alexandro, ex oppoſitis paſſiuis; hoc eſt qualitatibus paſſiuis non oppoſitis qualitati agenti, calori, nec ipſis met inuicem; in principio & in fine ipſius concoctionis: opponuntur enim iſtæ qualitates paſſiuæ, ex quibus eſt coctio, in principio & fine coctionis; ſi .n. ipſiſmet opponantur in principio coctionis, ſibi ipſis opponãtur in fine coctionis, uerbi gratia nutrimentũ poteſt contrariari in principio & fine coctionis, & ſic ſibi opponitur in principio & fine; in principio enim eſt ſanguis, in fine autem eſt caro : ſed caro opponitur ſanguini, quia ſanguis innatus, & caro eſt innata : & ideo opponitur ſibi nutrimentum in principio & in fine coctionis : & ſic in principio opponuntur, quæ non habent coctionem. Sed dices, cur Ariſtoteles locutus eſt in plurali numero, dicens, ex oppoſitis paſſiuis, & non dixit ex oppoſita paſſione? Reſpondet Alexander, quòd Ariſt. locutus eſt in plurali numero, ut notaret, quòd, ſicut ſunt diuerſæ ſpecies coctionis, ita ẽt ſunt diuerſa ſubiecta coctionis, quia diuerſis ſpeciebus coctionis diuerſa ſubiecta reſpondent; & ideo loquitur Ariſt. in numero plurali, quia hoc patiens non eſt tantum unum in omni ſpecie coctionis, & ideo loquitur in plurali, quia non eſt tantum unum ſubiectum coctionis, quia omnis ſpecies coctionis habet ſuum ſubiectum : & ſic, ſicut ſunt tres ſpecies, ſic tria patientia, & ideo non unum, quia diuerſificantur, ſecundum quòd diuerſæ ſunt ſpecies coctionis.

TEXTVS DECIMVSQVINTVS.

CVm enim concoctum fuerit & perfectum eſt, & factum. & principium perfectionis à caliditate propria accidit. Quamuis per aliquod exteriorum auxilium perfectum ſit, ut alimentum ſimul concoquitur, & per balnea, & per alia talia. Sed principium, quæ in ipſo eſt, caliditas.

COnfirmat Ariſt. deſcriptionem digeſtionis, quia dixit, quòd ex oppoſitis paſſiuis, quia dicit, quòd omne digeſtum, eſt perfectum & factum, ſi perfectum & factum; ergo omnis coctio & digeſtio eſt perfectio & factio : ualet argumentum à concretis ad abſtracta; & Ariſt. ſumit ut manifeſtum, quia omne digeſtum eſt perfectum, quia omne, quod digeritur, tranſmutatur de potentia ad actum, & omne digeſtum, mutatum eſt à potentia ad actum, quia nutrimentum, puta, quod coctum eſt, eſt perfectum, quia iam eſt caro; & ideo eſt perfectum, quia iam eſt factum actuale, quale erat potentia : & male tranſtulit Vatablus, & male expoſuit : ſed intelligitur factum, ideſt actu tale ex potentia tale; & prius erat nutrimentum potentia caro, & poſtea factum eſt actu tale in fine coctionis. Lego uerba . . . enim ſic debet legi litera hic.

Et principium perfectionis à caliditate propria accidit. Quia Ariſt. iam expreſsit nobis cauſam formalem & materialem coctionis, quia formalis cauſa eſt perfectio: materialis uero cauſa ſunt qualitates paſſiuæ: quia dicit ex oppoſitis paſſiuis cauſis. nunc declarat cauſam efficientem ipſius maturationis ſpeciatim, & dicit, quòd cauſa effectiua maturationis eſt calor proprius ideſt commenſuratus, & iſta eſt cauſa effectiua principalis, quia duplex eſt cauſa effectiua coctionis. principalis eſt calor proprius: ſecundaria uero eſt ipſum adiuuans, ut exercitatio, balneum, tempus anni, quæ omnia ſunt cauſæ inſtrumẽtales & ſecundariæ, quæ adiuuant noſtram digeſtionem; quia coctio fit melius in hyeme, quàm in æſtate, tum etiã,

adiuuat

adiuuat balneum, quia aperit poros; & sic multa sunt adiuuantia coctionem ipsam, tamen principalis causa est calor ipse proprius.

TEXTVS DECIMVS SEXTVS.

Finis autem his quidem natura est. naturæ autem, quam dicimus ut formam, & substantiam.

TEXTVS DECIMVS SEPTIMVS.

His autem in subiectam quandam formam finis est concoctionis, cum tale fiat, & tantum humidum, aut assetur, aut elixetur, aut putrefiat, aut alio quodam modo calefiat. tunc enim utile est, & concoctum esse dicimus. sicut mustum, & quæ in tuberculis constant, cum factum fuerit pus, & lachryma, cum facta fuerit sordes. similiter autem & alia. Accidit autem omnibus hoc pati, cum uicta fuerit materia, & humiditas. hæc enim est, quæ terminatur ab ea, quæ in natura, caliditate. quandiu enim insit in ipsa ratio, natura hoc est. Quapropter & sanitatis signa, quæ talia, & urinæ, & egestiones, & omnino superfluitates. & dicuntur concocta esse, quia indicent caliditatem propriam dominari humido.

Finis coctionis, dicit Arist. non est unus, sed uarius, quia in quibusdam rebus, quæ decoquuntur, finis est natura; & quid est dictu natura? quia secundo physicorum natura duplex, materia & forma substantialis; hic intelligitur natura id est forma substantialis; & de ista loquitur Arist. hic, quia in coctione acquiritur forma substantialis; sic, cum decoquitur nutrimẽtum in animali, finis huius coctionis est forma substantialis, quia ex uino fit sanguis, ex sanguine fit caro, & sic finis est forma substantialis: aliquando uero non est forma substantialis finis coctionis, sed est dispositio quædam humidi, per quam dispositionem illud coctum fit utile ipsi rei, puta ipsi uiuenti; & sic ista dispositio & aequisita est coctio & finis huius coctionis: & quæ est ista dispositio? ut dicebam heri, Dispositio est constantia ipsius humidi, quia, cum sunt consumptæ partes superfluæ humiditatis, & humidum illud acquisiuit quandam consistentiam, per quam fit utile, illud nutrimentum dicitur coctum, quia remanet humidum constans, & humidum est principale subiectum huius coctionis, & non siccum: & dat exemplum de musto, & in abscessibus, & in lachrymali fluxu: in musto quidẽ quia, cum mustum dicitur digeri & concoqui, tunc acquirit quandam dispositionem, per quam fit utile ipsi animali, quia, cum superflua humiditas musti resoluitur, tunc fit utile, & cui? ipsi animali, quia tunc acquirit talem dispositionem, per quam fit utile ei: & sic etiam in abscessibus contingit, ut quando sanguis, aut aliquis alius humor in abscessibus putrescit tunc ille humor dicitur digeri, quando ex consumptione superfluæ humiditatis acquisiuit consistentiam, & factus est utilis: sic etiam in fluxu lachrymali, ut quando lachrymę fluunt ab oculis, & mutantur in lippitudinem, dicuntur digestæ & concoctæ, cum scilicet illæ lachrymę, quæ aquęę & fluxibiles ab oculo fluxerunt, acquisiuerunt consistentiam quandã, & conuersæ sunt in lippitudinem, quia tunc fit cõsistentia humidi, quæ consistentia est terminus illius coctionis, & tantum transmutata est in meliorem statum: & sic dicit Aristo. quòd quæcunq; humiditas talis fuerit & tanta, quod poterit pati à calore naturali, & ab eo talẽ acquirere dispositionem, per quam fiat utile uiuenti, tunc fit perfecta coctio, quia tunc trãslatum est humidum ad meliorem dispositionem, per quam fiat utile uiuenti, quia tunc conuertitur in saniem, uel lippitudinem: & sic in elixatione, uel assatione, uel maturatione, & econtra, cum calor ille fuerit in tali proportione, quòd potest superare humidum ipsum, tunc ille calor dicitur digerens, & appellatur natura: & Aristoteles reddit causam, quare ille calor dicatur natura; dicit, quòd ideo dicitur natura, quia natura est principium motus & quietis, & principium alterationis, ideo appellatur natura ab Aristotele, & accipit ipsum pro ipsa natura. Sed dices, quid ad Aristotelem, cum dicit, quòd mustum, cum acquirit dispositionem, per quam fit utile, tunc dicitur coctum, quia tunc pars humida aquea fuit resoluta? & dicit, quòd ista transmutatio in musto, est tantum accidentalis, quia dicit, quòd, cum decoquitur, tunc illa humiditas disponit & consistit, & tunc est coctum: sed illa mutatio est

tantum

tantum accidentalis: ergo non differt ipsum mustum à uino, cuius tamen oppositum dicũt omnes Theologi, & alij multi, qui dubitant, an possit fieri Eucharistia in musto, & dicunt, quòd non, & quòd mustum differt specie à uino. Tum secundo, quia dicit Arist. sicut in putredine quòd cum tale fuerit factum & tantum humidum; ita, quòd uult, quòd humidum per putredinem acquirat dispositionem conuenientem: sed putredo non est coctio, quia coctio est, cum humidum acquirit talem dispositionem, per quam fit utile animali, & putredo est opposita generationi simplici, quomodo ergo putredo potest appellari coctio, quæ coctio est generatio ad perfectionem humidi? Tum tertio, quia dicit, quòd calor est natura, quia est principium motus coctionis: sed contra, quia natura secundo Physicorũ est principium motus & quietis eius in quo est; sed semper est in aere; ergo non potest appellari natura. De primo, cum dicis, quòd secundum Arist. mustum non differt à uino nisi accidentaliter, cuius tamen oppositum dicunt Theologi; dico, quòd ita est de facto, quod Arist. sensit, quòd uinum & mustum tantum accidentaliter differunt, & idem dicit infra: &, si Theologi & alij tenent oppositum, male dicunt, quia contradicunt Aristoteli.

De secundo ex putredine, cum acquiritur dispositio in humido, per quam fit conueniẽs & utile; sed putrefactio opponitur generationi; quomodo potest hoc esse? dico, pro ut supra diximus, quòd idem calor potest esse digerens, & putrescens, quia idem calor potest esse agens coctionem & putredinem, respectu tamen alterius & alterius, quia respectũ alterius generandi dicitur calor innatus, & sic decoquens; quatenus uero respicit putrescẽs, non dicitur digerens, sed putrescens: ut multa animalia generantur ex putri materia à calore illo, si contrariatur ille calor, ut illud tale, quod putrescit, corrumpitur à calore, sic ille calor non est calor naturalis, sed digerens & putrescens: si uerò contrariatur, ut generantur illa animalia, sic dicitur digerens & concoquens: & ita dico, quòd idem calor respectu diuersorum potest dici putrescens & digerens, licet putredo opponatur generationi simplici. De tertio, quia ex secundo Physicorum natura est principium motus & quietis eius, in quo est: sed calor naturalis non est principium coctionis, in quo est; ergo non potest dici natura. Dico, quòd reuera calor naturalis impropriè appellatur natura, sed Arist. appellat ipsam naturam, id est naturalem & commensuratam, pro quanto scilicet est qualitas proportionata & propriè natura, quia, ut sic, est instrumentum proportionatum naturæ; ut etiam sæpe à Galeno appellatur natura, & ab Hippocrate: sed reuera non est natura. Lego uerba. Veluti alimentũ cum digeritur, Id est simul digeritur: finis autem natura est, & natura est substantia, id est forma substantialis erit; aut scilicet finis digestionis est in quandam formam subiectam, cum humidum fuit factum tale aut tantum in ipsa caliditate, id est propotrio est ad ipsum humidum.

Quia dixerat Aristo. declarans descriptionem coctionis, quòd coctio erat perfectio à proprio & naturali calido ex oppositis passiuis, quando scilicet humidum innatum transmutatur à calore innato, ex qua transmutatione illud humidum fit constantius & crassius & quasi siccius: ex quo argumento duo infert corollaria: primum, quòd medici ex hoc arguunt signum sanitatis in animalibus ex urina, & excrementis coctis, & alijs superfluitatibus, ex quibus arguunt sanitatem: cuius signum est coctio in istis superfluitatibus: arguũt dominium calidi super humido, quia ex dominio calidi super humido aut fit sanitas, aut futura est sanitas, quia in hoc dominio calidi consistit sanitas: & sic arguunt futuram, aut præsentem sanitatem, quia arguunt illam transmutationem humidi à calido; & in hoc dominio consistit sanitas; ergo arguunt sanitatem.

TEXTVS DECIMVSOCTAVVS.

Necesse autem est quæ concoquuntur crassiora, & calidiora esse. calidum enim efficit tale melioris molis, & crassius, & siccius. concoctio igitur hoc est. Inconcoctio autem imperfectio est propter indigentiam propriæ caliditatis. indigentia autem caliditatis frigiditas est. imperfectio autem est oppositorum passiuorum, quæ quidem est unicuique natura materia. concoctio igitur, & inconcoctio determinatæ sint hoc modo.

Secundo

SEcundo dicit Aristot. sequitur, & sæpe repetit descriptionem, quòd omnia, quæ digeruntur & concoquuntur, fiunt crassiora & calidiora, quia coctio fit à calido transmutante humidum; ergo ibi dominatur humidum; ergo calefacit ipsum humidum; ergo, quę decoquuntur, fiunt calidiora; fiunt etiam crassiora, quia calidum resoluit partes humidi tenuiores remanentibus crassioribus: & ideo, quæ decoquuntur, euadunt calidiora, crassiora, & maioris molis & magnitudinis; & fructus, qui maturescunt, euadunt calidiores, crassiores, & maioris molis: & ideo fit ex agresta succus, qui frigidus: & ex uua matura uinum, quod est calidius.

Postquam Aristo. declarauit, quid nam esset coctio & digestio, quæ est distributio nutrimenti in substantiam nutriti, & coctioni opponitur inconcoctio, & digestioni indigestio (tamen uerius coctio dicitur, quia digestio propriè est distributio nutrimenti in substantiā nutriti) nunc agit de inconcoctione, quæ est imperfectio: quia dicit Aristo. quòd inconcoctio opponitur coctioni, quia ut coctio est perfectio à proprio & naturali calido ex oppositis passiuis, ita inconcoctio est imperfectio; &, sicut coctio est à calido, ita incoctio est à frigido, quia fit ex defectu calidi innati, qui defectus calidi innati est excessus frigiditatis: &, si coctio est ex oppositis passiuis, quia contrariorum debet idem esse subiectum & materia; sed coctio & incoctio sunt opposita; ergo debent habere idem subiectum & materiam: ex quo sequitur, quòd, sicut ea, quæ coquuntur, per coctionem acquirunt meliorem dispositionem & perfectiorem, ita, quæ incoquuntur, acquirunt peiorem dispositionem & imperfectiorem: & tunc Aristot. epilogat dicens, quòd declarauimus iam in genere, quid coctio, & quid incoctio, quia coctio est perfectio quædam, incoctio autē est imperfectio, & ambæ sunt ex oppositis passiuis. Lego uerba: & pro nunc dimitto uobis difficultates in examine. Appellantur digestæ esse, scilicet cum insinuant & significant caliditatē obtinere humidum, quæ quidem, scilicet opposita sunt materia.

TEXTUS DECIMUSNONUS.

MAturatio autem est concoctio quædam, concoctio enim alimenti in his, quæ circa fructum, Maturatio dicitur. Quoniam autem concoctio perfectio quædam est, tunc maturatio perfecta est, quando semina, quæ in eo, quod circa fructum, possunt efficere tale alterum, quale ipsum. etenim in alijs perfectum sic dicimus. eius igitur quod circa fructum, hæc maturatio. Dicuntur autem & concoctorum alia multa, matura, secundum eandem quidem formam: translatione autem, propterea quòd non sunt posita, sicut dictum est prius, nomina secundum unamquamque perfectionem circa ea, quæ terminantur a naturali caliditate, & frigiditate. Est autem tuberculorum, & pituitæ, & talium maturatio a naturali calido inexistentis humidi concoctio. impossibile enim est terminare non dominans. Ex spirituosis igitur aquosa, ex talibus autem terrestria consistunt, & ex tenuibus semper crassiora fiunt, quæ maturatur, omnia. Et hæc quidem in ipsam naturā ducit secundum hoc, hæc autem eijcit maturatio. igitur dictum est quid est.

CVm declarauerit Aristo. nobis coctionem & incoctionem, & dixerit, quòd coctio erat perfectio quædam à caliditate naturali ex oppositis passiuis; & incoctio erat imperfectio, quæ fit à frigiditate non potente transmutare humidum; nunc sigillarim transit tam ad species coctionis, quàm incoctionis: &, quia sunt tres species coctionis, & tres incoctionis, ideo sigillatim agit de illis; & primo de prima specie coctionis, scilicet de pepansi, idest maturatione; secundo de hepsesi, idest elixatione; tertio de optesi, idest assatione: & sic sigillatim agit de unaquaque specie tam coctionis, quàm incoctionis. Et primo definit, quid nam sit pepansis idest maturatio, & dicit; quòd maturatio est decoctio alimenti in fructibus (& dicit Alexander, quòd propriè fructus apud Græcos significat semen ipsum, sed non ita capitur hic ab Aristotele; alio modo capitur fructus non pro semine, sed pro eo, quod circunstat semini, idest pro ea parte carnosa fructus, quæ circunstat & circundat, quæ græce dicitur pericarpium, ut est in pomo, aut Piro, scilicet caro illa, quæ dicitur pericarpios apud Græcos, quasi circa semen, quia semen appellatur carpos) & hæc coctio alimenti appellatur maturatio; dicit ergo, quòd maturatio est coctio limentia in peri

caipijs,

carpiis, id est, est coctio seminis in pericarpijs: & iste transtulit pepansis, quod est uerbum græcum; & miror de eo, quia, cum habeamus uerbum latinum, idest maturatio, debuit ponere uerbũ latinum. Vnde dicit Alber. & Olympiodorus, quòd, sicut in animali est triplex coctio, una in uentriculo, ubi cibus mutatur in succum aut chylum: secunda est, cum cibus seu succus ille transfertur à uentriculo ad hepar, & ibi secundo concoquitur, & in sanguinem transmutatur: tertia fit cum transmutatur sanguis ab hepate ad cor & reliqua membra, & conuertitur in substantiam nutriti; ita etiam, dicunt isti, est triplex coctio in Plãtis, una fit in radicibus Plantæ, & hæc correspondet illi digestioni, quæ fit in uentriculo animalis: altera digestio est illa quæ fit in stipite, seu trunco plantæ, & hæc correspondet digestioni, quæ fit in hepate animalis; tertia digestio in Planta est illa, quæ fit in ramis & fructibus Plantæ, & hæc coctio correspondet ei coctioni, quæ fit in animali per membra ipsa, in quibus nutrimentum conuertitur in substantiam nutriti. Sed, domini, hoc, quod dicunt Olympiodorus & Albertus cõtradicit expresse Aristo. quia secundo de partibus anima. cap. tertio dicit Aristo. quòd secus est coctio nutrimenti in animalibus, & secus in Plantis, quia in animali est triplex coctio, in Plantis autem duplex tantum est coctio: una, quæ est prima coctio nutrimenti, & ista non fit in Planta, sed fit in uentre terræ à calore ibi contento, quæ præparat ibi nutrimentum Plantæ: alia uero est coctio, cum attrahitur nutrimentum iam elaboratum à terra in radicibus Plantæ, & hæc est secunda coctio, & prima quæ fit in Plantis: tertia autem coctio, quæ est secunda in Plantis, est illa coctio, quæ fit in stipite & in ramis: & ita tantum duæ coctiones fiunt in Plantis: & ideo dicit Aristo. quòd in Plãtis non sunt excrementa primæ digestionis, ut sunt in animali, quia non fit in Plantis ista prima coctio, sed fit in uentre terræ: & sic prima digestio non fit in Plantis, sed in uentre terræ; aliæ uero duæ fiunt in Plantis: sed, quicquid sit, satis est, quòd ista maturatio propria, de qua loquitur, non est in quacunque parte Plantæ, sed hæc maturatio est species maturationis, quæ est, cum decoquitur alimentum in ea parte Plantæ, quæ est fructus: non est autem in omni parte Plantæ, quæcunque sit, sed in determinata parte ipsius Plantæ, quæ est fructus, quæ græce dicitur pericarpium, quia in ea parte elaboratur hæc digestio; quæ est sicut caro. Et tunc dicit Aristo. quia dixit, quòd coctio est maturatio intrinseca in fructibus; & supra dictum est, quòd coctio est perfectio; ergo sequitur, quòd tunc fructus dicitur perfectus & coctus seu matutus, idest caro illa, quando semen contentum in illa, potest generare sibi simile, & tale, quale ipsum; puta pirum dicitur perfectum, quando semen piri potest generare tale, quale ipsum: & declarat hic Aristo. exemplo, quia sic est in Plantis seu de fructibus in Plantis, sicut est in animalibus, quia tunc dicuntur animalia perfecta ætate, cum possunt generare tale, quale ipsum (& ideo pueri dicuntur imperfecti, quia sunt in ætate imperfecta, & ita etiam imperfecti sunt senes, quia non possunt sibi simile generare, perfecti uero sunt homines, qui sunt in perfecta ætate, in qua possunt sibi simile generare) & tunc fructus & semen plantę, etiam dicitur perfectum & matutum esse, quando est in tali dispositione, quòd sibi simile potest generare; imperfectum uerò & infœcundum dicitur esse, cum nimis tempestiuum, aut nimis antiquum fuerit. Secundo dicit Aristo. quòd nomen maturationis bifariam dicitur: de quibusdam rebus dicitur propriæ: de quibusdam autem improprie: nomen quidem maturationis proprie dicitur de fructibus; impropriè uero dicitur de alijs rebus, & de rebus inanimatis, & de humiditatibus & excrementis & superfluitatibus animalium, ut de sudore, urina, abscessibus: quæ omnia dicuntur cocta per metaphoram quandam, quando, scilicet eorum humidum terminatur, & superatur à calido eorum & frigido naturali, ut dicit hic Aristo. Sed dices, quomodo dicit, quòd ista dicuntur maturescere, quoties humidum proprium maturatur à calore proprio, & terminatur etiam frigore? ergo fit ista coctio tũ à calore, tum à frigore. Sed quomodo hoc potest esse? quia supra dixit Aristo. quòd coctio tantum fit à calido & frigido. quid ergo dicit Aristo. respõdet Alexander, quòd coctio reuera fit tum à calido, tum à frigido: sed primo fit & per se à calido, secundario à frigore & per accidens: & ideo dicit Theoph. secundo de causis Plantarum cap. 18. quòd coctio fit etiam à frigore, scilicet frigore moderato, & contemperante calorem naturalem uehementem, quia fit maturatio à caliditate non quacunque, sed à

calore

calore moderato; moderatur autem iste calor à frigore; & ideo concurrit frigus ad maturationem; & per antiparistasim frigus concurrit ad maturationem, quia frigus facit contrahere calorem, quia contractus agit in humidum proprium, & ipsum concoquit, resoluendo superfluum humidum. Tertio dicit Aristo. sequitur, quòd, quæcunque maturescũt, ex aerijs primo fiunt aquea, & ex aqueis postea fiunt terrestria & crassa, quia fructus primo habent humiditatem aeream, deinde aqueam, tertio terream & crassiorem, quia ultimo crassiora fiunt: & ideo dicit, quòd, quæ hoc modo maturescunt & decoquuntur, primo ex aerea substantia fiunt aqueæ substantiæ, deinde ex aquea substantia fiunt terreæ substantiæ: sed, domini, hæc non carent difficultatibus, quia sensus uidetur contradicere huic dicto Aristotelis, ut in examine dicebamus. Lego uerba, & usque ibi: Per Pepansim intelligatis matura, quia translator ignorabat nomen latinum. Crassiora fiunt, scilicet quæ maturescunt: & hæc quidem, scilicet quæ maturescunt, ex tenui substantia fiunt crassiora: & hãc partem omisi, quia dicit, Hæc quidem maturescunt, ubi dicit, quòd quæ maturescunt, quædam ducuntur ad perfectam maturationem, ut fructus Plantarum; quædam aũt non perfecte maturescunt, sed ueniunt ad imperfectam maturationem, ut quæ putrescunt in plãtis, qui fructus putrefacti reijciuntur: & sic ex eorum numero, quæ maturescunt, quædam perficiuntur, & quædam non: & ad perfectam & propriam maturationem reducuntur fructus Plantarum & non reijciuntur: superfluitates uero reducuntur ad perfectam maturationem, & reijciuntur. Hæc autem, scilicet quæ non attingunt terminum maturationis, nam obijcit, quæ non attingunt terminum &c.

TEXTVS VIGESIMVS.

CRuditas autem est contrarium. Contrarium autem maturationi inconcoctio alimenti in eo, quod circa fructum, hoc autem est interminata humiditas. quapropter aut spirituosa, aut aquosa, aut eorũ, quæ fiunt ex ambobus, est cruditas. Quoniam autem maturatio perfectio quædam est, cruditas imperfectio erit. Fit autem imperfectio, propter indigentiam naturalis calidi, & incommensurationem ad humidum, quod maturatur.

DIctum est, dicit Aristo. quid sit coctio deinde dicendum est, quid sit cruditas: & sic definit nunc Aristo. cruditatem (& iste posuit uerbum græcum, & habebat latinum: nam debet dicere cruditas, quæ est nomen clarum latinum) & hæc omotes seu cruditas cõtrariatur maturationi, quæ erat perfectio alimenti in fructibus: & sic dicit, quid sit cruditas, & dicit, quòd est incoctio alimenti in fructibus (oppositorum enim est opposita descriptio) maturatio enim est perfectio alimenti in fructibus: &, sicut in maturatione humidum patitur à calore, & passum fit constans & crassius, ita in coctione humidum non patitur à calore, & ideo non transmutatur, neque crassescit, neque constat, & ideo dicitur incoctũ & imperfectum. Est ergo fructus crudus, cuius alimentum non constat nec fit crassius, sed remanet aut aereum, ut erat, aut aqueum, aut utrunque, quia non acquirit terminum proprium ipsius coctionis, & tunc dicitur alimentum esse incoctum, quia humidum non constat, ut in fructibus maturis.

TEXTVS VIGESIMVS PRIMVS.

NVllum autem humidum ipsum secundum se maturatur sine sicco. Aqua enim non incrassatur, sola humidorum. accidit autem, aut eo quòd calidum sit paucum, aut quia quod terminatur humidum multum.

TVnc declarat istam definitionem Aristo. quia dixit, quòd maturatio est, quando humidum patitur à calore naturali, & transmutatur, & fit crassius & constans; & cruditas est, quando humidum non transmutatur à calore naturali nec constat; ideo nunc dicit Aristo. aduerte, quòd humidum est duplex, unum elementale, & est humidum aeris, aut aquę,

aliud humidum dicitur corporale,ut eſt humidum mixti : &,cum dixit,quòd coctio eſt paſſio humidi, dicit Ariſto. non loquimur de humido elementali, quia humidum elementale, ut humidum aquæ uel aeris, non poteſt decoqui neque incoqui (& alias in ſecundo de generatione citaui uobis hunc locum) & hoc probat Ariſto. quia, quod decoquitur, craſſeſcit à calido; ſed aqua non modo non craſſeſcit à calido, ſed euaneſcit ; non ergo decoquitur : uinum uero bene decoquitur, quia craſſeſcit à calido,ut mixtum,quia uinum eſt mixtum & humidum ; & ideo,cum calor agit in ipſum, craſſeſcit, & non euaporat propriũ humidum : & ideo dicimus, quòd uinum coquitur, & coctum eſt, & de aqua non poteſt dici, quia omne, quod decoquitur, debet à calido craſſeſcere . Et ex hoc loco, dicit Olympiodorus,ſequitur, quòd aqua & mixtum ſimplex poteſt nutrire, quia omne, quòd nutrit, digeritur ; et omne, quod digeritur, craſſeſcit à calido : ſed aqua non craſſeſcit à calido, neque aliquod ſimplex,ut dicit Ariſto. hæc ergo aqua non digeritur ; ſi non digeritur ; ergo aqua non poteſt nutrire, quia non craſſeſcit , ex quo dicit Ariſto.ſecundo de gener. et cor. quòd perfecti et periti agricolæ commiſcent aquam cum terra,ut terra fiat mixta irrigando Plantas, ut nutriantur et augeantur;et illa mixtione terræ cum aqua augentur, qua omne , quod nutritur,nutritur mixto , quia nihil aliud nutritur aliquo ſimplici . Sed uos dicetis,quid dicit Ariſto . nonne unum elementum tranſit in aliud elementum, ut aqua in ignem et terrã et huiuſmodi, quia ſunt inuicem tranſmutabilia ? ergo poteſt transferri in mixtum : nonne etiam tranſmutatur in mixtum in ipſa mixtione ? nonne etiam ipſa caro poteſt tranſmutari in aquam in ſe ipſam ? quia etiam contrariatur, quia caro calida et humida , et aqua frigida et humida ; ergo aqua poteſt tranſmutari in carnem ; ergo in mixtum : ergo aqua poteſt nutrire carnem, quia contrariatur carni, et econtra ; quia aqua ſua contrarietate poteſt ſuperari à calore,et conuetri in carnem ; quod etiã patet de aqua uino admixta, quia, cum aqua uino admiſcetur, uidemus, quòd conuertitur in uinum , ergo tum etiã uidetur falſum hoc, quod dicit,ſcilicet quòd aqua non poteſt craſſeſcere ; quia tranſit in terram,ergo craſſeſcit, quia,cum ex aqua fit terra , tunc craſſeſcit aqua : Tum etiam, quia aqua congelatur et conuertitur in glaciem, ergo craſſeſcit , ut experientia patet; quia glacies eſt quid craſſum reſpectu aquæ . Dico, ut dixi, quòd nullum ſimplex nutrit,ut uniens,quia hæc eſt ſẽtẽtia omnium philoſophorum et Galeni millies, quòd nullum ſimplex nutrit : et ideo , cum dicis , quòd ſimplex poteſt tranſire in mixtum, ut aqua in carnem,quia caro et aqua contrariãtur inuicem in qualitatibus ſuis, uerum eſt, quòd contrariantur, quia caro eſt calida et humida, aqua uero frigida et humida : ergo caro poteſt dominari aquæ,et ipſam corrumpere,et tranſmutare in ſui naturam : ergo aqua poteſt nutrire, quia poteſt tranſire in ſubſtantiã carnis , et ſic craſſeſcit; ergo digeritur,ergo poteſt nutrire . Dico, quòd aqua poteſt corrumpere carnem , et econtra:ſed, cum caro corrumpit aquam, non tranſmutat ipſam in carnem, ſed tranſmutat ipſam in uaporem et ſpiritum euaneſcentem ; et ideo non nutrit ipſam carnem,quia omnis nutritio fit per digeſtionem , et omne digeſtum craſſeſcit ; aqua autem,cũ corrumpitur à carne, non craſſeſcit , ſed euaporat , quia in ſpiritum conuertitur qui euaporat . De ſecundo, quia dicis de aqua infuſa in uino, quę conuertitur in uinum, dico, quòd nũquam uinum conuertit aquam in ſui ſubſtantiam, quantumcunque ſit admixta, quia, ſi poſſet tranſire in uinum, tunc poſſet nutrire , et ſic ſimplex poſſet tranſire in ſubſtantiam uiuentis, quod eſſe non poteſt, ut dicit Ariſto. quia, quod decoquitur , debet craſſeſcere ; et quia non craſſeſcit , ideo non decoquitur, ut poſſit tranſmutari in uinum . Sed dices, ſi aqua admixta uino non poteſt tranſire in uinum, quid fit de illa aqua admixta uino? Dico, quod, ſi aqua ſit in parua quantitate, quæ admiſcetur uino, conuertitur in uaporem , quia à calore ipſius uini poteſt reſolui et euaneſcere, quia ille calor agit in ipſam, et conuertitur in uaporem : ſi uero illa aqua ſit in multa quantitate, aqua per paruas eius partes admiſcetur uino; et ſic ipſa aqua remanet admixta uino, et non conuertitur in ſubſtantiam uini, quia, ſi nõ poteſt craſſeſcere, minime poteſt digeri : et ideo errant iſti Patres ſacerdotes, qui dicunt, quòd aqua in euchariſtia tranſmutatur in ſubſtantiam uini ; & ideo per aliquod tempus prius debet admiſceri aqua ipſi uino, ut miſceatur cum uino, ſed non ad hoc, ut aqua illa conuertatur in uinum, quia, quantũcunque apponatur per aliquod tempus aqua in uino , nunquam

conuertitur aqua in uinum: habet autem illa aqua, si fuerit in parua quantitate, conuerti in uaporem à calore uini; aut permanet admixta uino per paruas partes: & sic nunquam trāsmutatur in substantiam uini, quia aliter uinum nutriret ex aqua, quod est impossibile. De alio, cum dicis, quòd aqua crassescit, cum permutatur in terram, dico, quòd illa non est crassities, sed est congelatio & condensatio, quia differunt crassities & condensatio, quia condensatio conuenit tantum simplici, crassities autem est tantum passio mixti, quia sola mixta crassescunt, & non simplicia. De alio, quod dicis de glacie, ergo aqua crassescit, dico, dicit Aristo. quòd non crassescit, scilicet à calido; & nō dicit, quòd crassescit, sed dicit, quòd non crassescit, scilicet à calido, quia tunc illa crassities aquæ non fit à calido, sed fit à frigiditate & siccitate, quia fit ex admixtione terræ cum aqua, & ideo ex frigiditate & siccitate, & non ex frigiditate; & Aristo. loquitur de crassitie, quæ debet fieri à caliditate, & aqua à caliditate non crassescit, sed euaporatur, ergo. Et, quia secundo loco dixit Aristot. quòd omotes seu cruditas, est incoctio alimenti, dicit Aristo. quòd ista incoctio alimēti fit ex improportione calidi ad humidum: &, quoniam est ista proportio calidi cum humido, dicit, quòd est ista improportio, quando calor est nimis paruæ quantitatis; aut quando humiditas est nimis magnæ quantitatis, ita, quòd multum superat calidum innatum, quod calidū non potest humidum ipsum transmutare: & tunc, dicit Aristot. fit ista passio, quæ dicitur incoctio.

TEXTVS VIGESIMVS SECVNDVS.

QVapropter & tenues humores eorum, quæ cruda sunt, & frigidi magis, quam calidi, & inesibiles, et impotabiles. Dicitur autem & cruditas, sicut & maturatio multis modis. vnde & vrinæ, & egestiones, & destillationes crudæ dicuntur, propter eandem causam. eo enim quòd non uicta sunt a caliditate, neque consistunt, cruda omnia appellantur.

TEXTVS VIGESIMVS TERTIVS.

LOnge autem procedentibus, & fictile crudum, & lac crudum, & alia multa dicuntur, si, cum possint transmutari, & consistere à caliditate, non passa sint. Quapropter aqua elixata dicitur, cruda autem non, quia non incrassatur. Maturatio igitur, & cruditas dictum est quid, & propter quid utrunque ipsorum. Elixatio autem est secundum totum quidem concoctio à caliditate humida in existentis interminati in humido. Dicitur autem nomen proprie solum in his, quæ elixantur. Hoc autem utique erit, sicut dictum est, spumosum, aut aquosum.

VLtimo Aristo. in textu 22. & 23. dicit, quòd, sicut dixit, quòd maturatio est duplex, una proprie dicta, & hæc est tantum in fructibus Plantarū; & alia improprie dicta, & hæc est in superfluitatibus animalium & in alijs rebus, ita etiam bifariam dicitur cruditas, uno modo proprie, & hæc est solum in fructibus plantarum; alia est improprie & metaphorice, & hæc cruditas est in alijs rebus, tam animatis, quàm inanimatis: & ista cruditas metaphorica habet gradus, & latitudinem, quia quædam propinqua cruditati proprie dictæ appellantur cruda, ut superfluitates animalium: quædam uero remotius dicuntur cruda, ut lac, later, quæ metaphorice dicuntur cruda & magis remote: & quare hæc remotius dicūtur cruda & incocta? oh respondet Alexander reddens causam huius cum Aristotele, quòd ideo illa dicuntur cruda propinquius & cocta, quia ex calore naturali patiuntur, quia illa appellantur cocta aut cruda, quæ patiuntur à calido dominante: &, quia excrementa animalium patiuntur à caliditate intrinseca animalis, lac uero & later, quia non habēt coctionem aut cruditatem à caliditate innata, sed ab extrinseca, ut puta ab igne & non à calore naturali, ideo lac & later remote magis dicuntur cruda aut cocta, quàm ipsa excremēta, quia non patiuntur à calore naturali, sed à calore extrinseco: & ideo dicuntur magis improprie cocta aut cruda, quàm superfluitates animalium, & hoc ideo, quia cruditas est ex defectu caloris non naturalis, sed extranei: & ideo magis improprie istis inest cruditas aut coctio,

 quàm

quàm insit ipsis superfluitatibus animalium: & tantum uniuersaliter dicit Aristot. omnia, quorum humidum potest pati à calido, ita, quòd illud à calido innato possit crassescere, omnia talia appellantur cruda aut cocta; quæ uero non habent humidum naturale, pati à calido & crassescere non possunt, nec dici cocta, aut cruda, seu matura: exemplum dat Aristot. ut aqua, quæ non dicitur cocta aut cruda, quia eius humidum non est natum crassescere à calore naturali uel extrinseco: ideo aqua non potest dici cruda aut cocta aliquomodo, nec proprie, nec metaphorice, sed bene potest dici elixata, aut assata. Et tunc Aristo. epilogat dicens, quòd iam diximus, quid sit utrunque, scilicet quòd sit maturatio, aut cruditas; & propter quid sint, quoniam dedimus causas efficientē & finalem ipsarum. Et hic sunt difficultates arduę, quas tangā in sequentibus, quia etas non legā, quia habeo caput ualde inflāmatum. Lego uerba, Nullum autem humidum secundum se ipsum humidum patitur coctionem, quia non incrassatur, sicut aqua seorsum accepta. Accidit autem, scilicet hæc incoctio alimenti, quia illa particula debet ad illa referri: quapropter hic dicit Aristoteles, quòd ex hoc sequitur, quòd etiam ea, quæ sunt crudæ substantiæ, sunt frigidiora, quia non sunt passa à calore, & habent humidum, quia superfluum humidum non fuit resolutum à calore & decoctum; & ideo minime sunt apta esui: & ideo fructus crudi decoquuntur, & fiunt apti esui, ut, scilicet eorum humidum superfluum resoluatur: & hanc partem omisi legendo: cum possunt permisceri. hanc partem exponit Aristot. ibi, Propter quod & aqua.

Sunt quædam leues dubitationes super lectis. primo, quia Arist. dixit, quòd tunc fructus sunt perfecte maturi, quando semen in eis contentum potest sibi simile generare: ergo ex hoc dicto Aristo. sequitur, quòd una & eadem maturatio fructus & seminis, quia semen etiam tunc est perfecte maturum, cum potest sibi similem plantam generare; cuius tamē oppositum dicit Theophrastus in primo de causis Plantarum cap. 18. & etiam in secundo eiusdem cap. 10. ubi dicit, quòd in domesticis Plantis, ubi perfecta est maturatio fructus, semē est inualidum generationi, quia ex eo, quòd fructus est perfecte maturatus, nutrimētum, quod debet transire in semen, transit in substantiam fructus, & sic semen transit inualidū ad generandum sibi simile & plantæ ipsi: econtra uero est, cum fructus est immaturus, quia substantia eius transit ad semen, & ideo est aptum generare tale, quale est ipsum: econtra uero est, dicit Theophrastus, in syluestribus & rusticis Plantis, quia quandoque fructus eorum sunt maturi, & tamen semen eorum est aptum generare simile ipsi plantæ; & tunc eorū fructus sunt maturi, quia, licet humidior & nutrimentum distribuatur in semen & fructum, tamen plus nutrimenti transmittitur in semen, quàm in fructum. Secundo dicit Theophrastus in eodem loco cap. 8. in Plantis, quæ bis in anno ducunt fructus in quibus secūdus fructus maturescit, eius tamen semen imperfectum est generationi: ergo non maturescit, dicit Theophrastus; & ratio est, quia non recipit illud semen eum calorem à sole, qualem debet recipere, & ideo non recipit maturationem. Secundo dubitatur, quia dicit Aristo. quæcunque digeruntur, ex aerijs fiunt aquæ, & ex aqueis fiunt terreæ substantiæ, quia senescunt: sed hoc falsum est, quod dicit Aristo. in secundo de gene. anim. quòd semē animalium, quanto coctius est, tanto calidius est; &, quanto calidius, tanto spirituosius; ergo secundum Aristotelem, quo magis coctum, tanto spirituosius est: ergo ex terreo & aqueo fit spirituosius semen, cum magis coquitur; non autem ecōtra, quòd ex spirituoso & aqueo fiat terreum, ut dicit Aristo. Tum etiam argumentatur de oleo, quod, cum est digestū perfecte, habet multam copiam humidi aerei; aliter non ita facillime inflammaretur: ergo hic digestio est permutatio ex humido aqueo & terreo in spirituosum, non autem econtra, ut dicit Aristot.

Tertio dubitatur in exemplis Aristotelis, quia Aristo. dicit, quòd lac & later dicuntur cruda, & cocta, sed minus proprie, quàm superfluitates animalium, ut urina, abscessus, & alia excrementa; & reddit causam huius, & etiam Alexander, quia superfluitates animaliū dicuntur coctę à calore proprio animalis: lac uero & later, si dicuntur cocta aut cruda, non est ex defectu uel dominio caloris proprii & caloris naturalis, sed est caloris extrinseci, scilicet ignis; & ideo minus proprie dicuntur cocta uel cruda, quàm superfluitates animaliū; & sic dicit Aristo. Sed hic est dubitatio, quam tangit etiam Alexander, quia hoc non est ue

rum

rum de lacte, quia, quæ in animali sunt, regulãtur à calote innato animalis, sicut superfluitates animalium decoquuntur à calore proprio animalis; ira etiam lac, quia lac generatur in fœmina ipsa à calore innato & proprio: quid ergo dicit Aristo. quòd lac appellatur minus coctum, quàm superfluitates? Tum etiam dubitatur de latere, quia dicit, quòd later dicitur coctus aut crudus metaphorice, quia coquitur à calore ignis: sed hoc non uidetur uerum, quòd later possit dici crudus aut coctus, quia, si ipsa coctio inest lateri, ei inest ab igne; sed calor ignis est exustiuus, & non coctiuus: ergo non potest dici coctus: &, si ista dicitur coctio, potius dicitur assatio, quia est à calido & sicco; ergo non est coctio, quia est à calido & sicco; ergo est assatio; ergo incoctio, quia ei opposita est statheusis, non autem cruditas, quia cruditas opponitur maturationi, non autem assationi, quia astationi opponitur stateusis id est diminuta assatio: quid ergo dicit Aristo. quòd later diminute coctus in fornace dicitur crudus? Quarto dubitatur, quia dicit, quòd aqua non appellatur cocta aut incocta bene, aut appellatur assa uel elixa: est modo dubitatio, quia astum & elixum sunt passiones mixti, non autem simplicis elementi, ut supra dixit Aristo. ergo assatio uel elixario nõ cõuenit aquæ. Secundo dubitatur, quod, si qua coctio conuenit aquæ, ei inest & cõuenit à calore ignis; &, si est à calore ignis, potius debet dici assatio talis coctio, quàm elixario, quia elixata, dicuntur ratione humidi aquei circunstantis, cuiusmodi non est in aqua: quid ergo dicit Atisto. quòd, si aqua dicitur cocta, porius dicitur assa, quàm elixa? Tum etiam, quia implicat, quia dicit, quòd aliqua dicuntur cocta & non cruda, quod implicat, quia opposita debent fieri circa idem subiectum: si ergo est cocta, ergo cruda etiam potest dici, quia coctio & cruditas opponuntur, & opposita debent esse circa idem subiectum: ergo, cui inesse potest coctio, etiam potest inesse cruditas. Dico, quòd Aristo. innuit, quòd una & eadem sit maturatio seminis & fructus: sed, quòd sint simul maturatio seminis, & maturatio ipsius fructus, non tamen semper, sed sæpe, quia multoties concurrunt maturationes seminis & fructus, quia sæpe seminis & fructus simul fiunt matutationes; &, quando simul concurrunt, tunc cognoscimus maturationem fructus ex maturatione seminis, & hoc est, quando potest generare simile; non tamen semper concurrit maturatio fructus & seminis, sæpe tamen simul concurrunt & fiunt maturi simul: &, cum dicis, oh ergo simul fiunt, sed Theophrastus dicit, quòd, quando fructus est maturus, tunc semen est impotens generationi; dico, quòd tunc etiam semen maturescit simul cum fructu, sed nõ æque perfecte, quia multæ partes nutrimenti transeunt in fructum, non autem in semen; attamen etiã aliqua pars transit in semen, sed non ita magna; & ideo est impotens generationi similis plantæ: & sic dico, quòd semen etiam tunc est maturum simul cum fructu in domesticis plantis; licet non sit æque maturum.

De alio de plantis syluestribus, in quibus est econtra, dicit Theophrastus, dico, quòd in his etiam eadem modo simul est matutatio fructus & seminis, sed perfectior est maturatio ipsius seminis, quàm maturatio fructus in illis; & ratio, quia maior pars humidi & nutrimenti trãsmittitur in ipsum semen, pauca uero pars in fructum; tamen etiam fructus tunc simul cum semine maturus est, licet non æque perfecte; & causam huius assignat Theophrastus in primo de cau. Plan. à cap. 18. usque ad finem libri, & in secundo eiusdem cap. 10. De secundo principali, quia non uidetur uerum, quòd, quæ digeruntur, ex spirituosis fiant aquea, quia ex secundo de Gene. Anim. sperma, quo coctius, tanto spirituosius fit; ergo non est uerum, quòd, quæ digeruntur, transeant semper à spirituosis ad aquea & terrestria; dico, quòd semen bifariam considerari potest, uno modo, quo ad sui formam; alio modo, quo ad sui materiam: si consideretur semen, quo ad sui formam, sic semen est spiritus & calor innatus, qui deciditur à cetebro & ab omnibus alijs membris corporis; & illa est uirtus gignitiua, quæ est in semine: & cum perditur ille calor & spiritus, amittitur uirtus gignitiua seminis: alia est pars seminis, quæ est materia, quæ remanet resoluto illo calore; & sic illa pars est illud humidum, quòd remanet aqueum, postquam ille spiritus & ille calor euanuit: si ergo loquamur de semine, quo ad sui materiam & de eius coctione, sic dico, quòd trãsit semen à spirituoso humido ad aqueum, & ab aqueo ad terreum, ut patet, & sic Aristoteles loquitur hic, quia loquitur de coctione, quo ad materiam, & ex parte materiæ; &

sic uerum dicit, quòd ex aereo transit ad aqueum, & demum ad terreum: si uero loquitur de semine ex parte formæ, scilicet ex parte illius caloris & illius spiritus, quæ est pars formalis seminis, sic dico, quòd, quo coctius, eo spirituosius & calidius; & sic non loquitur Aristoteles hic, quia loquitur de parte materiali; quia digestio non conuenit spiritui, sed conuenit parti materiali, quæ ultimo crassescit. De alio de oleo, quia oleum à prædominio, cum magis fit digestum, magis fit aereum & non econtra, quia aliter non ita cito inflammaretur, dico, quòd debemus sane exponere uerba Aristotelis, cum dicit, quæ digeruntur, trãseunt ab aerea substantia ad aqueam, & demum ad terream. quia intelligit, quòd in ijs, quę digeruntur, cum prius essent humidæ, idest tenuioris & subtilioris humiditatis & substantiæ, postea per coctionem facta est humiditas illa crassior & crassioris substantiæ; quia resolutæ sunt partes tenuiores ex coctione ipsa: & sic intelligit de eis, quæ digeruntur, quorum humidum à principio erat tenue & aereum, & postea factum est crassius per coctionẽ, quia resolutæ sunt eius patres tenuiores humidi: & sic non intelligit Aristo. de humido, in quo dominatur aer, sed intelligit de humido aereo id est tenui & subtili; non antem intelligit de ijs, quæ sunt à prædominio aerea, sed de eis, quorum humidum erat tenue, & post coctionem factum est crassius. De tetrio, de exẽplo Aristotelis & Alexandri de lacte & de latere, in quo dicit Aristoteles, quòd lac & lateres minus proprie & magis metaphorice dicuntur cocta aut cruda, quàm superfluitates, dico. quòd lac bifariam considerari potest, uno modo, ut est in animali; &, si sic consideretur, sic habet coctionem aut cruditatem de calore naturali animalis; & hoc modo non consideratur ab Aristotele hic, scilicet ut est pars ipsius animalis: alio modo considetatur lac, ut seorsum est & seiunctum ab ipso animali; & sic dicitur coctum aut crudum, quatenus multa eius humiditas est resoluta à calore ignis extrinseco; crudum uero & incoctum dicitur, & quatenus parum eius humidum est resolutũ à calore ignis: & hoc modo loquitur Aristoteles de lacte, non ut inest animali, quia lac, ut est in animali, appellatur coctum aut incoctum, ut superfluitas animalis, & non magis metaphorice. De alio, de latere & ... eius, quia later, si dicitur coctus non dicitur elixus, sed potius dicitur assatus, quia fit à calore extrinseco ignis, qui est calidus & siccus; &, quæ coquuntur à calido & sicco, dicuntur assati potius, quàm elixari; dico, quòd reuera ita est secundum rei ueritatem, quòd coctio lateris potius debet dici assatio, quàm elixatio seu maturatio; & eius cruditas ideo debet dici diminuta assatio magis, quàm cruditas: oh quid ergo dicit Aristo. dico, quòd Aristoteles loquitur secundum communem modum loquendi uulgarium; &, quia uulgares appellant laterem aut coctum aut crudum, ita etiam Aristo. loquitur: sed reuera illa non est cruditas aut coctio, sed est assatio aut statheusis, id est diminuta assatio: & sic Aristoteles loquitur hic ex communi modo loquendi uulgarium, ut plurimum fecit Aristo. quia loquendum est, ut plures: sentiendum ut pauci: & sic dico, quòd debet dici assatio potius & inassatio, quàm coctio: & sic improprie & metaphorice conuenit cruditas lateri. De quarto, de aqua, quæ non potest dici cocta aut cruda, quia hæ sunt passiones mixti; uerum est, quòd aqua non potest dici cocta uel cruda: oh quid ergo dicit Aristo. dico, quòd Aristot. loquitur secundum communem modum loquendi, non quod ita sit reueta, quia coctio & incoctio sunt passiones mixti, quia, quod coquitur crassescit à calido per resolutionem humidi, quod euanescit; sed aqua non crassescit à calido; ergo aqua non coquitur: & sic loquitur Aristo. secundum uulgares, & secundum metaphoram, cum dicit quòd aqua coquitur. De alio, cum dicebas, esto, quòd Aristo. utatur sermone metaphorico, cur dicit, quòd aqua dicitur elixa uel inelixa, cum ista passio in aqua potius debeat dici assatio uel inassatio aquæ, quia hæc passio est à calido & sicco, quia ab igne coquitur; ergo potius dicitur assata uel inassata. quàm elixata uel inelixata, dico, quòd re uera ita est, quòd hæc passio in aqua potius debet dici assatio. quid ergo dicit Aristoteles, dico, quòd Aristo. ita dixit ex communi usu loquendi uulgarium, & propter similitudinem quandam, quam habet aqua passa ab igne cum illis rebus, quæ elixantur, quia, quæ elixantur, remanent humida in exterioribus; & ita etiam aqua ipsa, passa à calore ignis remanet etiam humida: & ideo propter istam similitudinem potius dicitur elixa, reuera tamen potius est assata, quia passa est à calido & sicco, non autem à calido & humido, ut patiuntur,

quæ

quæ elixantur; tamẽ, quia aqua, quæ coquitur ab igne, habet suam humiditatem, nt habent elixa in extremitatibus suis, ideo dicit Aristo. quòd dicitur elixa, & non assa. Hepsesis autem est. Postquam Aristo. declarauit nobis duas primas species, scilicet maturationem & cruditatem, quę sunt duæ primæ species coctionis; nunc secundo loco declarat, quid nam sit hepsesis, & quid inquinatio, quæ est species ei opposita, idest quid nam sit elixatio, & diminuta elixatio, quæ dicitur molynsis seu inquinatio seu fœdatio: & primo dicit. Vniuersaliter quidem dicamus tantum totum, idest uniuersaliter quidem dicamus, quòd elixatio est coctio nutrimenti, humidi inexistentis, à calido intrinseco. Et primo dicit in totum dicamus. Et Alber. ponderat hanc particulam, secundum totum, & dat multas expositiones quarum quælibet iudicio meo est falsa: & primo dicit, quòd ideo Aristo. dixit, secundum totum, quia omnia mixta sunt elixabilia; quod tamen falsum est, quia huius oppositum dicit Aristoteles infra statim, ubi dicit, quòd non omnia mixta elixabilia sunt. Secundo exponit dicẽs, quòd dixit, secundum totum, id est secundum omnes sui partes, quia, quæ elixantur, secundum totum quidem patiuntur ab aqua: sed hæc expositio etiã non potest stare, quia hoc etiam conuenit assationi, quia, quæ assantur, patiuntur secundum totum à calore ignis: quare ergo Aristoteles magis hoc exprimit in elixatione, quàm in assatione? Et ideo aliter exponunt Alexander ac Olympiodorus, qui dicunt, quòd Aristo. dicit, secundum totum, id est uniuersaliter per omnes modos elixationis discurrendo dicamus, quòd elixatio est coctio inter innati humidi à calido: & sic per omnes modos elixationis discurrendo, ei conuenit semper definitio elixationis: uel dicit secundum totum, id est secundũ definitionem, quia secundo Post. prædicatum, quod inest alicui de primo, inest ei secundũ quod ipsum & uniuersaliter: & ita exponit, in totum, idest uniuersaliter, idest definitiue, quia illud prædicatum inest subiecto primo, & sic uniuersaliter, quia uniuersaliter conuenit prædicatum subiecto; & coctio ponitur loco generis: & in hac definitione complectũtur tria genera causarum; & primo dicit, quòd elixatio est coctio, & ista est causa formalis; & dicit interminati humidi, quia ista est causa materialis; cuius enim est coctio? dicit humidi interminati; sed cuius humidi interminati? respondet Alexander interminati, id est non constantis, sed fluentis, quia, cum coquitur, pars superflua humidi euanescit; & reliqua, quæ remanet, constat, habet etiam causam efficientem, à quo, scilicet fit ista coctio, & dicit à calore, quia calor duplex est: unus cõiunctus cum humido, qui intrinsecus est: alius, qui est coniunctus cum sicco, qui extrinsecus est. elixatio, autem debet fieri à calido cũ humido; econtra autem assatio, quia à calido & sicco; & ideo posuit istam particulã à calido humido, ad differentiam assationis, quæ fit à calido sicco: & dicit inexistentis, id est rei elixabili, quia cuilibet rei elixabili inexistit humidum interminatum secundum partem tenuiorem, sicut caro, cum elixatur in aqua calida: & quomodo elixatur? quia humidũ eius interminatum secundum partem tenuiorem partitur, & resoluitur à calore humido aquæ, & effluit, & reliquum fit constantius. Et tunc Aristo. declarat istam definitionem (& bene aduertatis, quia uerba Aristotelis habent difficultatem) & primo, ex quo dixit, quòd elixatio est coctio, dicit, quòd elixatio bifariam consideratur, uno modo proprie, alio modo metaphorice: hic nos definiemus, dicit Aristoteles, elixationem proprie dictam, quia elixabilia dicuntur ea, quæ habent humidum intetminatum, terminabile tamen à calore humido; quòd si non ita sit, non est elixabile: alia est improprie dicta, & de ista elixatione non loquitur Aristot. hic.

TEXTVS VIGESIMVSQVARTVS.

Concoctio autem fit ab eo, qui in humido, igne. Quæ enim in sartaginibus, assantur. ab extrinseco enim calido patiuntur. in quo autem est humido, facit illud magis siccum, in seipsum reassumens. Quo autem elixatur contrarium facit. excernitur enim ex ipso humidum a caliditate, quæ est in extrinseco humido. Quapropter elixata sicciora sunt, quam assa. non enim attrahunt in seipsa humidum, quæ elixantur. dominatur enim extrinseca caliditas ei, quæ intus est. Si autem uinceret quæ intus, traheret utique in seipsam.

Secundo

SEcundo loco remouet Aristo. aliam dubitationem, quia tu dicis, quòd hæc definitio nõ est recta, quia competit alteri definito, quia conuenit frixioni etiam, & tamen frixio & elixatio specie differunt, ergo definitio mala: quòd autem conueniat frixioni, ostẽdo, quia frixio est coctio interminati inexistentis, verbi gratia in carne à calore olei uel alterius pinguedinis circunfusæ carni positæ in sartagine à calore ignis; & hæc definitio est elixationis; ergo etiam alteri definito conuenit; respondet Aristo. quòd definitio ista elixationis non couenit frixioni; & cum probas, quia frixio est coctio humidi interminati à calido humido, quia ab oleo agente in humidum carnis, nego, dicit Aristo. quòd fit à calido humidó: &, cum probas, quòd est à calore olei circunfusi in sartagine, nego, dicit Aristo. quia nõ est ab oleo illa frixio, sed est à calore impresso sartagini, non autem est à caliditate olei & ab ipso oleo; cuius signum est, dicit Aristo. quia magis patitur oleum circunfusum carni in sartagine à carne, quàm caro patiatur ab ipso oleo; ergo ista frixio non est à caliditate olei: quòd autem oleum magis patiatur à carne, quàm caro ab eo, probat Aristot. quia carnes, quæ friguntur in sartagine, plus olei attrahunt & assumunt in se ipsas, quàm oleum attrahat humidum ab eis: ergo magis patitur oleum à carne, quàm econtra: ergo frixio hęc nõ fit à caliditate olei, sed à caliditate ignis impressa sartagini, qui calor agit in carnem, & sic humidum carnis euanescit per poros; ne autem detur uacuum, caro attrahit intra porositates suas oleum circunstans; & ideo dicit Arist. quòd frixio magis assimilatur assationi, quã elixationi: econtra uero est in elixatione, quia elixa magis patiuntur à calore extrinseco, quàm quod calor ille patiatur à re elixata, cuius tamen oppositum est in frixione, ut diximus: & quare hoc? quia aqua calida & humida ita se habet, quòd superat calorem carnis, & superando ipsum, penetrat intra carnem, & penetrando dissoluit ipsam carnem; cuius signum est, dicit Olympiodorus, quia uidemus in elixatione, quòd maxima copia pinguedinis supernatat ipsi iuri, & causa est, quia maior copia humidi extrahitur in elixatione, quàm in frixione, immo in frixione est econtra: ergo definitio elixationis non conuenit frixioni; ergo frixio est elixatio. unde ex hoc sequitur, dcit Aristo. ex quo dicimus, quòd in elixatione calor humidus trahit ad se humidum elixatorum, ex hoc, dicit, sequitur, quòd corpora elixa sunt sicciora corporibus assatis, quo ad interiorem humiditatem & quo ad partes eius interiores, quia in elixis calor exterior attrahit ad se humiditatem interiorem, & sic inde resoluta est illa humiditas interior: in assatis uero est econtra, quia calor exterior inducit in ipsis crustam, quæ crusta non permittitur humidum, quod est in partibus interioribus, reuocari ad partes exteriores, & sic non potest exhalare humidum interius, & sic humidior est caro assata humiditate interiori, quàm elixata; sed quo ad partes exteriores, sic siccior est: & ideo medici prudentes, cum quærunt restringere ægros, dant eis carnem assatam, quia humidior est humiditate intrinseca; cum uero uolunt restaurare, exhibent carnem elixatam: & ideo dicit Aristo. cum dicebas, quòd ista definitio elixationis conuenit etiam frixioni, dicit, quòd falsum est; & ista est euasio dubitationis.

TEXTVS VIGESIMVSQVINTVS.

EST autem non omne corpus elixabile. neque enim in quo nullum est humidum, uelut in lapidibus, neque in quibus inest quidem, sed non potest unci ob spissitudinem, ut in lignis: sed, quaecunque corporum habent humiditatem passibilem ab ea, quæ est in humido, ignitione.

TVnc hoc Meteororum 25. dicit, quòd non omne corpus etiam mixtum est elixabile, quia, si corpus mixtum caret intrinseco humido, non est elixabile, ut sunt saxa, & alia careotia humido interiore, quia elixatio est coctio humidi intrinseci: si autem caret humido interminato, non est elixabile, ut lapis; aut, si habet illud humidũ interminatũ, sic, quod illud humidum sit extrahibile exterius, illud tale humidum non dicitur elixabile, ut sunt multa ligna, quæ non possunt elixari, quia eius humidũ non potest attrahi exterius; & causa huius est, quia ista ligna ex sui densitate habent angustos poros, & ex angustia pororum non potest aqua ingredi ad interiora ligni, & sic non potest illud humidum extrahi ad exterius;

rius;& ideo non possunt elixari, quia non potest exttahi humidum interminatum ad exterius, quod est secunda conditio, quia cotpus elixabile debet habete duas conditiones; prima est, quòd habeat humidum inrerminatum; secunda, quòd illud humidum sit euocabile ad exrerius, quia non semper in omni mixto humidum potest euocati; & ideo non omne corpus mixtum est elixabile.

TEXTVS VIGESIMVS SEXTVS.

Dicitur autem & aurum elixari & lignum, & alia multa, secundum formam quidem eandem, sed translatione. non enim paria posita sunt nomina differentijs.

QVarto, quia dixit Aristo. quòd ligna multa non sunt elixabilia, dicit nunc. Ligna autem & aurum & alia id genus, ut alia metalla, sunt elixabilia; sed similitudine quadam, & improprie: ligna autem, quia calot ignis agit in ipsa. Et aduettatis, quòd non intelligit, quòd ista elixatio fit, quando ponuntur ligna in aquam, in quam agit ignis, sed intelligatis pet elixationem, quando agit ignis in ligna, quia tunc à calido extrinseco fit cotruptio interminati humidi. oh dices, ista potins dicitur assatio. de hoc dicam infra. aurum etiam improptie elixatut; & exponit Alexandet, quòd aurum est duplex, quoddam purũ, & quoddam impurum: si sumatut aurum purum, bene potest aurum purum liquefieri: sed hæc non p. . est dici elixatio, nec proptie nec imptoprie est elixatio, quia non dissoluitut aliqua pats eius humida à sicco eius, nec euanescit, quia impossibile est, quòd sepatetur humidum aqueum auri ab eius sicco, quia est perfectissime commixtum & compactum humidum cum sicco in eo, & non potest dici elixatio: & ideo non intelligatis, quòd aurum etiam ponatut in aqua, cum elixatur, sed ponitur in uase ad ignem sine aqua. Si autem sumatur aurum impurum, ut cum est mixtum cum atgento, sic potest dici, quòd elixatur; sed imptoptie, quia, si cum auro permisceatur argentum, dicit Alexandet, aut aliquid aliud, à calote ignis superatur & euanescit ab auto corpus illud humidum secum commixtum, cũ liquescit aurum, & ex euanescentia illius corporis admixti ista potest dici elixatio, sed improprie, quia euanescit illa pats humida; non dico pars humida auri, sed euanescit & separatur illud corpus exttinsecum secum commixtum. Et ex hoc habetis, quòd decoctione ipsius ignis non potest aliqua humiditas ab auto dissolui, & ideo non potest elixari: & ideo nihil faciunt medici, cum imponunt autum in compositionibus & electuariis, & exhibent ægrotis: quid etgo faciunt? dico, domini, quòd illæ sunt deceptiones medicorum, quia nihil potest sepatati ab auro, nisi sordities, &, si non potest humidum separari à calore ignis, quomodo potest sepatati à calote aquæ? & ideo sunt deceptiones uulgatium, quia humidũ auri non potest sepatati ab auro puro, quia non separatur nisi sordities: &, cum dicunt, oh uidemus, quòd aurum fit minotis pondetis post ebullitionem, quàm ptius erat, dico, quòd hoc ideo est, quia multa sordities separata est ab ipso per illam ebullitionem, sed de ipso auro nihil penitus est separatum: & supra etiam diximus hoc, quòd aurum est perfectissimæ mixtionis inter metalla, neque potest sepatari eius humidum à sicco; & ideo non patitur rubiginem, quia eius humidum non potest ad exteriotes partes exhalare, quia ualde tenax est in eo mixtio sicci cum humido.

TEXTVS DECIMVS SEPTIMVS.

ET humida quoque elixari dicimus, uelut lac, & mustum, cum qui in humido sapor in formam aliquam transmutetur ab eo, qui in circuitu, & extrinseco igne calefaciente. quare modo quodam simile dictæ elixationi facit. Finis autem non idem omnibus, neque his, quæ elixantur, neque his, quæ concoquuntur: sed his quidem ad esum, his autem ad sorbitionem, illis uero ad alium usum. quoniam & medicamenta elixare dicimus. Quare quæcunque crassiora possunt fieri, aut minora & grauiora, aut hæc quidem ipsorum talia, hæc autem contraria, propterea quòd disgregata hæc quidem incrassantur, illa autem attenuantur, sicut lac in serum, & coagulum, omnia elixabilia sunt. Oleum autem non elixatur ipsum secundum seipsum, quia horũ nul-

lum

lum patitur. Secundum elixationem igitur dicta concoctio, hoc est. & nihil differt, in instrumentis artificialibus, aut naturalibus si fiat: propter eandem enim causam omnia erunt. Inquinatio autem inconcoctio quidem, contraria autem elixationi. Erit autem contraria primæ dicta, inconcoctio eius, quod in corpore, inquinati, propter defectum caliditatis, quæ in humido, quod circum. Defectus autem cum frigiditate quod sit dictum est. fit autem propter motum alium. expellitur enim concoquens. Et defectus autem aut propter multitudinem frigiditatis in humido, aut propter multitudinem, quæ in eo, quòd elixatur. tunc enim accidit eā, quæ in humido, caliditatem ampliorem quidem esse, quàm ut non moueat, minorem autem, quàm ut æquet, & simul concoquat. Quapropter, duriora quidem inquinata fiunt, elixatis. humida autem distermunata sunt magis. Elixatio igitur, & inquinatio, dictum est & quid est, & propter quid est. Assatio autem est concoctio à caliditate sicca, & aliena. Propter hoc, & siquis elixans faciat transmutari, & concoqui non ab humidi caliditate, sed ab ea, quæ ignis, cùm completum fuerit, assum fit, & non elixatum: & excessu adultum esse dicitur. A sicca autem caliditate fit, cum siccius fit, completum. quapropter & exteriora sicciora interioribus: elixata autem contrarium. Et opus est in manufactis magis assasse, quàm elixasse. difficile enim exteriora, & interiora æqualiter calefacere. semper enim propinquiora igni exsiccantur citius: quare & magis. coeuntibus igitur exterioribus meatibus, non potest excerni intùs existens humidum, sed includitur, cum meatus clausi fuerint. Assatio igitur, & elixatio fiunt quidem arte; sunt autem, sicut dicimus, species uniuersaliter eædem, & natura. similes enim quæ fiunt passiones, sed innominatæ. imitatur enim ars naturam. quoniam & alimenti in corpore concoctio similis elixationi est. etenim in humido, & calido à caliditate corporis fit. Et inconcoctiones quædā similes inquinationi. Et animal non fit in ipsa concoctione, sicut quidā aiunt, sed in excretione, quæ putresit in inferiori aluo, deinde ascendit sursum. concoquitur enim in superiori uentre, putrescit autem in inferiori exeretum. propter quam autem causam dictum est in alijs. Inquinatio igitur elixationi contrarium. Ei autem, quæ ut assationi dictæ concoctioni, est quidem aliquid oppositum similiter, minus autem nominatum. Erit autem utique, si fiat tostio; sed non æssatio propter defectum caliditatis. quæ accidet utique aut propter paucitatem exterioris ignis, aut propter multitudinem aquæ, quæ in eo est, quod assatur. tunc enim amplior quidem est, quam ut non moueat, minor autem, quam ut concoquat. Quid igitur est concoctio, et inconcoctio, & maturatio, & cruditas, & elixatio, & assatio, & contraria his dictum est.

ET, quia dicit Aristo. de auro & de ligno, quòd improprie elixantur, dicit nunc Dicamus modo de humidis, ut de musto & de lacte. Et dicit, quòd mustum & lac etiam elixantur, sed improprie: & non intelligatis, quòd lac & mustum ponantur in aqua, & sic elixentur: sed intelligatis, quòd lac & mustū ponatur sine aqua in aliquo uase terreo aut ęneo, & prope ignem: & quomodo per metaphoram ista dicuntur elixari? oh dico, quòd dicit improprie elixari. primo quia, cum lac ab igne decoquitur, separatur pars serosa à lacte, & ideo ista decoctio dicitur elixatio improprie & metaphorice: & sic etiam in musto; quia à musto separatur humidum superfluum remanente parte crassiore; & ideo dicitur elixatio, quia est resolutio humidi superflui à calido: & ideo improprie & metaphorice dicuntur elixabilia, quia scilicet separatur pars humida ab igne, remanente humido crassiore: & sic istę dicuntur elixationes quædam, pro quanto fit in eis resolutio humidi interminati: est autem impropria elixatio, quia propria elixatio est resolutio humidi terminati à calido humido, & istæ non fiunt à calido humido, sed à calido sicco: licet habeant mustum & lac humiditatem intrinsecam, nō tamen sequitur, quòd fit illa elixatio à calido humido extrinseco, quia istæ fiunt à calido sicco ipsius ignis: & ideo est metaphorica elixatio, quia non est à calido humido; est tamen elixatio, quia est resolutio humidi interminati. Et ista sunt, quæ dicit Aristo. in textu. Lego uerba. Secundum totum, idest uniuersaliter. Elixatio autem, scilicet fit à calido coniuncto cum humido. Quæ enim assantur in frixuris. hic remouet dubitationem. In quo autem humido, scilicet corpore, in quo est caro, patitur illud tale corpus à carne, quanquam caro ipsa patiatur ab ipso, & ideo frixio non est elixatio. Et hæc pro hac lectione sufficiant.

Finis autem non idem. Declarabat Aristo. descriptionem elixationis, quia dixit, quòd erat coctio interminati humidi . . à calido humido: in qua definitione descripsit nobis & expressit tres causas, formalem scilicet, materialem, & efficientem, & tacuit finalē; ideo hoc loco exprimit causam finalem elixationis, dicens, quòd elixationis & coctionis non

unus

unus & idem est finis, sed uarij secundum uarias eius species, quia quædam elixabilia per elixationem fiunt utilia ad esum; quædam autem per elixationem fiunt utilia ad potū; quædam autem fiunt utilia ad alium usum, & dicit Alexāder, ut pharmaca & medicamēta, quia etiam medicamenta elixantur. Et dicimus, quòd medicamentum elixatur, non quia ponatur in aqua, sed quia ponitur in uase æneo, uel terreo, uel uitreo prope ignē, & actione ignis humidum superfluum eo, quod crassius est, permanente euanescit, & ista dicitur elixatio; & sic etiam dicimus de auro & ligno, quæ elixātur, non quia ponantur in aqua, sed quia ponuntur in aliquo uase ad ignem: & etiam multa ligna elixantur, quia ipsis lignis appositis igni, pars eorum humida resoluitur in fumum & euaporatur, & hoc modo elixantur. quædam uero mixta non elixantur, ut quæ non habent humidum aqueum; & ideo dicit Olympiodorus, quòd ista mixta dicuntur sine humido & sine fumo, ut lapides & aliqua ligna (& non intelligatis, quòd apponantur in aqua, sed in igne:) &, quæ non elixantur, aut non habent humidum, aut, si habent, est ualde paucum; & illa ligna adeo densa sunt, quòd non potest illud humidum extrahi, quia ex angustia pororum etiam coctione ignis non potest illud humidum euapotare, & ideo non effumant; &, quæ effumant, dicuntur elixari, metaphorice tamen, quia dicuntur elixari, pro quanto humidum conuertitur in fumū, & sic potest exterius exire, & sic metaphorica est ista elixatio, & non propria, quia est in humido, non extrinseco. Dicit igitur Alexander, quòd quędam pharmaca elixantur, nō quia ponantur in áqua, sed quia apponuntur igni in uase, & actione ignis pars humida ipsorum resoluitur & euanescit remanente parte crassiori & constantiori, & ideo elixantur; tamen ista elixatio est impropria, quia est à calido sicco, & elixatio propria debet esse à calido humido: & ideo dicit Aristo. quòd finis elixationis uarius est, & accipit elixationem omnē, proprie & improprie dictam. Et Aristo. ponit uerba obscura, Finis autem non omnibus idē elixationis & coctionis: & Auert. pondetat, cum Aristo. addit, elixationis & digestionis, dicens, quòd non uidetur idē finis elixationis & digestionis: & dicit Alexander, quòd ideo dicit, elixationis & digestionis, quia elixatio est species digestionis, & digestio est genus elixationis; & ideo addit, digestionis: uel ideo addit, elixationis & digestionis, quia tres sunt species digestionis, &, cum triplex sit digestio, scilicet maturatio, elixatio, & assatio, ideo Aristo. ut declaret, quòd non tantum uariatur finis in elixatione, sed etiam in maturatione & assatione, ideo dicit, & digestionis, quia in qualibet specie digestionis sunt plures & uarij fines & maturationis & assationis.

Quare, quæcunque crassiora. Nullus latinorum intellexit hunc textū nec aliquod uerbum eius, à Græcis uero bifariam exponitur: Alexander exponit uno modo, & Olympiodorus alio modo: sensus tamen uerborum Aristotelis est iste secundum Alexandrū, quòd Aristo. intendit declarare, quæ nam corpora sint elixabilia, & quæ non sint elixabilia: & in hoc etiam Olympiodorus conuenit cum Alexandro dicente, quòd Aristo. quasi per modū epilogi uult hoc declarare: & dicit Alexander, quòd hic capitur elixatio in communi tam ad proprie, quàm improprie & metaphorice elixationem, & sic indifferenter ad omnes elixationes. Dicit ergo Alexander, quòd corpora elixabilia sunt triplicia; quædam, quæ à calido secundum sui totum crassescunt, quia omne corpus, quòd calido crassescit, est elixabile: & quare? quia non elixatur; nisi humidum interminatum resoluatur secundum tenuiorem sui partem à calore ignis, remanente crassiore parte; & ideo, cum crassescit illud corpus dicitur elixatum. Secundo dicit, quòd non mixta, quæ à calore crassescunt, sed quæ minora fiunt & grauiora, dicuntur elixabilia; & in aliquibus textibus legitur, aut grauiora, cū nota, aut, disiunctiua, uidelicet minora aut grauiora; sed debet legi copulatiue, scilicet minora & grauiora: fiunt minora, quia calor ignis resoluit humidum tenuius, quod erat in ipso, & remanet humidum crassius, & ideo fiunt minora, & fiunt grauiora: & addit istam particulam, quòd fiunt grauiora propter oleum, quia oleum actione ignis fit minoris quantitatis, sed tamen non fit grauius; ideo oleum non potest dici elixari secūdum totum, quia, licet oleum actionē ignis minoretur, non tamen fit grauius: & ideo legitur copulatiue, quod ea corpora dicuntur elixabilia secundo modo, quæ fiunt minora & grauiora actione ignis; & hoc dicit propter oleum. Tertio modo dicuntur elixabilia, quæ uario modo se ha-

bent

bent ſecundum ſui partes, id eſt quæ ſecundum diuerſas ſui partes diuerſimode diſponuntur; ſecundum unam enim partem craſſeſcunt, & ſecundum aliam attenuantur; ut cum ſecundum partem tenuem attenuantur, & ſecundum aliam partem craſſeſcunt, ut lac, quod ſecundum partem attenuatur, ſcilicet ſecundum aquam & ſerum, & ſecundum aliquã partem craſſeſcit, puta ſecundum coagulum, id eſt ſecundum id, quod craſſeſcit, quia lac ſecũdum coagulum remanet, & condenſatur, & craſſeſcit actione ignis: & dicit ſecundum coagulum, quia lac coagulo craſſeſcit: ideo lac dicitur elixari, quia ſecundum unam partem attenuatur, & ſecundum aliam craſſeſcit. Et ſic in triplici differentia ſunt, quæ craſſeſcunt & elixantur, ſecundum quod tribus modis dicuntur elixari, quæ elixantur: quæ uero aliquo iſtorum modorum non poſſunt permutari, non ſunt elixabilia, nec poſſunt elixari. Et notate; quòd lac impropriè elixatur, quia à calido ſicco alteratur & coquitur: ſed dicitur elixari, quia ſecundum unam partem conuertitur in craſſam ſubſtantiam, & ſecundum aliam attenuatur, ita, quod ſecundum ſuperiorem partem attenuatur, & ſecundum aliam craſſeſcit; & ideo dicitur elixatio, ſed impropriè, quia à calore ſicco: & ideo Ariſto. hac late utitur elixatione, quia propriè elixatio dicitur à calore humido fieri: & intelligatis, quòd lac elixatur, quia imponitur igni in uaſe aliquo, non autem quòd ponatur in aqua. Olympiodorus autem aliter exponit, & dicit, quòd renera eſt, ut dicit Alexander, quòd Ariſtot. intendit declarare & explanare, quæ nam corpora ſint elixabilia, & dat conditiones generales, dicens, quòd omnia elixabilia generaliter fiunt minoris quantitatis: ſed hoc eſt trifariam, dicit Olympiodorus, quia quædam cum hoc, quòd fiunt minora, fiunt etiam craſſiora & leuiora, quia cum hoc, quòd fiunt minora in quantitate & craſſiora, etiam fiunt leuioris ſubſtantiæ: exemplum dicit Olympiodorus, ut carnes elixatæ, quæ cum hoc, quòd minoris quantitatis fiunt, fiunt & craſſioris ſubſtantiæ & etiam leuioris ſubſtantiæ, quia leuigantur: & ideo dicit Olympiodorus, quòd carnes coctæ ſunt maioris precij quo ad pondus, quia ſunt minoris ponderis. Secundo quædam ſunt, quæ cum hoc, quòd fiunt minoris quantitatis, fiunt etiam craſſiora, ſed non leuiora, ſed grauiora, ut dicit Olympiodorus, ut eſt æs exuſtum, quod cum elixatur fit minoris quantitatis, & fit craſſius, & cum hoc fit grauius, quia, cum æs ponitur in igne in uaſe, liquefit actione ignis, & comburitur & incineratur, & pars ſubtilior euaneſcit; &, quod reſtat, fit grauius & craſſius: & quare grauius? quia multa pars eius humidi aerei euaneſcit & reſoluitur actione ignis, & remanet tantum pars terrea, quia in ære dominatur multa pars aerea, cuius ſignum eſt, quia æs uehementer ſonat: & iſta pars aerea actione ignis reſoluitur & euaneſcit: &, quia multa pars eius aerea, quæ leuis eſt, reſoluitur, ratione cuius æs erat leuius, ideo ex iſta euaneſcentia æs fit grauius; & ideo, quod remanet, grauius factum eſt: & hic eſt ſecundus modus elixationis corporis elixabilis. Tertium ſignum eorum, quæ elixantur, eſt quando ſecundum diuerſas partes, quod elixatur, diuerſimode diſponitur, ut cum ſecundum unam partem fit craſſius, & ſecundum aliam attenuatur, ut eſt lac: & iſto modo conueniunt Alexander & Olympiodorus, quia ambo dicunt, quòd aliquod poteſt elixari, ut cum ſecundum unam partem attenuatur, & ſecundũ aliam craſſeſcit, ut diximus de ſero & coagulo in lacte. Lego uerba, quia hæc eſt ſententia Ariſto. ſecundum Olympiodorum, & uerba obſcura ſunt. Quare, quæcunque minora poſſunt fieri, ſcilicet actione ignis, & hic Ariſto. ponit primum modum: ſecũdum ponit ibi, aut: tertium ibi, aut ipſorum, ſcilicet ſecundum unam partem poſſunt attenuari, & ſecundum aliam poſſunt craſſeſcere ab igne. Hæc autem, ſcilicet partes eorum.

Oleum autem, quia dixit Ariſto. in ſecunda ſignificatione, quòd triplex eſt corpus elixabile, aut quod craſſius fit; aut quod fit minoris magnitudinis & leuius; aut quod fit grauius cum hoc, quòd fit minoris magnitudinis & quantitatis: in tertia uero ſignificatione aliquid dicitur elixari, cum ſecundum unam partem attenuatur, & ſecundum aliam craſſeſcit, ut lac: nunc Ariſto. in hac parte dicit, quòd oleum per ſe ſumptum non poteſt elixari actione ignis (& non dico in aqua, ſed in uaſe ad ignem:) & quare non poteſt elixari? quia non craſſeſcit in igne, ut eſt neceſſe: & ſic neque comprehendetur in prima, neque in ſecũda, neque in tertia: in prima, quia non craſſeſcit oleum actione ignis, licet fiat minoris quãtitatis, ſed à frigido: neque in ſecunda ſignificatione, quia, licet fiat minoris quantitatis, non

non tamen crassescit, neque fit leuius, quàm prius erat: neque etiam in tertia significatione, dicendum est, quòd elixetur, quia, licet fiat minoris quantitatis, non tamen propter hoc oleum fit grauius, quia non potest resolui pars aerea remanente parte aquea, quia, cum pars aerea euanescit, euanescit etiam pars aquea, & hoc propter lẽtorem eius: & ideo, licet minoretur secundum quantitatem, non tamen grauescit: & sic nulla harum trium conditionum ei conuenit. Sed Olympiodorus reddit hanc causam dictam primo, quia fit oleũ minoris quantitatis, non fit autem grauius actione ignis propter eius tenacitatem & lentorem, quia non potest pars eius aerea resolui à parte terrea: & ideo, cum absumitur, & fit minoris quantitatis, absumitur pars aerea & terrea simul; & ideo non fit grauioris ponderis, licet fiat minoris quantitatis: & ideo oleum non potest elixari, quia nulla conditionum ei competit. Et tunc epilogat dicens, quòd, quid sit digestio seu coctio, quæ est elixatio, dictum est: & dicit Alex. dicit, quæ est elixatio, quia sunt aliæ duæ species digestionis, ut assatio & maturatio, de quibus nihil dixit hucusque. Addit tamen Aristo. in fine, quòd duplex est elixatio, una, quæ fit à natura instumentis naturalibus, ut est nutritio, quæ fit in Plãtis & in animalibus, quæ est coctio alimenti: & ista est elixatio, quæ fit instrumentis naturalibus; quam coctionem Galenus etiam appellat elixationem sæpe: & quare? oh de hoc reddit causam Alexander, quia coctio alimenti dicitur elixatio, & præcipue in uiuentibus in prima sua ætate, quia in reliquis ætatibus respectu primæ ętatis potius debet dici assatio: & quare coctio in prima ætate dicitur elixatio? de hoc etiam reddit causam Alexãder, cur, scilicet coctio in his debeat dici elixatio, quia coctio alimenti, quæ fit in prima ætate uiuẽtium, est coctio humidi innati à calore humido naturali, quia calor naturalis in prima ætate coniungitur cum multo humido, ut dixi alia die; cum uero permutatur uiuens, à prima ætate ad aliam ætatem, ut puta à pueritia ad iuuentutẽ, tunc calor naturalis coniungitur minori humiditati, & ideo siccior, quia, licet sit calor naturalis in puero & in iuuene, ut prima Aphorismorum dicit Galenus 15. quia tamen in puero ille calor coniungitur maiori humiditati, ideo illa coctio seu nutritio est huiusmodi humidi interminati à calore humido: & ideo in puero proprie dicitur elixatio, in alijs uero ætatibus respectu primæ debet dici assatio, quia ille calor in alijs ætatibus est admixtus maiori humiditati; sed simpliciter omnes dicuntur elixationes, quia omnes fiunt à calore natutali, qui est semper humidus. Alia est elixatio quæ est artificialis, quę fit instrumẽtis artificialibus, ut à quoquis: quicquid tamẽ sit, dicit Aristo. utraque elixatio, & naturalis, scilicet & artificialis, habent eandem materiã, scilicet humidum interminatum; & habent idem agens, scilicet calorem; in natutali, à calore intrinseco & extrinseco; in attificiali, ab extrinseco tantum: & ideo fiunt ab eisdem causis, scilicet tam materiali, quàm efficiente. Lego uerba. . dicit si sit, scilicet si sit elixatio.

Molynsis autem est dubitatio litetalis super dictis Aristotelis, antequàm ad textum descendamus, quia dicit Aristo. quòd non omnia mixta sunt elixabilia, quia sunt quædã mixta, quæ carent humido, quæ non sunt elixabilia: oppositum autem huius dixit Aristo. in secũdo de generatione, & corruptione, ubi dicit, quòd omne mixtũ participat humido, quia aliter partes non continuarentur simul: cuius signum est, quòd absumitur & resoluitur humidum ipsum; &, cum putrefit mixtum, tunc mixtũ dissoluitur, & incineratur, & partes dissoluuntur, quia nõ est humidum uniens partes simul: quomodo ergo hic dicit Aristoteles, quòd mixta, quæ carent humido, non elixantur. Secundo, quia hic dicit Aristo. quòd coctio lactis ab igne, est elixatio quædam. Supra uero dixit, quòd incoctio lactis, opposita coctioni lactis, est cruditas: sed cruditas nõ opponitur elixationi, sed ipsi maturationi: ergo coctio lactis non erit elixatio, sed maturatio, quia est ea coctio, cui opponitur cruditas; sed cruditas opponitur maturationi; ergo coctio lactis est maturatio, non autem elixatio, quia dicit, quòd, cum lac est incoctum, & crudum; ergo cum est coctum, & maturum: aut lactis incoctio non est cruditas, sed est potius statheusis seu fœdatio, quia debet esse ea incoctio, quæ opponitur eius coctioni: si ergo coctio lactis est elixatio; ergo eius incoctio etit fœdatio. Tertio, quia uidetur maior implicatio in dictis suis, quia Aristo. secundum expositionem Olympiodori dixit, quòd, quęcunque, corpora elixantur, minora fiunt, quædam etiam grauiora & crassiora: sed hoc conttadicit superius dictis, quia supra dixit, quòd omnia

nia digesta fiunt crassiora ac amplioris molis: sed elixatio est quædam digestio; ergo, quæ elixantur, minora fiunt; ergo contradictio, quia ibi dicit, quòd fiunt maiora; hic uero dicit, quòd fiunt minora: & hoc patet experientia, quia poma & uuæ maturæ sunt maiora, quū sunt digesta, quàm quando sunt cruda; ergo &c. Quarto dubitatur de oleo, quia supra dixit de oleo, quòd oleum non patitur elixationem: sed hoc uidetur falsum, quia, sicut, si aurū sit impurum actione ignis euaporat corpus ei admixtum, & ista dicitur elixatio improprie; ita etiam, si oleo admisceatur aqua aut uinum, actione ignis in ipsum, euaporabit illud admixtum humidum: ergo ista erit elixatio, sicut in auro; quid ergo dicit Aristo. quòd aurum non patitur elixationem? Prætcrea, quia isti chimici per sublimationem separant tenuiorē partem olei à crassiore; ergo in oleo potest pars tenuior separari à parte crassiori; ergo potest elixari oleum: ergo Aristo. non asserit uerum, quia dicit, quòd, ex quo pars tenuis non potest separari à parte crassiori; in oleo, non potest elixari: ita, quòd non bene dicit Arist. quòd ideo non elixatur oleum, quia humidum terræ non potest separari à crassiore terreo. Hæ sunt dubitationes, quæ fiunt in hac materia. De primo, cum dicis, quòd Aristot. dicit, quòd non omnia mixta sunt elixabilia, quia aliqua mixta carent humido, & hæc non sunt elixabilia; sed oppositum huius dicit Aristo. secundo de gener. ubi dicit, quòd omne mixtū participat humido; dico, quòd omnia mixta participant humido, uerum est: cum ergo dicit Aristo. hic, quòd sunt multa mixta, quæ non possunt elixari, quia non participant, sed carent humido, uerum est: cur ergo dicit Aristo. hic contrarium? dico, quòd intelligit hic de humido superfluo, quia, quando dicit, quòd sunt multa mixta, quæ non participant humido, scilicet superfluo, licet habeant humidum moderatum, quo mediante partes simul cōtinuantur; sed intelligitur de humido superfluo, ex cuius humidi superflui resolutione fit elixatio: & sic non intelligit, quòd hæc mixta, quæ non possunt elixari, omnino careant humido, sed carent illo humido interminato. De secundo, cum dicebas, quòd ista implicāt, quòd lac dicatur crudum, ut dixit supra, & quòd dicatur elixatum, ut dicit hic, quia cruditas opponitur maturationi, non autem elixationi; si autem incoctio lactis dicitur cruditas, ergo eius coctio debet dici maturatio, non autem elixatio; dico, quòd argumentum concludit ueritatem: oh quid ergo dicit Aristo. cum appellat lac crudum & elixum? dico, quòd Aristo. omnia hæc dicit ex quadam metaphora, quia reuera nō possumus dicere, quòd lac, cum est incoctum, dicatur crudum; &, cum est coctum, dicatur elixum: sed bene potest dici maturum: sed lac dicitur maturum, seu elixum, improprie & secundum metaphoram quandam: & quare? quia, cum fructus maturescunt à proprio calore, dicuntur proprie maturi; sed, cum aliquid coquitur à calore extrinseco & non proprio, dicitur elixari, quando calor ille extrinsecus est cum humido: sed, quia coctio lactis non fit à calore proprio, sed à calore extraneo, ideo illa eius coctio non potest dici maturatio, sed dicitur elixatio secundum metaphoram & similitudinem: & dicitur elixari lac, magis, quàm assari, quia in coctione lactis separatur pars humidior à crassa, sicut fit in elixatione, ut supra diximus de mente Olympiodori: & ideo coctio lactis secundum similitudinem & metaphoram dicitur elixatio, non quòd reuera proprie sit elixatio, nec maturatio, quia maturatio fit à calore proprio, ut in uino posito in uase, quia à proprio calore, quem tamen assumpsit à sole, maturescit. De tertio, quia Aristo. contradicit sibi ipsi, quia supra dixit, quòd omnia digesta fiūt amplioris molis; hic uero dicit, quòd fiunt minora, quia resoluitur humidum tenue, & remanet tantum crassum; dico, quòd uerbum Græcum εὐογκότερα bifariam transfertur: Vatablus transtulit amplioris molis, sed reuera translatio ista repugnat Aristoteli, quia infra dicit Aristo. quòd omnia digesta fiunt minoris molis, & quomodo ergo, dicunt ipsi, fiunt maioris? & ideo mihi magis placet antiqua translatio, quæ dicit, quòd omnia digesta fiūt melioris molis; & quomodo fiunt melioris molis? idest perfectioris molis, & maxime quia perfectius miscetur humidum cum sicco, quia resoluto humido superfluo fit melioris molis; non tamen dicit, quòd fiunt maioris molis, sed melioris: &, cum dicis, oh Aristo. dicit, quòd fiunt crassiora; dico, quòd Aristo. non intelligit per crassiora, idest maioris molis, sed per crassiora intelligit constantiora, & quasi ficciora, quia resolutum est humidum aereum

&

& aqueum, & ideo remaneot crassiora. De quarto, de oleo, cum dicebas, quòd sicut aurũ impurum in igne potest elixari, cum pars humida separatur ab eo; ita etiam & oleum, cum ei permiscetur uinum aut aqua: dico, quòd uerum est, quòd, sicut aurum impurum potest elixari, ita etiam & oleum admixtum aquæ aut uino potest elixari; neque hoc negat Arist. & ideo dixit Aristoteles, quòd oleum per se ipsum sumptum non potest elixari, sed cum alio permixtum, ut cum uino aut aqua, bene potest elixari, ut etiam aurum impurũ. Quod dicebas secundo de hoc oleo, quòd per artem chymicã potest separari humidũ tenue à crasso terreo ipsius olei, dico, quòd nõ separatur pars olei tenuiora parte crassiori, sed una pars olei actione ipsius ignis calefit, & calefacta attenuatur & subtiliatur, & sic fit leuior, & ideo ascendit & sublimatur, & tamen non est pars illa tenuior ipsius humidi olei, quod remanet, quia humidum non est resolutum: & ideo pars resoluta est eiusdẽ rationis cum parte, quæ remanet, quia est æque crassa, sicut est pars, quæ remanet, quæ actione ignis attenuatur. Cum Aristo. definiuerit elixationem, quæ est secunda species coctionis, nunc secundo loco declarat, quid sit incoctio ei opposita, dicta à græcis molynsis, à latinis uero inquinatio, aut fœdatio; & dicit, quod inquinatio aut fœdatio est quædam incoctio opposita elixationi, cuius definitio dicta est iam: &, quomodo fuerit dicta, exponit Alexander, quòd reuera non fuit dicta, immo uolumus de nouo ipsam definire; sed est dicta, dicit Alexander, in uirtute, quia contrariorũ contraria est definitio: definiuimus enim elixationem, quòd est coctio interminati humidi à calore humido: si uolumus eius oppositum definire, erit incoctio interminati humidi à calore humido, seu ex defectu caloris humidi; ergo ista definitio dicta est ex illa, quia contrariorum contrariæ sunt definitiones: & sic hæc definitio fuit quasi dicta. Non tamen adhuc ista definitio posita est ab Aristotele; & ideo Aristo. explicat nobis istam definitionem, quòd fœdatio est incoctio interminati humidi ex defectu caloris humidi. Ex quo sequitur, dicit Atisto. quòd duobus modis fit inquinatio; primo ex defectu & diminutione caloris extrinseci in humido, quia, sicut elixatio erat ex perfecto dominio caloris humidi super elixabile, ita inquinatio ista est ex defectu caloris illius; cum enim imperfecte ille calor dominatur elixabili, ita, quòd est ei diminutus & inæqualis & non excellens, tunc fit fœdatio & inquinatio. Secundo modo fit fœdatio & inquinatio non ex defectu caloris humidi, sed ex abundantia humidi rei elixabilis, quod non potest terminari à calido extrinseco, ita, quòd calor exterior non potest resoluere humiditatem illam rei elixabilis & superare: & quare? quia debet fieri incoctio: & declarat Aristo. quomodo in coctio fit ex defectu caloris exterioris, & dicit, quòd ista improportio dupliciter potest esse, tum ex defectu caloris extrinseci, tum ex oimia copia humidi interminati rei elixabilis: & declarat Aristo. quando fit incoctio ex defectu caloris extrinseci, & dicit, quòd tunc fit, quando scilicet calor extrinsece est maior quidem, quàm ut possit non transmutare, id est quando calor iste extrinsece est tantæ quantitatis, quòd potest agere in humidum ipsum, puta carnis, ita, quòd potest mouere, & transmutare ipsum, non tamen perfecte, quia nõ potest ipsum humidum perfecte transmutare: & ideo dixit, quòd est minor, quàm ut non possit digerere & concoquere: fit ergo ista incoctio ex diminutione calidi exrerioris. Et, quia dixit, quòd ista inquinatio fit ex defectu caloris extrinseci, puta aquæ circũfusæ carni, ideo dicit, quòd defectus caloris ille extrinsece est ex cremento frigoris; causa enim defectus caloris est, quia creuit frigiditas, ut supra diximus: & ubi? ubi, scilicet diximus de putredine, ubi diximus, quòd putrefactio fit ex defectu caloris innati, & ex auctione caloris extranei, quia tunc augetur frigiditas, quia defectus caloris innati est augumentum frigoris: & ita etiam hic, causa defectus calidi circunfusi est frigiditas aucta: est tamen differentia & dissimilitudo, dicit Aristo. inter inquinationem & putredinem, & inter contraria horum; & etiam est conuenientia: conueniunt enim, quia utrobique est defectus calidi, quia in inquinatiõe est defectus calidi extrinseci; in putredine uero est defectus caliri, sed proprij: differunt enim, quia in putredine operatur propria frigiditas & nõ extrinseca, ut uoluit Auer. sed in inquinarione nullo modo operatur frigiditas, quia, licet inquinatio fiat à calore diminuto ex actione frigiditatis, tamen nullo modo operatur frigiditas ad inquinationẽ, neque interior neque exterior, licet utrobique sit frigiditas: non operatur hic intrinseca, si-

cut ibi frigiditas propria operatur; nec extrinseca, quia hic ipsa frigiditas non est positiua, sed est remissio caloris: & hoc est, quòd dicit Aristo. ex quo sequitur, dicit ipse, quòd omnia inquinata sunt duriora perfecte elixatis: & unde sequitur hoc? declarat Aristot. quia, quæ inquinata sunt, idest passa sunt inquinationem & diminutam elixationem, secundum partem sui humidi attenuantur, & secundum partem euanescunt; ut dicit Alexander de lacte, ubi quædam eius pars crassescit, & quædam pars fit tenuior: & ideo duriora sunt inquinata non inquinatis, & elixis perfecte, quia in elixatione perfecta humidum totaliter reuocatur exterius, & resoluitur: & ideo ista perfecte elixata sunt molliora, quàm passa inquinationem; inquinata uero sunt duriora, quia pats humidi, quæ reuocatur à partibus interioribus ad exteriores, remanet; & à frigiditate eircunstante, quia calor agens est ualde diminutus, crassior & quasi congelata redditur: & ideo illa caro est durior. Lego uerba': & aduertatis, quia latini non intellexerunt hæc uerba, & Alexander sic. Erit autem utique contraria, id est inquinatio ipsi elixationi primæ, idest ueræ & non metaphoricæ elixationi. Defectus autem, scilicet caloris est cum frigiditate, id est cum augmento frigiditaris. Fit autem, scilicet ista inquinatio, per modum alium, scilicet à motu putredinis, quia in putredine concurrit frigiditas, hic autem nullo modo concurrit, licet utrobique augeatur frigiditas; tamen in inquinatione non operatur. Expellitur autem, idest obtunditur & offuscatur à caliditate sibi coniuncta. Defectus autem, scilicet istius coctionis fit aut propter multitudinem frigiditatis existentis in humido circunfuso, scilicet in aqua, quia tunc est paucus calor in aqua: Tunc enim accidit, quòd potest mouere, & est minor, quàm perfecte concoquat. Et propter hoc. Hic ponit corruptionē, quod humidum corpus inquinatum est durius bene elixatio. Sed hic est dubitatio literalis Alexandri, cur, scilicet Aristo. cum loquitur de incoctione opposita elixationi, non numerauit species incoctionis, sicut in elixatione numerauit plures modos elixationis: dixit enim, quòd, quæ elixantur, alia proprie, alia improprie elixantur, & metaphorice: &, quæ metaphorice elixantur, habent species etiam: cur ergo non ita numerauit diuersos modos inquinationis, & dixit, quòd quædam inquinatio est propria, & quædam metaphorica; & roetaphorica etiam habet latitudinem? Secundo etiā dubitatur, quia Aristo. dicit, quòd putredo differt ab inquinatione, quia, licet utraque fiat à calore diminuto, tamen ista inquinatio fit tantum à calore, & nullo modo à frigore; putredo uero fit à calore & à frigore: sed ratio uidetur cogere in oppositum, quia ita arguitur contra Aristot. de putredine, quod causa putredinis est caliditas diminuta innata, quia defectus calidi innati est augumentum frigiditatis: ergo frigiditas concurrit, & est causa putredinis, quia concurrit in defectu caloris: ita ego arguo, quòd causa inquinationis est caliditas extrinseca diminuta: sed causa diminutionis caliditatis est augmentum ipsius frigiditatis: ergo frigiditas concurrit, & est causa inquinationis & sic est eadem natura, quia utitur Arist. ad probandum, quòd frigiditas sit causa putredinis: & sic eius ratio non ualer, & mea etiā, quia aliter differret causa diuersitatis. Tertio dubitatur, quia dicit, quòd inquinata sunt duriora perfecte elixatis: modo hoc implicat, quia, quæ sunr perfecte elixata, sunt sicciora, ergo duriora, quia durum sequitur siccitatem: quòd autem sint sicciora, patet, quia id est perfecte elixum, cuius totum humidum reuocatum est ad extrinseca, & euanuit; imperfecte uero elixa sunt, quorum bumiditatis pars modica reuocata est ad extrinseca: ergo elixa sunt sicciora, quàm ioquioata; si sicciora, ergo duriora, quia durities ex secundo de Geoer. & corrup. sequitur siccitatem: ergo duriora sunt, quàm inquinata, quia in inquinatione fit modica resolutio humidi. Quarto dubitatur de frixione, quia dixit Aristo. quòd frixio non est elixatio, sed magis dicitur assatio: & tu probabas, quòd magis sit elixatio, quia ista passio est à calido humido olei circunfuso: & dixit Aristo. quòd hoc est falsum, quod fit à calido bumido olei, sed est ex calore sartaginis, qui est calidus & siccus; cuius signum est, quia oleum absumirur à carne; &, si absumitur à carne, magis patitur à carne, quàm caro ab oleo; ergo non fit à calido humido olei: est modo dubitatio, quia septimo Physicorum omne agens proximum debet contingere passum: sed in frixione neque sartago neque ignis contingunt carnem, sed oleum est, quod tangit carnem, quia circunfunditur: ergo oleum est agens proximum in hoc casu; ergo ista coctio fit à calido, & humido circunfuso; ergo

potius

potius dicitur elixatio, quàm assatio: ergo remanet adhuc dubitatio insoluta. Tum etiam, quia ratio sua nihil ualet, quia dicit, quòd ista passio magis assimilatur assationi, quàm elixa- tioni; cuius signum est, quia uidemus, quòd magis patitur oleum à carne, quàm caro ab o- leo, quia caro absumit oleum, & humidum carnis non absumitur ab oleo: sed uos dicetis, contra, quia ponatur tantum olei in sartagine, quòd caro natet in oleo, ita, quòd oleum non possit absumi à carne, sic oleum aget in carnem, & non absumitur propter magnam quanti- tatem eius; & sic oleum illud calefactum euocabit humidum interius ipsius carnis ad exte riora; & sic hæc passio non erit à calido humido, quia à calido olei; ergo erit elixatio: & sic ratio Aristotelis erit nulla. De primo, quia dicebas, quòd Aristo. quia non numerat om- nes modos inquinationis, sicut numerauit omnes modos elixationis, respõdet Alexander, quòd ideo Aristo. non numerauit illos tres modos inquinationis, quia isti tres modi inqui nationis facillime possunt colligi ex illis tribus modis elixationis, quia oppositum patet ex opposito: & preterea Aristo. non explicauit illos tres modos inquinationis, quia ex modis tribus elixationis possunt colligi modi inquinationis, cum inquinatio elixationis oppona tur. De secundo de ratione eius, quia dicit, quòd ista inquinatio fit tantum à calore; putre factio uero fit à calore & à frigore; sed contra, quia utar ratione eius in putrefactione, quia inquinatio est defectus calidi extrinseci, & iste defectus auget frigus; ergo frigus est causa inquinationis; ergo frigus ita concurrit ad inquinationem & ad putredinem; ergo inquina tio non fit nisi à calido, sed etiam à frigore, cuius oppositum dicit Aristo. dico, ut dicit Ale- xander, quòd hoc argumentum non est simile cum argumento facto de putredine, quia pu tredo non est coctio, sed est quædam imperfectio & quædam incoctio; inquinatio uero est quædam coctio diminuta, tum imperfecta, sed omnis coctio est à calido solo: & ideo Arist. dicit, quòd inquinatio est à solo calido, & putredo à calido & à frigido; & ideo non est simi le de putrefactione & inquinatione: sed dices tu, ergo sequitur, quòd omne, quod elixatur, prius patitur inquinationem, quàm elixationem, quia omne, quod elixatur, in principio pa titur inquinationem, quia prius patitur imperfectam elixationem; quod patet, quia inqui- natio nihil aliud est, nisi imperfecta elixatio: sed omne, quòd perfecte elixatur, prius in prin cipio imperfecte elixatur: ergo omne, quod elixatur, prius imperfecte elixatur & inquina tur: quid sequitur ex hoc? oh sequitur, quòd unus motus erit contrariorum, quod est im- possibile, quia idem non potest moueri simul motibus contrariis: sed inquinatio & elixa- tio sunt contraria: ergo impossibile est, quòd idem, cum elixatur, inquinetur, & tamen hoc sequitur necessario ex dictis: quid ergo dicendum? dico, ut dicit Albertus, quòd ista dimi- nuta elixatio potest dupliciter prouenire, uno modo ex defectu temporis, alio modo ex de fectu caloris: si ista diminuta elixatio prouenit respectu temporis ex eius defectu, tunc ista diminuta elixatio non dicetur inquinatio, sed tantum imperfecta elixatio, quia, scilicet pro uenit propter breuitatem temporis, quia, licet calor excedens sit, non potuit tamen perfe- cte elixare rem illam: alia autem imperfecta elixatio est, quæ fit ex defectu agentis, scilicet caloris extrinseci, quia ita est diminutus calor, quòd non potest resoluere humidum rei eli xabilis; & ista est inquinatio, & non illa, quæ prouenit ex defectu temporis: cum ergo di- cis, quòd sequitur, quòd, quæ elixantur, prius erunt inquinata, quàm sint perfecte elixata, quia prius est in principio imperfecta elixatio, quàm perfecta; dico concedendo, quòd id, quod perfecte elixatur, prius imperfecte elixatur, quàm perfecte: igitur inquinatur prius. nego argumentum, quia non omnis imperfecta elixatio est inquinatio, quia non illa, quæ fit ob temporis breuitatem, sed tantum illa, quæ fit ex defectu caloris extrinseci. De ter- tio; cum dicis, quòd perfecte elixata sunt ficciora, ergo duriora; dico, quòd, si essent cætera paria, argumentum sic cogeret, quia reuera durities sequitur siccitatem ex secundo de Ge neratione & corruptione, sed cætera non sunt paria, quia aliquid obstat, ratione cuius ma- ior est durities in carne inquinata, quàm in carne perfecte elixata, licet maior sit humidi- tas in inquinatis, quàm in perfecte elixatis: & quid obstat? oh obstat hoc, quia in inquina tis in principio diminutus calor est, quia aqua diminute calida agens in superficiales par- tes carnis, consumit illud humidum ibi existens, quo humido resoluto & consumpto rema nent illi meatus, seu pori aperti & uacui; &, ne detur uacuum in illis, occurret humiditas

exiſtens in partibus interioribus carnis ad replendum illud uacuum, ſcilicet poroſitates & meatus illos carnis; &, cum illud humidum eſt in illis meatibus, ibi congelatur à frigido aquæ, quia à calore ipſius aquæ non poteſt diſſolui, quia calor ille in aqua eſt diminutus, & frigiditas eſt maior; & ideo calor non poteſt illud humidum diſſoluere; & ideo illud humidum congelatur; & ideo reddit illam carnem duriorem: ſed in perfecte elixatis calor eſt adeo potẽs, quòd euocat totum humidum ad exteriores partes, & ipſum reſoluit, ita, quod non permittit illud humidum congelari in illis poroſitatibus; & ideo reſoluit, quia aqua eſt calida ualde; & ideo caro elixa perfecte eſt melior carne inquinata. Dico quarto, quia agens proximum debet contingere paſſum ex ſecundo Phyſicorum; ſed ignis & ſartago nõ contingunt carnem frixam in oleo, ſed oleum tangit illam proxime; ergo oleum eſt proximum. ergo coquitur à calido & humido; ergo potius dicitur elixum, quàm aſſum; cuius oppoſitum dixit Ariſto. dico, quòd non eſt uerum, quòd oleum hic ſit agens proximũ contingens carnem, quia oleum hic eſt tam paruæ quantitatis, quòd penetratur à calore ſartaginis: & ſartago eſt, quæ eſt agens proximũ, quia ſic caro adhæret immediate ſartagini propter paucitatem olei, quia caro etiam ſui grauitate repellit oleum ad partes, & ſic immediate adhæret ſartagini; & ſic calor ſartaginis, qui eſt calidus & ſiccus, eſt cauſa illius frixionis, non autem oleum, ſeu calor olei: & ideo potius debet dici aſſatio, quàm elixatio. Et, cũ dicis, ſi ponatur magna quantitas olei, ita, quòd caro ſupernatet, & non poſſit abſumi oleũ à carne ipſa, tunc iſta erit elixatio, & non aſſatio; dico, quòd in caſu iſto iſta coctio potius eſt elixatio, quàm aſſatio aut frixio, quia in frixione oleum poteſt abſumi à carne: & ideo ſecundum Ariſtot. hæc potius eſt elixatio, ut etiam dicit Alexander cum Ariſtot. infra: ſed de hoc dicemus magis infra, quia iſta erit elixatio, ex quo erit à calido humido ipſius olei.

Optesis autem eſt. Dicit Alexander, quòd, cum Ariſto. declarauit duas ſpecies digeſtionis, maturatiooem & elixationem, & duas etiam ſpecies indigeſtionis oppoſitas eis, nunc tertio loco ponit tertiam ſpeciem coctionis, quæ dicitur aſſatio, & tertiam ſpeciem incoctionis ei oppoſitam, quæ dicitur à Græcis ſtatheuſis, à latinis poteſt dici imperfecta elixatio, ſeu aſſatio, tamen non habet proprium nomen: & dicit, quòd ponit conuenientiam & differentiam aſſationis & elixationis cum maturatione inuicem: aſſatio enim & elixatio ſunt actio ab extrinſeco calore; maturatio uero ab intrinſeco calore: conueniunt ergo aſſatio & elixatio, quòd ambæ ſunt ab extrinſeco calore: differunt autem, quia elixatio eſt à calido extrinſeco humido; aſſatio uero eſt à calore extrinſeco ſicco; ut cum ponitur in ueru, uel . . ut dicit Alexander; &, ſi ponatur in ſartagine, in qua ſit parum olei, & ipſa caro ſui grauitate repellat oleum ad partes, & hæreat ſartagini, tunc iſta eſt potius aſſatio, quàm elixatio: & ideo ſupra dixit Ariſto. quòd frixio magis aſſimilatur aſſatiooi, quàm ipſi elixationi. Primo ergo definit Ariſt. quid ſit aſſatio; & dicit, quòd eſt coctio nutrimẽti humidi ab aliena caliditate, prima particula ponitur loco generis, ſcilicet coctio interminati humidi: ſecunda uero particula, ſcilicet ab aliena caliditate: ponitur loco differentiæ cum maturatione, quia maturatio fit à caliditate intrinſeca, & non extrinſeca: tertia particula ponitur ad differentiam cum elixatione. Scilicet ab aliena caliditate ſicca, quia elixatio eſt ab aliena caliditate humida; ipſa uero aſſatio ab aliena caliditate ſicca. Sed dices, ſupra dixit, quòd omnis digeſtio eſt à calore proprio; aſſatio eſt digeſtio; ergo à calore proprio: dicunt aliqui, quòd duplex eſt aſſatio naturalis, ſcilicet & artificialis, & quod aſſatio naturalis fit à calore proprio; artificialis uero fit à calore alieno: ſed hoc falſum eſt, quia dicit Ariſto. parum infra, quòd uerum eſt, quòd aſſatio eſt duplex, & à natura, & ab arte, ſed utraque eſt eiuſdem ſpeciei: ergo illa definitio eſt communis utrique, quia ſpecies definitur: ergo tam aſſationi naturali, quàm artificiali, conuenit iſta definitio, quòd ſcilicet aſſatio fit à calido extrinſeco ſicco: tamen de hoc dubio infra dicemus magis: pro nunc ſit ſatis nos aduertiſſe de difficultate. Et tunc Ariſt. poſtquàm poſuit definitionem, probat ipſam, ſcilicet quod iſta ſit definitio reſpectu aſſationis, & dupliciter à ſigno probat: & primo dicit, quòd experientia patet hoc, quia, ſi caro à principio calido & humido digeratur & concoquatur, poſtea uero perficiatur eius coctio à calido ſicco, iſta, dicit Ariſto. erit aſſatio, quia eius coctio perficitur à calido ſicco: & uerba Ariſto. in hoc loco bifariam exponuntur. Alexander &

latini

latini exponunt, quia, si caro prius imperfecte in aqua elixetur; & postea extrahatur ab aqua, & assetur in ueru, dicunt, quòd ista coctio erit perfecta assatio, quia fit à calido sicco. Sed dices, quorsum debemus sumere ad probationem huius definitionis, quòd ista caro prius digeratur imperfecte in ipsa aqua, & postea coquatur, & perficiatur eius coctio in ueru? quia cui dubium est, quòd si ista caro fit in ueru assata, est simpliciter assa? quia tunc de coctio fit à calido sicco, licet incœperit in aqua ex elixatione: quorsum ergo istud ad probationem huius dubitationis? quia esto, quòd ista caro prius non imperfecte elixetur in aqua, sed simpliciter & à principio in ueru assetur, erit etiam, assatio: ergo quorsum istud? & ideo isti iudicio meo non intelligunt uerba Aristotelis, quia altior est sensus Aristotelis in his uerbis. Et ideo Alexander & Olympiodorus aliter dicunt, quòd sensus Aristotelis est, quia, si capiatur multa quantitas carnis, quæ cum parua quantitate aquæ ponatur in sartagine, ita, quòd aqua propter sui paucitatem non possit reuocare humidum carnis ad exteriores partes, sed potius absumantur à carne, ita erit assatio, dicit Aristo. & non elixatio, licet uideatur elixatio, quia ista coctio, licet uideatur in sui principio elixatio, quia uidetur fieri ab humido calido, tamen simpliciter fit à calido sicco ipsius sartaginis; & ideo dicitur assatio: non imaginatur ergo Aristo. quòd caro prius imperfecte elixetur, & postea assetur. Et hæc est prima probatio, quam fecit Aristo. Secunda probatio à signo, est ex differentia inter assa & elixa, quia elixa in sui interiori parte sunt sicca, in exteriori uero sunt humida: e cō tra uero assa in interiori sunt humida, in exteriori sunt sicca; cuius causam dicit Aristoteles, quia elixatio fit à calido humido, assatio uero à calido sicco: & ideo, quia elixatio fit à calido aquæ caliditas ipsius aquæ penetrans ad interiora carnis euocat humidum carnis interius ad exteriora carnis; & sic partes interiores sunt sicciores, exteriores uero humidiores: econtra uero in carne assa, quia, ex quo ista coctio fit à calore sicco, ideo ignis agens in carnes, agit prius in partes exteriores carnis; & sic agendo inducit crustam, quia ex siccitate coarctantur pori carnis; & sic ipsis poris occlusis non potest humidum interius reuocari; & sic caro assata remanet humidior interius, exterius uero siccior: ex hoc igitur patet, dicit Arist. quòd difficilius est coquo perfecte assare, quàm perfecte elixare; & uerum dicit Aristot. & reddit causam huius, quia difficilius est simul & semel equaliter digerere interiores partes carnis & exteriores; & quare est difficile? oh quia, ex quo partes exteriores carnis sunt propinquiores igni, ideo citius etiam & magis alterantur à calore sicco ignis, & alteratæ exiccantur, & exiccatæ contrahuntur, & contractis fit crusta, & adeo occluduntur pori, quòd difficile est resoluere humidum interiorē carnis; & ideo difficilius est perfecte assare, quàm elixare. Et tunc Aristo. ad maiorem declarationem addit documentum quod habet duas partes, dicens, quòd assatio dupliciter fit, arte, scilicet, & natura; ita etiam elixatio dupliciter fit: qualitercunque tamen fiat, sunt eiusdem speciei, scilicet assatio & elixatio, ab arte & à natura: & quare sunt semper eiusdem speciei? oh dicit, quòd sunt semper ab eisdem caussis, quia semper elixatio est à calido humido; assatio uero semper est à calido sicco. Sed dices, quæ est elixatio à natura? dico, quòd est coctio nutrimenti in uentriculo, ut etiam sæpe dicit Galenus, quòd illa digestio: sub qua ergo specie digestionis est ponenda? dico, quòd sub elixatione: & ita etiam assatio fit à natura in animali, ut est in ætate posteriori respectu primæ ætatis, quia calor posterioris ætatis, puta iuuentutis, est siccior, quàm calor primæ ætatis, puta pueritię: ideo ista coctio huius ætatis respectu primæ ætatis potest dici assatio nutrimenti; sicut etiam ossa generantur assatione, cum, scilicet per assationem adeo exiccatur menstruum mulieris, quòd in ossa conuertitur: ergo ossa generantur assatione, sic caro generatur elixatione: fit ergo assatio & elixatio, ab arte, ut fit & assatio & elixatio à natura, ut generatio partium ipsius animalis, ut in generatione carnis & ossis, quemadmodum dixi uobis. Et probat Aristoteles, quòd omnes assationes inuicē, & omnes elixationes inuicem, sunt eiusdem speciei; & probat dupliciter: primo quia ars imitatur naturam, in quantum potest: sicut ergo natura operatur elixationem calido & humido, ita & ars: & ideo sunt eiusdem speciei; quia sunt ab eodem calido, sicut etiam elixatio est ex eodem, scilicet ex calido humido. Secundo probat Aristo. quòd in decoctione alimenti in animalibus illa decoctio fit à calido humido, & ideo est elixatio; &, si augeatur calor adeo, quòd

quoquomodo

quoquomodo exiccetur alimentum, & humidum eius exiccetur, dicemus, quòd ista coctio est assatio, quia fit à calido sicco quoquo modo exurenti, ut etiam fit ab arte: ex quo sequitur, dicit Aristo. quòd in uentriculo non generantur animalia, ut puta uermes & lumbrici, sicut quidam putarunt; sed dicit, quòd generantur in intestinis & inferiori parte, & illic geniti ad uentrem superiorem ueniunt, sicut alias dixit: & ideo in multis morbis euomuntur isti uermes, quia geniti in uentre inferiori ascendunt ad stomachum, & euomuntur postea. Eius causa alibi dicta est. & hoc dupliciter exponitur: Gaetanus & Alber. dicunt, sicut alibi dictum est, scilicet in libro de nutrimento & nutribili: sed hæc expositio non est uera, quia Aristo. non fecit librum seorsum de nutrimento & nutribili, quia totus tractatus de nutrimento & nutribili complectitur ab Aristotele pluribus in locis, tum in loco de generatione & corruptione, tum in loco de animalibus, & in loco de partibus, ubi agit de nutrimento. Et ideo aliter exponit Alexander, sicut alibi dictum est, scilicet in problematum partibus: & ubi, dices tu? quia mirum est, quòd hoc non inueniatur in problematibus: dico, quòd in secunda particula in 22. problemate dicit hoc quoquomodo Aristo. ubi dicit, quòd lumbrici, qui sæpe euomuntur, non generantur in uentriculo superiori, sed inferiori & intestinis. Statheusis autem. Nunc Aristo. declarat & determinat speciē oppositam assationi, dicens, quòd, sicut maturatio erat coctio, cui opponitur incoctio, quæ dicitur cruditas; & elixatio est coctio, cui opponitur incoctio, quæ dicitur inquinatio; ita etiam assatio est coctio, cui opponitur incoctio, quæ dicitur statheusis apud Græcos, apud latinos uero non habet propriū nomen, potest tamen dici imperfecta assatio. Et dicit Aristot. quòd ista incoctio est minus nota alijs incoctionibus; cuius causam reddit Alexander, quia dicit, quòd maturatio & elixatio fiunt à calido humido, assatio uero fit à calido sicco: sed calor siccus est potentior ad agendum, quàm calor humidus: &, ex quo est potentior, ideo fit ista incoctio, scilicet statheusis, à calore isto potenti, & ideo minus nota nobis: & cur fit ista incoctio? dicit, quòd fit etiam ista incoctio, cum siccus calor extrinsecus fuerit tantæ paucitatis & uelocitatis, quòd bene potest mouere partem humoris, rei assabilis: non autē potest omnino ipsum transire; & tunc fit statheusis: & ideo fit ista incoctio ex improportione caloris & humidi. Et etiam ista incoctio fit bifariam, primo, ut quando calor fuerit minus debilis, & quando humidum rei assabilis fuerit nimis abundans, ut possit resolui à calore. Et tunc epilogat dicens, quòd diximus, quid elixatio, & quid assatio.

Examen.

SVper capite de digestione, & speciebus eius occurrunt dubitationes plures: & nos incipiemus à facilioribus iuxta doctrinam philosophi: & primo, quia dixit philosophus, quòd assa sunt interius humidiora ipsis elixis; exterius uero sunt sicciora. Est autem dubitatio, quam tangit Alexander, quomodo hoc sit uerum; quia assa sunt sicciora interius & exterius; quia, ubi prius caro fuerit semielixa, & deinde asseratur, aut semiassa elixetur, erit sicca interius & exterius, quia, semielixa si assetur, ista est assatio, ut dicit Aristo. quia assatione completur; & ista sunt sicca interius & exterius: ergo aliquando sunt assa sicciora elixis, quia interius & exterius sunt sicca; interius, quia primo fuerunt semielixa; sunt etiam sicca exterius, quia completur per assationem: & ita etiam, cum semiassa elixantur, tunc erūt interius & exterius sicca: ergo falsum est, quod dicit Aristo. dico bene, ut dicit Alexander, quòd Aristo. supponit, quòd ea, quæ assantur, non sint prius elixa, quia, si sunt prius elixa, erunt sicca interius & exterius; & de hac assatione non loquitur Aristo. sed loquitur de iis, quæ simpliciter assa sunt: & ideo supponitur, quòd illa sint simpliciter assa nulla præexistēte elixatione. Cum uero dicis, contra, quòd si ea, quę sunt prius assa, elixentur, erunt interius & exterius sicca, dico, quòd hoc est difficilius, immo est difficultas, an, quæ prius fuere semiassa, possint elixari, & forte non possunt elixari, quia, ex quo in semiassis iam pori sunt obtusi calore ignis, quia facta est crusta, sic non potest per elixationem abstrahi ad exteriora eius humidum, quod est interius: & ideo difficile est, quòd semiassa possint elixari, quia, si possunt semiassa elixari, tantum dico de eis, ut dixi de semielixis, quod Aristot. supponit quòd

quòd sint simpliciter elixata. Secundo dubitatur, quæ Aristo. dixit, quòd in stomacho animalium non generantur animalia, ut uermes: est modo dubitatio, unde nam colligit hoc dictum suum, quia hoc uidetur impertinens dictis suis & suo proposito, quòd non generétur uermes in stomacho animalium. Conciliator respondet huic dubio, primo in differentia 101. & 17. problem. in 20. sectione, ubi dicit, quòd colligitur hoc dictum Aristotelis ex superius dictis, ubi dicit, quòd nutritio animalis est elixatio; aut, si dicitur assatio, est in posteriori ætate: ergo nutritio, quæ fit in stomacho, est coctio: ergo in stomacho inest calor digerens; & calor digerens prohibet putredinem: si prohibet putredinem; ergo nõ potest in stomacho esse generatio uermium, quia ista animalia fiunt ex putredine: sed putredo prohibetur à calore digerente, agente in stomacho illam digestionem, quæ est elixatio uel assatio cibi: ergo, cum prohibita sit putredo, nõ possunt ibi generari uermes. Olympiodorus aliter refert, & dicit inducere hoc dictum Aristotelem remouendo dubitationem, quia antiqui dixerunt, quòd nutritio est coctio alimenti in animali, nam nutrimentum reducitur in putredinem, non autem in digestionem, quia non est coctio, sed putredo & probant hoc argumento, quia ibi in stomacho non generantur uermes, nisi ex putredine; & sæpe in stomacho reperiuntur uermes: si sic, ergo ibi est calor putrefaciens: si calor agens ibi est putridus, ergo nutritio reducitur ad putredinem, non autem ad digestionem: & ideo Aristo. remouet hanc difficultatem, & dicit, quòd nutritio reducitur ad digestionem, non autem ad putredinem. Quod autem isti dicunt, quòd reducitur in putredinem, quia in stomacho generantur uermes, quia in stomacho reperiuntur ibi geniti ex putredine, respondet ad hoc Aristo. quòd isti uermes non generantur in stomacho, sed in intestinis: & postea ascendunt ad stomachum; & ideo non reperiuntur in stomacho: & ideo non impertinens dictum Aristo. secundum utranque responsionem, immo sequitur ex dictis eius secundum responsionem Conciliatoris, & secundum illam Olympiodori. Tertia dubitatio principalis est, quia ex dicto Auerrois 12. Metaph. 15. &. 14. &. 18. (& fuit etiam sententia Themistij, & Alexandri, & Auicennæ, & Plat.) ista animalia genita ex putri materia generantur à calore cœlesti: sed calor cœlestis non est in stomacho, neque in intestinis, sed est in aere: quomodo ergo generantur à calore cœlesti, cum calor cœlestis sit in aere, & non in stomacho? Respondet Conciliator in loco allegato, & reprehendit Auerroem, dicentem generationem istorum animalium semper fieri à calore cœlesti; quod falsum est generaliter loquendo, quia aliquando est à calore cœlesti, ut in æstate in pluuia, quando generantur ranę ex mixtione aquæ cum terra: aliquando autem, dicit Conciliator, generantur ista animalia à solo calore putredinali, proprio illi materiæ, incluso in illa materia putri, & non à calore cœlesti: & ideo errauit Auerr. & etiam magis errauit Albertus, dicit Conciliator, qui putabat, quod in generatione omnium animalium ex putredine cõcurreret duplex calor, tum, scilicet cœlestis, tum etiam putredinalis, ut supra diximus ex Alberto; quod falsum est, dicit Cõciliator, quia aliquando concurrit tantum calor cœlestis, aliquando tantum ipse calor putredinalis: & ideo Conciliator nec Auerroi, nec Alberto consentit. Sed pro Auerroe & Alberto puto dicendum esse, quia etiam hæc fuit sententia Auicennæ & Plat. quòd ille calor putredinalis dicitur etiam cœlestis, quia est, ut instrumentũ caloris cœlestis, quia hæc animalia fiunt à cœlo mediante calore eius: & ultra calorem cœlestem requiritur & aliud instrumentum, puta calor putredinalis, qui est particulare instrumentum cœli, qui calor est ibi inclusus; &, quia calor iste ibi inclusus concurrit cum calore cœlesti, dicitur etiã cœlestis; dicitur etiam putredinalis, pro quanto est causa putredinis mixti: & ideo decipitur Conciliator, quia putat, quòd calor cœlestis sit tantum in aere, quia etiam in intestinis est calor cœlestis generans ista animalia: oh quomodo in intestinis est calor cœlestis? oh iam dixi, quòd est ut instrumentum cœli ad generationem istorum animalium. Et ideo dicitur cœlestis, quia nõ potest ista generatio esse à solo calore putredinali, quia calor ille inanimatus est. . & ideo debet concurrere cœlum etiam, uirtute cuius ille calor putredinalis generat illa animalia; & sic etiam concurrit cœlum ad generationem horum animaliũ; & sic ille calor putredinalis dicitur cœlestis, ut uirtute cœli operatur; & sic non errat Auer. quia non distinguit calorem putredinalem à calore cœlesti, quia calor cœlestis dicitur etiã putredinalis,

puttedinalis, quatenus eſt inſtrumentum eius ad generandum huiuſmodi animalia. Quarto dubitatur, an iſta generatio uermium poſſit eſſe in ſtomacho : & uidetur, quòd ſic, contra Ariſto. quia huiuſmodi uermes generantur in renibus, in ueſica, in naribus, & in dentibus, & intra carnem & cutim, & in hepate: intra carnem, eſt cum diſcurrunt uermes, qui dicuntur tirones, & etiam in matrice mulieris, et in hepate ouium generãtur quidam uermes, qui ſunt ſimiles ſanguiſugis, qui corrodunt hepat: &, ſi generantur in his membris, & in hepate, ergo à fotriori in ſtomacho. Secundo, quia in ſtomacho reperitur materia, & cauſa agens, generationis horum uermium : ergo poſſunt generari ibi uermes, quia ibi ſunt cauſæ huius generationis: quòd autem ibi ſit efficiens huius generationis, patet, quia ibi eſt calor, qui eſt efficiens: eſt etiam ibi materia uermium, quia ibi uermes generantur ex ſolo phlegmate ex Auicenna 16. tertij, ubi dicit, quòd generantur ex ſolo phlegmate, & non ex cholera neque ex melancholia, quia iſti humores contrariantur naturæ uermium & ſubſtantiæ eorum quia uermes ſunt frigidi & humidi, cholera eſt calida & ſicca; & melancholia frigida & ſicca, phlegma autem frigidum & humidum : neque etiam ex ſanguine, quia ſubtilior pars eius conuertitur in choleram, & craſſior in melancholiã : ergo generãtur ex ſolo phlegmate : ſed ſtomachus, ut dicunt medici, eſt lacuna phlegmatis, ergo maxime generantur in ſtomacho, & maxime in ſtomacho eſt materia : quid ergo dicit Ariſto. quod autem horum generatio fit ex puttedine, patet, quia animalia ſimilia iſtis, ut uermes, & muſcæ, nutriũtur ex materia putri, ut patet, quia quærunt pro ſui nutrimento ſtercus, & alia huiuſmodi putrida : ſed unde eſt materia nutritionis, eſt & generationis, quia ex eiſdem conſtamus, ex quibus nutrimur, quia nutrimentum proximum eſt id, ex quo conſtamus; & iſta animalia appetunt pro nutrimento putrida : ergo ex putridis generantur. Ex aduerſo eſt Ariſto. hic, qui dicit, quòd tantum in inteſtinis generantur iſti uermes, & non in ſtomacho; & cum eo in hoc conueniunt omnes medici & philoſophi, quòd, ſi ſtomachus ſit perfecte ſanus, impoſſibilis eſt generatio uermium in ipſo; & hoc dictum Conciliatoris centeſima prima differẽtia, & 12. problem. ſecundæ ſectionis. Et probatur multipliciter, primo quia experientia reperiuntur in inteſtinis : & iſti uermes ſunt in triplici differẽtia, ut quinto de hiſtoria animalium cap. 10. & 19. & Auicenna 16. tertij, & Galenus 16. patricula aphor. qui dicunt, quòd iſti uermes ſunt triplicis generis: quidam enim rotundi, qui generantur in ſuperioribus inteſtinis : quidam lati, qui dicuntur cucurbitini, qui generantur in inteſtinis craſſis : quidam alij dicuntur aſcarides, & iſti omnium ſunt peſſimi, dicit Auicenna, qui generantur in fine inteſtini recti : &, qualiſcunque ſit generatio horum in inteſtinis, aſcendunt ad ſtomachum, quia in ipſo inueniunt nutrimentum; & inducunt ſæuiſſima accidẽtia, & maxime in pueris, ut patet, quia aliquando ducunt ad epilepſiam, aliquando ad ſyncopim, & aliquando ad mortrem etiam.

Secundo probatur ex potentia caloris, quia in ſtomacho eſt tam potens calor, quòd non poteſt fieri ibi hæc generatio, quia ſtomachus eſt in medio hepatis, & zirbi, & ſplenis, & membrorum calidorum: eſt enim ſtomachus, ut dicit Galenus in de potentijs naturalibus, tanquam lebes undique ignibus circundatus : ergo propter eius intenſum calorem, in eo non poteſt fieri hæc generatio uermium, quia calor prohibet generationem putredinis, & ex conſequenti uermium : tum tertio ex potentia uirtutis expulſiuę, quia ibi potens eſt uirtus expulſiua. Tum etiam ex acuitate ſenſus ipſius ſtomachi, quia ualde neruoſus eſt, & ſtatim expellit nocuum : Tum etiam ex cholera, quæ tranſmittitur ad ſtomachum, quæ ſui mordacitate ſtatim facit expellere nocuum : & ideo omnino materia, quæ in eo inuenitur, quæ eſt ſuperflua, ſtatim expellitur, & non moratur in ſtomacho : ergo non poteſt ibi fieri hæc putredo pro generatione uermium, quia oportet, ut ibi generetur materia eorum, & ibi moretur diu, ſi debent uermes generari : ergo in ſtomacho perfecte ſano non poſſunt generari uermes. Si uero ſtomachus non ſit perfecte ſanus, ita, quòd recedat à temperamẽto in hoc ſunt diſcordes expoſitores, quia Albertus hic, & Conciliator ibidem, concedũt, quòd in ſtomacho non perfecte ſano poſſunt generari uermes, quia dicunt, in ſtomacho poteſt phlegma putreſcere; ex quo fit febris : ergo ibi etiam poſſunt generari uermes, ex putredine illa. Tum etiam, ut inquit Galenus, quia in ſtomacho aliquando generatur cholera

lera

lera æruginosa; ergo & ibi uermes possunt generari: Tum tertio etiam, quia aliquando in hepate fit generatio talium animalium, quod est calidius stomacho & nobilius; ergo etiam in stomacho: & ideo isti dicunt, quòd in stomacho non perfecte sano possunt generari uermes: quòd, si Aristo. dicat, quòd in stomacho non possunt generari uermes dicunt, quòd Aristo. intelligit de stomacho sano perfecte, in quo concedunt, quod non possunt generari uermes: non tamen negaret Aristo dicunt ipsi, quòd in stomacho non perfecte sano possint generari uermes. Et hæc est opinio eorum. Alij dicunt aliter, quòd ex alia parte est Aristo. qui uidetur dicere, quòd nullo modo potest esse generatio horum animalium in stomacho, quia durante uita animalis, debet fieri nutritio & coctio in stomacho; & ideo tanti caloris debet esse stomachus uiuente animali, quòd continue concoquat alimẽtum & potum in stomacho; & sic est tantæ potentiæ, quòd dissoluit putredinem istam pro generatione horum uermium; & sic stante uita non possunt generari in stomacho, quia in stomacho est multa copia caloris, quę undiq; cõcurrit ad decoquẽdũ: & calor uehemens prohibet putredinem: & ad generationem uermium requiritur multa copia putredinis: ergo in stomacho non possunt generari: quid ergo dicendum? quia omnes concedunt primum, quòd in stomacho sano non possunt generari uermes; & in stomacho non perfecte sano, aliqui dicunt, quòd sic, & aliqui quod non: dico, ut dixi tenendo cum Aristotele, quòd non possunt in stomacho generari uermes aliquomodo, licet hic sit problema neutrũ, & quælibet pars possit tueri. Si uero tueantur Aristo. quòd stante uita animalis impossibilis est eorum generatio in stomacho, dico ad argumenta, & primo ad primum, cum dicis, quòd ex putredine phlegmatis in stomacho sæpe fit febris; ergo in stomacho possunt etiã generari ista animalia ex putredine; dico, negãdo argumenta, quia, licet generetur febris ex putredine phlegmatis in stomacho, non tamen possunt generari uermes, quia maior copia putredinis requiritur in generatione uermium, quàm febris; & tanta putredo non potest esse in stomacho stante uita animalis, propter uehementem calorem eius resistentem huiusmodi putredini, quia calor exercet coctionem cibi: & ideo nõ possunt ibi generari isti humores, ex quibus generantur uermes stante uita animalis: & per hoc patet solutio secundi. De tertio, cum dicebas, quòd generantur in hepate; ergo à fortiori in stomacho; dico, quòd non generãtur ista animalia in hepate cuiuslibet animalis, sed tantum in hepate ouis, non autem in hepate hominis: possunt autem generari in hepate ouis propter eius diminutum calorem; in homine uero, quia eius stomachus est calidior hepate eius, nõ possunt generari: ista animalia, quia longe calidior est omnium. Si uero hæc uia non placet uobis, teneatis uiam Conciliatoris & Alberti, quòd scilicet in stomacho perfecte sano non possunt generari illa animalia: & de hoc stomacho perfecte sano intelligit Aristo. quando dixit in stomacho nõ generari animalia, sed in stomacho non perfecte sano bene possunt generari: tamen, domini, difficile èst uidere ueritatem. Et ideo ad argumenta partis oppositæ respondeo, cum dicebatur, quòd in renibus & in uesica, & in dentibus, & in matrice, & inter cutim & carnem, est generatio horum uermium; ergo & in stomacho. dico, quòd uerum est, quòd in omnibus istis locis generantur ista animalia: &, cum dicis, ergo in stomacho, nego argumentũ, quia illa membra non sunt tanti caloris, sicut est stomachus, quia illa membra longe recedunt à fonte caloris, scilicet à corde; stomachus uero est proximus cordi, ideo est calidius membrum; & ideo non possunt uermes generari. De secundo, quia in stomacho possunt esse causæ generationis horum animalium, scilicet tum causa efficiens, tum materialis, pro generatione uermium; ergo in stomacho possunt generari isti uermes; dico, quòd uerum est posse esse materiam generationis horum animalium in stomacho; sed ibi non potest esse tãta putredo, quòd sufficiat pro generatione horum animalium: non nego tamen, quòd in stomacho possit fieri aliqua putredo; sed non tanta potest fieri, quanta requiritur pro generatione horum animalium, propter calorem uehementem stomachi. Alia dubitatio principalis sequens est circa definitionem digestionis, quia multæ imminent difficultates, & nos utemur uia ipsius Aristotelis, & Auerrois, quia Aristo. secundo Posteriorum dicit, quòd uia soluendi quæstiones circa rem, est quærere & inuenire definitionem eius, quia inuenta definitione quæstiones sunt solutæ: & ideo quæritur, an hæc definitio digestionis sit bene

&

& recte tradita, cum dicitur, quòd digestio est perfectio: & ideo primo quæritur, an hæc particula sit recte posita, quia definitur, quòd digestio est perfectio in naturali & proprio calore ex oppositis passiuis: ideo quæritur an hæc prima particula, scilicet digestio est perfectio, sit recte posita in hac definitione: & arguitur, quòd non, quia perfectio est uerbum transcendens, quia actus & perfectio conuertuntur: sed ex 6. Topicorum rtanscendentia non debent poni in definitione, quia definitio non debet dari per rtanscendentia: ergo, cũ perfectio sit transcendens, non debet poni loco generis, quia definitio deber dari per proprium genus. quòd autem actus & perfectio sint rtanscendentia, pater, quia actus & perfectio conuertuntur; sed actus & potentia sunt primæ passiones entis, ergo. Tum secundo, quia perfectio non est per se una transmutatio, & per se una res, sed acquiritur ex pluribus transmutationibus, quia primo ibi est calefactio humidi: secundo est humidi subtiliatio: tertio est humidi euanescentia: quarto est humidi constantia, & perfecta eius admixtio cũ sicco; ergo non est una transmutatio neque una perfectio, sed aggregatum ex pluribus: sed omnis perfectio, est una perfectio: ergo coctio non est perfectio. Tum tertio, quia coctio est modus: sed omnis modus ex tertio Physic. est imperfectus actus, quia est immixtus cũ potentia: ergo non est actus perfectus; ergo nec perfectio: quomodo ergo dicit Aristot. quòd digestio est perfectio? Quarto, quia datur superflue coctum, & non datur superflue; perfecte ergo coctio non est perfectio: quòd autem detur superflue coctum, patet ex Auicenna quarta primi, dicente, quòd generatur bilis ex superflua coctione, sicut phlegma ex diminuta decoctione generatur: ergo datur superflue coctum; superflue autem perfectum non potest dari: ergo coctio non est perfectio: ergo coctum non est perfectum. Vltimo dubitatur, quia quinto Ethicorum cap. de perfecto dicit Aristo. quòd perfectum est, cui nihil deest in proprio genere, sed in proprio genere datur magis & minus perfectum: ergo in proprio genere perfectum non recipit additionem, sed datur magis & minus digestum & coctum in eodem genere: ergo coctio non est perfectio, neque coctum est perfectum: quòd autem detur magis & minus coctum, patet in animalibus, quia in principio uitæ omnia animalia sunt minus decocta, quàm in ætate iuuentutis, quia in principio generationis eorum prius est imperfecta coctio, & deinde magis coquitur & digeritur: sed in proprio genere non datur magis & minus perfectum: ergo coctio non est perfectio interminati humidi. in oppositum est descriptio de digestione, quòd est perfectio interminati humidi. Ad hæc argumenta, & primo de primo, cum dicis, quòd transcendens non debet poni in definitione, uerum est, quia tantum genus proximum & differentia debent poni in definitione: sed perfectio est transcendens, uerum est: quomodo ergo ponitur loco generis? oh dico, quòd non accipitur hic perfectio transcendens, pro quanto, scilicet perfectio transcendit omne genus, quia omne genus est perfectum; sed hic accipitur perfectio limitate, scilicet in proprio genere, scilicet qualitatis, id est coctio est perfectio, id est coctio est qualitas perfecta: & in quo genere? oh iam dixi in genere qualitatis, quia coctio est perfectio, idest qualitas perfecta. Sed dices, in qua specie qualitatis, & nunquid in prima specie, ita, quòd sit calor aut frigus; aut non, sed est de secundis qualitatibus, ut sapor uel color? Domini, hic laborant expositores ad declarandum, quæ res sit ista qualitas & ista perfectio, ex quo Aristo. dicit, quòd cap. in gener. Auer. hic in com. 14. & ista Thimon in quæstionibus suis pulcherrimis uidetur dicere, quòd qualitas ista est qualitas secũda, scilicet complexio, quæ est qualitas secunda, quæ nascitur ex actione & passione qualitatum primarum: & ista qualitas est passio mixti, quia est perfecta qualitas, quę resultat ex quatuor qualitatibus primis. sed quare hæc qualitas appellatur perfectio? oh propter hoc, dicunt, quia est principium operis, quia tunc anima potest exercere eius opera mediante hac complexione; ut animal dicitur perfectum, cum potest exercere operationes suas proprias, & sibi pertinentes; ut dicitur perfecta iuuentus, quæ potest exercere suas proprias operationes: ita etiam ista qualitas dicitur perfectio, quia est principium operationis ipsius animalis. Sciendum tamen est, quòd illa perfectio bifariam sumi potest, ne æquiuocetis in nomine perfectionis seu coctionis; uno modo potest sumi pto transmutatione; alio modo potest sumi pro qualitate, & uia, ad quam est transmutatio? pro uia ad transmutationem; sicut secundo Physic. dicit

eit Aristo. quòd generatio potest dici natura, quia est quædam uia in naturam: ita etiā uia ista ad transmutationem dicitur digestio quædam, quia uia est ad digestionem: & dicunt isti scilicet Auerro.& Thimon, quòd Arist. in hoc loco accipit coctionem pro qualitate ista perfecta in se, ad quam est ista transmutatio; non autem accipit hic Aristo. quando dicit digestio est perfectio, digestionem pro uia ad transmutationem, sed pro transmutatione in se, quæ est complexio, ut ipse dicit. Sed hæc opinio falsa est, & difficilia sunt eorum uerba interius, licet in superficie appareant clara; primo, quia, si coctio, seu digestio, seu qualitas ista perfecta, & complexio, & dicit quomodo ista, cum complexio sit æqualiter effectus omnium qualitatum primarum, quia æqualiter resultat ab omnibus qualitatibus primis, scilicet tam ex humido & sicco, quàm ex calido & frigido, sequeretur, quòd digestio non esset magis effectus calidi & frigidi: quàm humidi & sicci; cuius oppositum dicit Arist. quia dicit, quòd digestio est effectus à calido & frigido passiuo, non ex humido & sicco; & complexio efficitur tam ex humido & sicco, sicut etiam ex frigido & calido, & non passiue ab humido & sicco, si est ut dicit Auer. Primum ostendo, scilicet, quòd temperamentum & complexio resultet ex omnibus qualitatibus primis, inuicem æqualiter agentibus & patientibus, ex secundo de generatione & corruptione, ubi probauit, quòd temperamētum seu cōplexio ista resultat æqualiter; & sic ex actione humidi & sicci, sicut ex actione frigidi & calidi, quia ex mutua actione omnium quatuor qualitatum primarum æqualiter effectiuarū & passiuarum resultat complexio, quia non magis effectiue complexio est à frigido & calido, quàm humido & sicco: & sic coctio non magis esset à calore & frigore effectiue, quā ab humido & sicco, ut uult Aristo. hic secundo, quia coctio est passio mixti; & ideo dicit Aristo. quòd aqua non potest concoqui, quia omne, quòd concoquitur, debet esse mixtum, quia id, quod concoquitur, eius humidum à calido crassescit: sed esse mixtum, est mixtum per complexionem: ergo esse mixtum est complexionatum; ergo omnis coctio præsupponit complexionem; ergò coctio non est complexio: quòd autem præsupponat digestio mixtum, patet, quia, nisi resultet complexio, non sit mixtio, de qua loquitur Aristo. secundo de generatione & corruptione, quia mixtio fit ex mutua actione qualitatum primarum, ex qua actione postea resultat crasis: ergo coctio præsupponit mixtionē, quia est passio mixti; ergo coctio non est complexio: & sic patet, quòd coctio præsupponit mixtionē, quia coctio est passio mixti, & mixtio fit, cum est acquisita complexio, quia complexio est terminus mixtionis: ergo mixtionem præsupponit coctio. Tertio, quia, si coctio esset cōplexio, sequeretur, quod permutatio complexionis à calido in frigidum, uel contra, stante tamen temperamento in qualitatibus passiuis, esset coctio; quòd ostendo, quia ista permutatio est ad qualitatem, quæ est complexio, quia est illa complexio noua; & per te complexio est digestio; ergo hæc permutatio complexionis à calido in frigidum est coctio: consequens est contra omnes medicos & philosophos, scilicet, quòd permutatio à calido in frigidum sit coctio, & econtra, quia tantum permutatio ex humido in siccum est digestio secundum Aristotelem, & non si augeatur calor aut frigus, ut sequitur per te.

Quarto & ultimo, quia, ubi Socrates labatur à temperamento naturali tam uersus calidum, quàm uersus frigidum, & tam uersus humidum, quàm uersus siccum, semper secundum hanc opinionem ista erit incoctio, quia, ex quo per te temperamentum complexionis, seu complexionis ipsa est coctio rei, ergo distemperamentum rei erit incoctio, quia, sicut temperamentum est coctio, ita distemperamentum est incoctio: ergo lapsus ad unam harum primarum qualitatum ipsius Socratis, erit incoctio, quia per te incoctio est temperamentum naturale; ergo temperamentum præternaturale est incoctio; cuius tamen oppositum dixit Aristo. supra, quòd s. incoctio fit aut ex abundantia humidi, aut ex defectu calidi; & non dicit, quod lapsus ad calidum aut ad frigidum sit incoctio: ergo opinio ista falsa, & ita est de facto iudicio meo: uerum tamen est, quòd ista coctio, est quædam qualitas perfecta; sed ista qualitas perfecta non est complexio, quemadmodum dicunt isti &c.

Erat dubitatio circa descriptionem digestionis, quæ erat, quòd digestio est perfectio nutrimenti humidi à calido: & fuit dubitatio primo de prima particula, uidelicet quod digestio est perfectio, quòd non uidebatur esse recte posita, quia perfectio, cum sit trāscendēs,

non debet poni in definitione loco generis, quia genus debet esse proximum & non transcendens. Respondent omnes, quòd duplex est perfectio, quia bifariam potest sumi; uno modo sumitur, ut, scilicet quando conuertitur cum actu; &, ut sumitur sic, non ponitur in definitione: alio modo sumitur perfectio limitate & determinate in genere qualitatis, & sic sumitur hic limitate, scilicet in genere: & in quo genere? qualitatis, ut dixi: & ideo est sensus, quòd coctio est perfectio, idest qualitas determinata perfecta. Erat deinde dubitatio, cuiusnam speciei qualitatis sit hæc qualitas, ex quo est qualitas: dixi, quòd Auer. & Thimõ dicunt, quòd ista qualitas perfecta est complexio, quę complexio resultat ex actione & passione primarum qualitatum, ut dicit Aristo. secundo de generatione & corruptione, & reieci hanc opinionem præcipue hoc argumento, quia sic permutatio à calido in frigidum, et econtra, esser digestio: tum secundo, quia digestio est passio mixti: sed omne mixtum complexione est mixtum, qui terminus mixtionis secundum Aristotelem est crasis seu temperamentum uel tempetatura, resultans ex illis qualitatibus, ut habetur secundo de generat. & corruptione, quia tam diu agunt & reagunt elementa, usque quo fiat temperamentum, & fiat mixtum; si uero resultat complexio, non est mixtum: ergo mixtum præsupponit cõplexionem; & digestio est passio mixti; & mixtum per complexionem, ergo supponit complexionem: ergo si digestio præsupponit complexionem, nõ est complexio ipsa: & propter hæc argumenta Vgo senensis aliter dicit. Et ideo est secunda opinio, quæ est Vgonis secundo Techni, ubi dicit, quòd ista qualitas perfecta, quæ est digestio, nihil aliud est, nisi complexio; sed, ut euitet hoc argumentum factum contra Auerroem & Thimonem, quia, scilicet tunc permutatio à calido in frigidum, & econtra, esset digestio, dicit, quòd duplex est cõplexio mixti, una in qualitatibus actiuis, & alia in qualitatibus passiuis; & dicit, quòd digestio non est complexio totalis in omnibus qualitatibus, sed tantum est ea complexio, quæ est in qualitatibus passiuis, in humido, scilicet & sicco: & ideo, si sit ista complexio in qualitatibus actiuis, ita, quòd acquiratur in qualitatibus actiuis, non debet dici digestio, & ideo, si permutatur mixtum à calido in frigidum, & econtra, non est digestio; si uero permutatur ex humido in siccum; dicit ipse, quia ista permutatio est in qualitatibus passiuis est digestio: & dicit, quòd hæc complexio habet latitudinem in specie, sicut idem permanens in propria specie potest ab extremo ad extremum uariari, quia complexio, puta pueri, potest uariari, quia habet latitudinem, quia potest semper manendo in complexione, uariari ab humido in siccum, & econtra: & hæc est opinio Vgonis. Sed hæc opinio habet difficultatem; nec est opinio Aristotelis, quod ostendam; primo quia, quòd ponatur una complexio partialis in qualitatibus passiuis seiuncta à qualitatibus actiuis, non uidetur peripateticũ, quia omne mixtum est per se unum per unam complexionem, & mixtione mixtum est mixtum, mixtio autem est complexio: ergo est una tantum complexio, qua mixtum est unum mixtum. Secundo & fortius, quia digestio est passio mixti, & perfecti mixti; & esse mixtũ perfectum habet complexionem tam in qualitatibus actiuis, quàm in passiuis, quia omne mixtum perfectum est mixtum mixtione, & terminus mixtionis est complexio, quia forma forte substantialis non est terminus mixtionis, quia est terminus extrinsecus, ut secundo de generatione diximus; & esse mixtum præsupponit mixtionẽ in quatuor primis qualitatibus, ergo non in duabus tantum: ergo digestio præsupponit complexionem etiam in qualitatibus passiuis: ergo illa complexio non est digestio, quia idem non præsupponit seipsum. Tertia ratio est, quia, si digestio est in qualitatibus passiuis, tunc sequeretur, quòd omnis permutatio ab bumido in siccum, & econtra, esset digestio; quod tamen falsum est, quia, ut dicit Aristo. digestio non est aliud, nisi permutatio ab humido in siccum, & consistentia ipsius humidi, quatenus humidum, quod erat tenue, fit crassius & constans per digestionem, & non econtra à sicco in humidum: sed non fit crassius bumidum, nisi quia decoquitur humiditas, & acquiritur sicciras: ergo nullo modo permutatio à sicco in humidum potest dici digestio. Et ideo Alexander & Olympiodorus dicunt aliter, dicunt enim ipsi, quòd digestio bifariam sumitur, uno modo pro actu primo, & alio modo pro actu secundo: digestio pro actu primo, est qualitas perfecta; & cuius speciei qualitas? dicunt, quòd est constanria humidi, scilicet terminatio humidi; & ista constantia & terminatio humidi dicitur

digestio

digestio ab Aristotele: sed quid est dictu hoc, scilicet terminatio humidi? oh propter hoc, quia humidum erat superfluum, & per digestionem amisit quasi supetfluum, & sic, quod remanet, restar constans & crassius, quæ constantia est causa, quòd illud humidum ptoprio termino rerminetur, & hoc fit à calore naturali; & hæc est digestio apud Aristotelem, scilicet constanria & crassities acquisira ipsi humido, ex hoc, quòd à calore natutali pattes subtiliores euanescunt remanentibus crassioribus: &, quòd ita sit, patet ex uerbis Aristot. quia dicit, quòd mustum, & nascentiæ, & lachrimalis fluxus tunc dicuntur digeri, quando eorum humiditas à calore naturali acquirit consistentiam: tum secundo, quia dixit, quòd superfluitares animalium, sicut urina & fœces, digestæ demonstrant sanitatem eorum præsentẽ uel futuram, demonstrant, scilicet digestionem, quia, dicit Aristo. indicant nobis dominium caloris naturalis super humidiratem, quia hoc modo fit digestio, scilicet ex dominio caloris super humiditatem; & hoc dominium est causa sanitatis, & ideo significat sanitatem presentem aut fututam. Tertio, quia dicit, quòd omnia, quæ digeruntur, crassiora fiunt: & exposui pet crassiota non maiora, ut multi exponunt, sed crassiora, id est constantiota & solidiora, quia aliquando minora fiunt, quia ista digestio non fit nisi resolutione & euanescentia humidi, ex qua resolutione humidi tenues partes, quæ remanent, fiũt crassiotes: & ideo, quæ digerunť, crassiora redduntur, & non maiota: & ista est etiam ratio Galeni 4. de regu. acut. com. 4. etiã cõ. 44. & ista est generalis propositio, quòd omnia, quæ digetuntur, fiunt crassiora; & non patirur instantiam; ita, quod hæc propositio manifesta est, quia hæc est sentẽtia Aristotelis, quòd, quæ digeruntur, fiunt crassiora & cõstãtiora (quòd si de musto & alijs uidetur oppositum, dicemus infra) & non dico crassiora fiunt, idest maiora, immo est oppositum, quia fiunt minora, quia euanescit pars humidi tenuis: &, si aliquando, quæ digeruntur, fiunt maiora, ut fructus, quando digeruntur, dico, quòd non fiunt maiores, quia digeruntur, sed fiunt maiores ratione nuttitionis, quia eis additur substantia ratione nuttimẽti: & sic non fiunt maiores ratione maturationis seu digestionis, sed fiunt maiores rarione nutritionis, quia enim nuttiuntur, fiunt maiotes, cum digeruntur, quàm cum sunt crudi & maturi. Quarto quia dicit, quòd duplex est causa incoctionis, aut, scilicet defectus calidi; aut superfluitas humidi non potentis pati à calido: ergo omnis coctio fit à calido ptoportionato agente in humidum. Sed dices, ex quo ista constantia seu ista digestio, est qualitas, quæ qualitas est, in prima specie, an in secunda specie? dico, quòd est quædam qualitas in secunda specie, quia est modus . . quia est densitas, quia fiunt densiora, quando scilicet resoluunrur partes tenues humidi, & remanent partes crassiores & constantiores: alio modo potest sumi digestio pro actu secundo, scilicet pro illa trãsmutatione ad illam constantiam: & uarie loquitur Aristo. & in definitione accipit digestionem pro actu primo, scilicet pro qualitare illa perfecta, quæ acquiritur post illam transmutationem mediante calore; & sic est perfectio, quia resolutis parribus humidi tenuioribus remanent parres crassiores: alibi uero Aristo. accipit digestionem pro transmuratione ad illam cõstantiam, quæ est digestio pro actu primo; & est, quando dicitur, quòd terminus digestionis est uerius, & ibi accipit digestionem pro actu secundo. Sed contra hanc opinionem etiam non deficiunt dubitationes; & Vgo adducit multa argumenta, inrer quæ sunt multa leuiora, quæ omitto, accipiendo tantum fortiora: & primo arguit Vgo, sequitur ex dicto Aristot. quòd non tantum mixta decoquantur, & ex crudis fiant cocta, sed ex coctis etiam possunt incrudari; cuius oppositum dicit Auerr. terrio colliget, capite de generarione febris cholericæ; & omnes medici conueniunt cum eo: & ibi dicit Auerr. quòd non est possibile, quòd cholera recipiat aliquam digestionem, quia non est possibile illi rei, quę transiuit terminũ decoctionis, quòd redeat ad terminum decoctionis; sicut nec est possibile, quòd assum reuertatur ad elixum: ergo coctum non potest incrudari: quòd autem hoc sequarur, respondeo, quia si pet se hæc coctio est permutatio ab humido in siccum, sicut mixtum est permutario à distemperamento ad temperamentum, ita etiam econtra à temperamento ad distemperamentum, quia; si permutatur Socrates à distemperamento ad temperamentum, ita etiam potest petmutari, econtra; idest, sicut permutatur in accessu humidi ad temperamentum, ita etiam potest ecõtra permutari: cum etgo coctio sit quædam complexio temperata ipsius humidi, sic etgo

potest permutari Socra. ex accessu humidi ad temperamentum, ita etiam potest permutari à temperamento ad excessum humidi; ergo à cocto in crudum: & sic uicissim posset esse ista transmutatio. Tum secundo, quia dicit de nutritione; quòd est digestio; & ibi non fit ista constantia, quia nutritio est conuersio nutrimenti in substantiam nutriti, & ista non est illa constantia in sui ratione formali: ergo non omnis digestio ex sui ratione formal. est ista constantia humidi; ergo. Tertio, quia, si coctio est passio humidi: ergo per te digestio esset semper passio humidi, non autem sicci; cuius oppositum dicit Aristo. quia dicit, quòd hæc passio est communis terminus humiditatis, tum siccitatis; ergo: & confirmo fortius, quia, sicut Aristo. dicit ex expositione tua, quòd ista coctio nihil aliud est, nisi resolutio superflui humidi, & cõstantia eius; cur non dicit etiam, quòd resolutio superflui sicci, & constantia eius sit coctio? dicas tu causam, & præcipue cum secundum Aristo. digestio sit passio communis & siccitatis & humiditatis. Quarto, quia supra dixit Aristo. quòd uarius est finis coctionis; & sic Aristo. accipit coctionem pro transmutatione & pro actu secundo: aliquando dicit, quòd est quædam caliditas acquisita, per quam aliquid redditur potabile aut comedibile: aliquando eius terminus est forma substantialis: & sic uario modo loquitur Aristo. ut dixi uobis de digestione: quomodo ergo dicis tu, quòd terminus ipsius digestionis est constantia ipsius humidi, cum Aristo. dicat, quòd uarius est finis digestionis? quomodo ergo potest esse constantia humidi formaliter, & postea habeat uarios & diuersos fines & terminos? Quinto & ultimo, quia Aristo. supra dixit, quòd putredo est digestio, & dicit, digestione enim humidum acquirit utilitatem, quòd humidum per digestionem fit utile, sicut assata, & elixata, & sicut putredo: ergo Aristo. numerat putredinem inter digestiones: sed, si putredo est digestio, tunc putredo erit perfectio, & non imperfectio, & tamen supra dixit, quòd putredo est imperfectio, quia est corruptio putrescentis; ergo non est digestio, quia digestio est illa qualitas perfecta, & perfectio: ergo non omnis coctio est perfectio, ut dicit Aristo. ergo Aristo. non sibi constat: & istæ sunt potiores rationes contra hanc materiam. De primo, cum dicis, quia data illa expositione sequeretur, quòd non tãtum crudum posset decoqui, sed etiam coctum posset incrudari, dico, negando, quòd sequitur, quòd coctum possit incrudari; quia coctum non potest incrudari, quia, ex quo coctum est, ideo resolutum est humidum & superfluum, & non potest incrudari, nisi ab actione caloris; sed calidum non reponit humidum, sed resoluit; & ideo coctum non potest incrudari: &, cum probas, quia ita potest mixtum permutari ab inconstantia humidi ad constãtiã, sicut est econtra, dico, quòd, quando dicimus, quòd digestio est permutatio humidi in siccum, & est constantia ipsius humidi, non intelligimus istam proportionem in simplicibus qualitatibus primis simpliciter, sed intelligimus per humidum, humidum substantiale, id est humidum, quod est substantia; non humidum quod est qualitas prima, quia nõ est simplex transmutatio in qualitatibus primis, sed in substantia humida: & ideo non sequitur id quod dicis. De secundo, quia nutritio est digestio, & nutritio non est constantia humidi, sed est conuersio nutrimenti in substantiam nutriti, dico, quòd in nutritione duo quæruntur: primo alteratio præcedens, secundo terminus nutritionis: Si nutritio sumatur quo ad alterationem præcedentem, sic ista est coctio & constantia ipsius humidi, quia fit constãtia humidi à calido & in transmutatione sanguinis in humiditates secundas & humiditatum secundarum in membra: & sic nutritio est coctio, quia semper ista nutritio procedit incrassando, resoluendo, scilicet partes crassiores, & crassando tenuiores: Si uero accipiatur nutritio pro completa perfectione & nutrimento actu, & pro nutritione nutrimenti in substantia nutriti & ad finem uiuentis, sic dico, quòd ista non est coctio, sed aggregatio quædam, ut dicit Aristo. secundo de generatione & corruptione: & sic primo modo est coctio ipsa nutritio, secundo uero modo non. De tertio, quia sic digestio erit passio solius humidi per te, cuius oppositum dicit Aristo. quia dicit, quod actiue fit à calido & frigido, passiue uero ab humido & à sicco, dico; ut dicit Olympiodorus, quòd per se ista passio est primo ipsius humidi, quia terminus primus coctionis est constantia ipsius humidi; secundario uero est ipsius sicci, quia, cum resoluuntur partes subtiliores humidi, acquiritur siccitas, quia ex consistentia humidi mixtum fit siccius: & ideo secundario concurrit siccitas; & sic digestio. Secundario

est

est ad siccitatem; & sic secundario est passio siccitatis; & sic concurrit etiam siccitas.

De alio, cum dicebas, cur Arist. non appellat istam coctionem resolutionem superfluæ siccitatis, sicut appellat coctionem resolutionem superflui humidi, cum ista sit passio cõmunis qualitatibus passiuis? ergo debet appellare digestionem etiam resolutionem superfluæ siccitatis temanente humido proportionato: de hoc infra dicemus. De quarto quia Arist. uatios terminos assignat digestionis, tu uero tantum assignas constantiam, dico, quòd duplex est terminus coctionis, unus inttinsecus, & alius extrinsecus: terminus intrinsecus coctionis est tantum ipsa constantia humidi: si uero quætatut eius terminus extrinsecus, sic uatius est; & de isto loquitut Atisto. cum dixit, quòd uatius est tetminus digestionis, quia aliquando fit ad esum, aliquando ad potum, aliquando ad pharmacum, aliquando ad alia, & isti sunt termini extrinseci, & de istis loquitur Aristo. quia, cum humidum superfluum ratione caloris natutalis resoluitur, fit utile, aliquando ad esum, aliquando ad potum, aliquando ad fotmam substantialem, uel ad aliam, & isti sunt termini extrinseci ipsius coctionis, & non intrinseci, quia intrinsecus tetminus coctionis tantum est constantia ipsius humidi: & ideo Atisto. loquitur de extrinsecis.

De quinto, quia puttedo est digestio, ergo est perfectio; & putredo etiam est imperfectio, quia corruptio putredinis, ut dictum est supra; etgo de hoc non est pauca contentio, quia tettio de generatione Animalium capite 11. dicit Atisto. quòd ex putredine nihil genetatut, sed generatio est quædam digestio, ptæcipue illa alteratio, quæ generationem præcedit; ergo putredo non est coctio: Tum etiam in quatto eiusdem cap. octauo de lacte, ubi inuehitut contta Empedoclem, qui dicebat, quòd generatio lactis est similis generationi putredinis, arguit Aristo. puttedo non est digestio; etgo lac non est pus: Tum etiam, quia Galenus tertio Techni dicit, quòd digestio facit cessate putredinem; etgo putredo non est digestio: Tum etiam quia, si putredo est digestio, sub qua specie digestionis reponitur? & sub nulla potest reponi, quia non est assatio, neque maturatio, neque elixatio; ergo non est digestio: Tum etiam quia digestio fit à calore naturali, putredo, uero à calote ptæternatutali; ergo non est digestio. Gentilis tettia ptimi, & Vgo senensis secundo Techni in quæstione de puttedine, dicunt, quòd reuera putredo nõ potest dici digestio, quia distinguunt, sicut qualitates conttatiæ; sicut calidum & ftigidum sunt qualitates conttatiæ & seiunctæ, ita digestio & puttedo sunt seiunctæ & conttariæ, quia non possunt esse unius speciei. Sed quid ad Atistotelem, quia supra numetauit puttedinem sub digestione? dicunt, quòd sic qualitates conttariæ bifariam contrariantur; uno modo quo ad gtadus intensos, & excedunt latitudinem; & quo ad gradus remissos: quo uero ad gradus intensos sic non sunt cõpossibiles, ut si sit frigus ut quinque, & calot etiam ut quinque, non compatiuntur, quia ambo simul excedunt latitudinem ut octo, quia excessus non debet esse ut gradus ut octo; ergo ut sic istæ non se compatiuntut: alio modo contratiantur qualitates contrariæ in gtadibus remissis, ita, quòd una sit in gradu temisso, & alia sit in gtadu intenso, ut una in gradu ut quinque, & alia in gtadu ut tria & sic se inuicem compatiuntur, & non contratiantur, quia sic calot & frigus se compatiuntur: & ista est sententia Aristotelis, quia istæ qualitates ex eatum essentia & natuta non contrariantur inuicem; ut uoluit Burleus in secundo Physicorum, & Gtegor. Atim. qui uolunt, quòd istæ qualitates sint ex sui natura conttariæ; quod falsum est, quia sic ftigiditas cuilibet caliditati esset contraria, & sic non se compaterẽtur in eodem subiecto, & sic nũquam fieret mixtio: dicunt ergo isti, quòd, sicut caliditas & frigiditas in qualitatibus remissis se compatiuntut, & tamen sunt qualitates contrariæ, ita etiã puttedo & digestio, licet sint conttariæ, se compatiuntut in qualitatibus remissis: & sic, quãdo Aristo. dicit, quòd putredo est digestio, intelligit in qualitatibus temissis: quando uero dicit, quòd putredo non est digestio, intelligit in gradu intenso: & sic dicunt, quòd putredo non est digestio ptimo modo, sed secundo sic, quia in putredine potest esse aliquis gradus coctionis, & econtra. Si dicas, quid dicemus in statu febris humoralis? quia tunc materia est summe digesta, & tamen adhuc putrescit, quia adhuc generatur febris; ergo cum summa digestione etiam stat putredo: Tum etiam in tertio artis patuæ dicit Galenus, quòd si sanguis conuersus sit in saniem perfectam & laudabilem, ut etiam dicit idem in fine regi-

minis acutorum, ista est digestio perfecta, quia sanguis est summe digestus, & tamen ibi est
putredo : ergo cum digestione summa adhuc stat aliquis gradus putredinis : ergo digestio
& putredo non sunt oppositæ, neque qualitates contrariæ, ut tu dixisti. Respondēt ipsi ad
argumenta, & primo, cum dicis de statu febris humoralis, ubi tunc est perfecta digestio, &
tamen adhuc putrescit, quia, adhuc causatur febris, dicunt ipsi, quòd illa est impropie di-
gestio de qua non loquitur Aristo. & quæ digestio est illa ? oh dicunt, quòd est obedientia
humoris, ut expellatur à calore naturali : & de isto non loquitur Aristo. quia hæc est impro
pria digestio, sed ista, de qua loquitur Aristo. est propria digestio, & non ista. Et eodem pa
cto dicunt de secundo, si ex sanguine putrescente uel alio humore generetur sanies lauda-
bilis, ista est digestio, & tamen est putredo aliqua; respondent negando, quòd hic sit putre-
do : oh quomodo ergo dicit Galenus in primo de differentijs febrium, quòd hic est putre
do ? dicunt, quòd Galenus intelligit, quòd est putredo impropie, quia illa putredo fuit fa
cta ex aliquo humore, scilicet ex sanguine putrefacto, non autem quòd hic sit aliqua putre-
do reuera, sed fuit facta putredo ex sanguine & sic intelligunt dictum Aristo, cum tamen di
cit, quòd digestio non est putredo, intelligit in gradibus intensis; cum autem aliquando di
cit oppositum, intelligit in gradibus remissis, ita, quòd opinio istorum stat in hoc, quòd di-
gestio non est putredo, cum econtra . . distinguantur ut qualitates non remissæ: &, cum
Aristo. dicit, quòd putredo est digestio, intelligit, quòd cum digestione se compatitur pu-
tredo; & potest esse considerando eas in gradu remisso; considerando autem in gradu in-
tenso non potest. Sed hæc opinio istorum habet unam solam difficultatem, quia, ex quo
dixit, quòd digestio nihil aliud est, nisi coctio humidi, & euanescentia partium humidi su-
perfluarum, partibus tamen constantibus remanentibus; hoc stante arguitur sic, eadem eua
nescentia partium tenuiorum sicut respectu humidi euanescentis est corruptio & putredo
& imperfectio, ita etiam respectu formæ generandæ potest dici perfectio, sicut una & eadē
permutatio potest dici corruptio & generatio in corruptione materiæ, cum generantur ani
malia ex putredine; respectu enim illius materiæ putrescentis est imperfectio & putredo:
respectu uero formæ generandæ est coctio & perfectio, quia hæc digestio humidi, quod hic
constat, ut materia mixti corrumpendi, dicitur putredo & imperfectio: respectu uero formę
generandæ dicitur digestio & perfectio; sicut in proposito, cum aqua calefit, corrumpitur,
respectu uero aeris, qui generatur, dicitur hæc digestio generatio; sic putredo respectu mi-
xti nutriendi dicitur putredo, respectu uero generandi dicitur digestio & generatio : ita in
casu eadem permutatio humidi potest dici putredo, & coctio; putredo quidem & imperfe-
ctio respectu humidi, quod corrumpitur; potest etiam dici coctio & perfectio respectu hu
midi, quod remanet, quod coquitur & crassescit : & ideo recte dixit Aristo. supra putredi-
nem esse coctionem, scilicet respectu diuersorum : Quod uero Arist. dixit in libro. 9. de par
tibus animalium, quòd ex putrescente nihil generatur, uerum est, secundum rationem for
malem sui, quia putrescens, qua putrescens, corrumpitur; &, qua corrumpitur, nihil gene-
ratur, sed per accidens aliquid generatur ex eo, quòd putrescit, non tamen sub ratione, qua
est putrescens : & sic intelligit Aristo. quòd ex putrescente, qua putrescens est, nihil genera
tur. De secundo, quod dicis de lacte contra Empedoclem, quòd generatio lactis non est
generatio putredinis, quia putredo non est digestio, sed generatio est digestio; dico, quòd
uerum est, quòd putredo non est generatio respectu eiusdem, sed respectu diuersorum po-
test putredo esse generatio & digestio, quoniam respectu eius, quod putrescit non est gene
ratio, sed respectu eius, quod generatur. Et ita etiam ad id, quod addit Galenus 3. Techni,
quòd digestio excludit putredinem uerum est respectu eiusdem, quia digestio, qua digestio
est, respectu eiusdem non compatitur secum putredinem, Cum dicis de alio, sub qua spe-
cie digestionis comprehendatur putredo si est digestio; dico, quòd comprehenditur sub
qualitatibus harum, uel sub maturatione, uel sub elixatione, uel assatione: sub qualitatibus
enim secundum diuersa potest comprehendi, siue hæ species actionis sint à natura, siue ab
arte; quod addit, quia sic calor naturalis non est idem, & præter naturam : Sed digestio fit
ex calore secundum naturam, & putredo à calore præter naturam, ergo putredo non est di
gestio; dico, ut iam dixi suprà, quòd idem calor potest respectu diuersorum esse præter na
turam,

turam, & secundum naturam: & dico, idem calor & in eadem mensura potest respectu di-
uersorum dici præter naturam, & secundum naturam; potest enim dici præter naturam re
spectu eius, quod corrumpitur; & potest dici naturalis respectu eius, quod generatur, ut ca
lor corrumpens lignum, è cuius putredine generantur uermes: iste enim calor potest dici
præter naturam, & secundum naturam, in eodem gradu. est quidem præter naturam respe
ctu ligni, quod corrumpitur: est uero idem calor secundum naturam, respectu uermiũ, qui
generantur ex ligno, mediante calore illo, ut etiã supra uobis dixi: sic ergo, cum dicis, quòd
putredo fit à calore præternaturali, & digestio à calore naturali; ergo putredo non potest
dici digestio; hoc nihil est, quia ille idem calor diuersimode sumptus, dicitur secundũ na-
turam, & præter naturam. De secundo principali, cum dicebas, quòd digestio non erat
una transmutatio, sed plures transmutationes, quomodo ergo dicit Aristo. quòd coctio
est una perfectio? Sum contentus, post festiuitates paschales prosequar in textu postea
de hoc uidebimus.

Erat dubitatio circa digestionis descriptionem per omnes eius particulas; & primo in
illa parte, quæ erat genus eius, quia dicebatur, quòd digestio erat perfectio à proprio & na
turali calore ex oppositis passiuis: & dubitabamus, quomodo digestio sit perfectio, perfe-
ctio enim est transcendens, & definitio non datur per transcendentia: & dixi, quòd hic ca-
pitur perfectio non transcendenter, sed limitate, scilicet quòd sit qualitas perfecta: sed, quę
nam sit hæc qualitas, dixi plures opiniones, ut Vgonis, & aliorum: & tenui opinionem O-
lympiodori, quod esset constantia quædam, & condensatio quædam; acquisita ipsi humido
ex resolutione partis tenuioris ipsius humidi superflui, & hæc condensatio erat illa perfe-
cta qualitas; & hæc erat recta expositio uerborum Aristotelis: & sic coctio non est cõmix-
tio humidi in sicco, sed est condensatio humidi, & resolutio partis tenuioris. Erant & aliæ
dubitationes contra expositionem istam, quas etiam solui. Erat etiam secunda dubitatio,
quia omnis perfectio est quid unum: sed coctio est quid aggregatum ex pluribus transmu
tationibus, primo enim dicit transmutationem humidi, quia humidum prius calescit, & po
stea subtiliatur, & postea resoluitur & euanescit; & ultima est commixtio humidi cum sicco:
ergo coctio non est perfectio, quia non est quid unum, & perfectio est quid unum. Iam di-
xi, quòd digestio ex sua ratione formali est quid unum per se, quia est una transmutatio, sci-
licet resolutio superflui humidi, & constantia humidi remanentis, illa parte superflua euane
scente; & sic etiam per se una perfectio, per accidens autem annectuntur plures transmuta
tiones, scilicet calefactio humidi, & resolutio, & commixtio humidi cum sicco: & ratio est,
quia ista constantia humoris est quædam condensatio, quæ est qualitas secunda: sed ex se-
cundo, & septimo Physicorum, ad qualitates secundas non est motus, nisi prius sit in primis
qualitatibus, quia sapor non uariatur nec odor, ni præsupponatur uario modo in qualitati-
bus primis: necessarium est, quòd prius fuerit transmutatio & alteratio, & pręcedat ipsa ca
lefactio, & deinde resolutio superflui humidi cum subtiliatione præcedente, & postea fiat
ista condensatio, quæ est coctio: & sic coctio per se est quid unum, per accidẽs uero est plu
res transmutationes, quia includit plures transmutationes; & sic est perfectio. Tertio ar-
guebaẽ? quia dicebaẽ, quòd coctio est motus; & omnis motus est actus imperfectus; ergo
coctio non est perfectio: quòd autem motus sit actus imperfectus, patet ex definitione mo
tus, in tertio Physicorum: Dico, ut dicebam alia die, quòd coctio sumitur bifariã; uno mo
do pro actu primo, scilicet prout est quædam qualitas, quæ acquiritur per transmutationẽ;
& sic sumitur pro actu primo: alio modo sumitur pro actu secundo, scilicet pro ut est quæ-
dam uia in illam qualitatem, & in acquisitione ad illam qualitatem, scilicet pro transmuta-
tione illa ad qualitatem illam acquirendam: & tunc dico: quòd, cum Aristo. dicit, quòd co
ctio est perfectio, capitur coctio ab Aristotele non prout est motus & uia ad qualitatem il
lam, sed prout est qualitas acquisita per illam transmutationem, & sic coctio est perfectio:
alio modo sumitur perfectio ab Aristotele, quando dicit, quòd uerius est terminus coctio
nis & finis, quia ibi accipitur pro actu primo, scilicet pro transmutatione ad illã qualitatẽ, et
prout est motus ad illam; & sic non est perfectio & finis, seu terminus eius est uarius, sed
tunc est perfectio, prout describitur ab Aristotele, quia tunc est qualitas acquisita per mo-
tum:

tum: & sic nego, quòd coctio sit motus, aut transmutatio, cum accipiatur pro qualitate illa
perfecte acquisita, licet etiam possit capi pro motu. Quarta dubitatio est, quæ est annexa
huic, quia omnis perfectio 5. Metaph. cadit à re perfecta, quia, cum Aristo. ibi definit perfe
ctum, dicit, quòd perfectum in unoquoque genere est, cui nihil deest illius dispositionis,
qua sic dicitur esse perfectum; & sic nõ datur magis aut minus perfectum: si sic est ergo co-
ctio est perfectio; ergo ita se habet, quòd nihil ei deest illius dispositionis, qua dicitur perfe
ctum; ergo nihil deest, quo possit dici magis & minus digestum, quia nihil deest illius dispo
sitionis, quia, sic aliquid ei deesset, tũc nõ esset perfectio, quia aliquid deficeret. Dico, quòd
perfectio capitur dupliciter seu perfectum, & dicit Aristo. ibi in 5. Metaphy. cap. de perfe
cto, ubi dicit, quòd in unoquoque genere datur perfectum: uno modo capitur perfectũ sim
pliciter, & sic loquitur Aristo. ibi, dicens, quòd perfectum est illud, cui nihil deest illius di-
spositionis, qua sic est perfectum; & sic non datur magis aut minus perfectum: aliud dici-
tur esse perfectum secundum quid, & non simpliciter; & isto modo capitur perfectum in
definitione ista ab Aristotele, quia sumitur indifferenter ad utrunq; perfectum, scilicet uel
sit perfectum simpliciter, uel secundum quid, in unoquoq; genere: & sic latius capitur hic,
quam 5. Metaphy. quando describitur perfectum, quia ibi Aristo. accipit perfectum sim-
pliciter tantum, hic uero indifferenter de simpliciter perfecto & secundum quid, quia da-
tur magis & minus digestum; ut plantæ à principio sunt minus digestæ, in fine uero magis:
& sic accipitur perfectum simpliciter, sed secundum id etiam simpliciter, quòd unum dige-
stũ potest alio esse digestius; potest tamẽ aliquid esse ita digestum, ut non possit plus digeri.
De quinto, quia non potest aliquid dici superflue perfectum; sed aliquid dicitur perfecte
coctum & superflue; ergo coctio non est perfectio: quòd autem aliquid dicatur superflue
coctum, patet ex Auicenna prima primi, ubi dicit, quòd generatur bilis ex superflua coctio
ne sanguinis: ergo datur superflue coctum, & non datur superflue perfectum: ergo coctio
non est perfectio: Dico, cum dicis, non datur superflue perfectum, uerum est, quia non po
test dari superflue perfectum: & cum dicis, quòd datur superflue coctum ex Auicenna pri-
ma primi, ego dico, quòd neque datur superflue coctum, quia neque etiam datur superflua
coctio rei, quia, si comparatur coctio rei, cuius est coctio, non est superflua coctio; si autem
comparatur rei, cuius non est coctio, sic est superflua coctio: ita etiam in casu Auic. si enim
comparatur coctio bilis ipsi sanguini, sic non est coctio respectu sanguinis sed est superflua
coctio; si autem comparatur coctio respectu bilis, sic est coctio, & non superflua coctio,
quia bilis sic decoquitur ex superflua decoctione sanguinis, quia sanguis respectu bilis est
incoctus; & ideo oportet, ut magis decoquatur, quia conuenit bili ex natura propria, non
autem ex natura sanguinis, quia per illam ulteriorem coctionem sanguis corrũpitur, quia
tantum dicitur sanguis, dum remanet ei natura & forma sanguinis: sed non remanet ei na-
tura sanguinis, quia sic esset superflue coctus, sed dicitur coctio respectu bilis, quę genera-
tur ex illa superflua coctione sanguinis, & sic non respectu sanguinis: & sic respectu bilis
non est superflua coctio, sed est propria coctio bilis superflua tamen ipsi sanguini: & sic, si
ista coctio compareretur bili, cuius est coctio, non est superflua coctio: & , si Auicenna dicat
illam esse superfluam coctionem sanguinis, impropriè loquitur, quia reuera illa non est co
ctio respectu sanguinis, sed est coctio respectu bilis: & hæc est prima dubitatio. Erat secũ
da dubitatio in secunda particula definitionis, quia dicit Aristo. quòd digestio est perfectio
ex proprio & naturali calido: ideo contra istam particulam, scilicet ex proprio naturali ca-
lido, sunt tres difficultates. Primo, quia Aristo. dixit, quòd coctio est communis effectus
qualitatum primarum actiuarum, scilicet calidi & frigidi, & hoc dixit supra, ubi dixit se uel-
le declarare actiones qualitatum actiuarum, & passiones passiuarum; & inter actiones acti-
uarum Aristot. numerauit coctionem; hic uero dicit, quòd coctio est perfectio à proprio
& naturali calido, & nõ dixit etiam frigido: quare ergo dicit, quòd est perfectio à proprio,
& naturali calido magis, quàm à proprio & naturali frigido? Tum secundo arguitur expe-
rientia apud medicos, qui dicunt, quòd, quoties humores tenuiores, ut biliosi, debent ex-
pelli, quòd digerantur prius: & quomodo digeruntur? oh dicunt ipsi, à frigido, ut syrupis
frigidis, & aqua frigidissima, ut prima primi habetur ab Vgone & alijs, & prima quarti. Tũ

etiã tertio hoc probatur apud philoſophos naturales de fructibus; & dicit Theophraſtus, quòd multi fructus ſunt, qui non digeruntur, niſi ſuperuenerit frigus: Tum etiam patet de pinguedine, ut declarat Ariſto. ſecundo de partibus anim. & etiam Galenus ſecundo de tẽperaturis, ubi dicunt, quòd generatur pinguedo ex puriori parte ſanguinis à frigiditate mẽbranæ: ſed iſta generatio pinguedinis eſt quædam coctio: ergo coctio fit etiam à frigido: Tum etiam de generatione ſpiritus animalis ex uitali, quia iam ſcribis, quòd triplex eſt ſpiritus in animali, ſcilicet uitalis, qui generatur in corde, ſine quo non uiuit animal, & eſt fumus ſanguinis: alius eſt ſpiritus naturalis, & iſte generatur in hepate, & ſeruit nutritioni: alius eſt animalis, qui generatur in cerebro, & ſeruit uirtutibus ipſis animalibus, ſcilicet ſenſibus & motui: generatur ergo ſpiritus animalis ex uitali in cerebro: ergo generatur à frigore cerebri, quia natura poſuit cerebrum, ut contemperet ſpiritum uitalem & cor, ſecundum Ariſtotelem: & ideo natura poſuit ſenſus in capite, quia ibi contemperantur ſpiritus animales & generantur, qui ſpiritus deſeruiunt ſenſibus: ſi ergo iſta generatio ſpiritus animalis ex uitali, eſt quædam coctio, & tamen fit à frigido; ergo aliqua coctio fit à frigido: ergo non ſolum fit à proprio & innato calore, ut uoluit Ariſto. in definitione coctionis: Tum etiam probatur ex Ariſtotele in fine huius tertij libri, ubi docet generationem metallorum, uidelicet quòd metalla generantur à forti & uehementi frigore, congelante illum humidũ uaporem cum terreo; & iſta generatio metallorum eſt coctio quædam, & fit à frigore; ergo coctio eſt etiam à frigore, non tantum à calore: quare ergo Ariſto. magis tribuit coctionẽ calori, quàm frigori? Tertio dubitatur, quid per proprium & naturale calidum intelligamus: aut enim intelligimus per proprium & naturale calidum, proprium, & naturale calidum rei, quæ digeritur, aut rei, quæ digerit, id eſt digerentis: non poteſt dici, quòd intelligamus proprium & naturale calidum rei, quæ digeritur, quia coctio nutrimenti, quæ eſt aſſatio uel elixatio in uentriculo, non poteſt dici fieri à calido rei, quæ digeritur, ſed fit à calido extrinſeco proprio ipſius digerentis, ſcilicet ſtomachi, quia nutritio fit à calore ſtomachi, & non nutrimenti; ergo non fit à proprio calore rei, quæ digeritur: ergo ſic etiam aſſatio, quæ fit ab igne fieret à proprio calore, quia fit a proprio calore ipſius ignis digerentis; & tamen Ariſto. dixit, quòd aſſatio fit à calore extrinſeco, non autem à proprio calore: nec poteſt dici, quòd fiat coctio à proprio, & naturali calido rei, quæ digerit, id eſt digerẽtis, quia ſic, ut dixi, aſſatio, quæ fit ab igne, fiet à proprio calore, quia fit à proprio calore ignis digerentis; & tamen ſecundum Ariſtotelem fit à calido extraneo, & non à proprio calore; & per hoc etiam ſeiunxit à maturatione: ergo neutro iſtorum modorum dici poteſt: cuius ergo erit proprius iſte calor efficiens coctionem? quia uidetur, quòd nullius proprius erit. Ex aduerſo eſt Ariſto. qui dicit, quòd coctio eſt perfectio à proprio & naturali calido: & ideo ad argumenta reſpondetur, quia primo, cum dicis, quòd Ariſto. repugnat ſibi ipſi, quia dixit, quòd coctio eſt communis effectus calidi & frigidi; hic uero dicit, quòd tantum à calido proprio; dico, quòd in coctione, per ſe operatur calor, per accidens autem operatur frigus: &, quia calor operatur per ſe, ideo dixit, quòd coctio eſt perfectio à proprio calore, & non à frigore: oh quomodo per accidens concurrit frigus ad coctionem? oh quia multoties per antipariſtaſim reflectendo calorem innatum, quia uerbi gratia calor genitus in fructibus à ſole, ſuperueniente aliquando frigore contrahitur, & fit uigoroſior: & ſic fit maturatio fructuum tunc propter antipariſtaſim, quando, ſcilicet frigus repellit calorem illum acquiſitum à fructibus à ſole, qui calore eſt ſubſtãtia in fructibus ipſis, & ſic per antipariſtaſim, reflectendo calorem innatũ: & ſic multoties multi fructus in hyeme matureſcunt, quia calor ille genitus in fructibus à calore ſolis, qui calor in fructibus illis eſt ſubſtantia, & corpuſculum . . fit fortius à frigore circunſtante, & ſic fit illa maturatio à frigore: per antipariſtaſim uero concurrit frigus ad maturationem ſeu ad concoctionem, contemperando calorem pro maturatione; & ſic etiam concurrit: aliquando etiam concurrit ob aliam cauſam, quia, ſcilicet frigus circunſtans prohibet reſolutionem calidi innati, à quo fit coctio & ineſt ſpiritus uaporoſus; & ſic operatur frigus; & ſic per accidens concurrit frigus ad coctionem: & ideo, quia frigus per accidens concurrit ad coctionem, non meminit de frigore in deſcriptione coctionis, quia deſcriptiones debent dari per ea, quæ per ſe concurrunt,

non

non autem per ea, quæ per accidens: & ideo meminit de calore, qui per se operatur ad coctionem, non autem frigoris, quod per accidens; & ideo dico, quòd est cõmunis effectus calidi & frigidi, per se tamen calidi, per accideus frigidi: De secundo ex experientia medicorum, quia humor tenuis biliosus concoquitur à syrupis frigidis; dico, domini, quicquid dicunt medici, quòd Aristo. non accipit hoc modo digestionem, quia non est loquutus Aristo. de ista coctione medicorum, quæ impropria est & translatitia, reuera tamẽ nõ proprie dicitur coctio, licet dicant medici bilem aut pituitã digeri; quia ista coctio, de qua medici loquuntur, nihil aliud est, nisi præparatio humoris ad expulsionem; uel, cum ille humor, qui erat noxius, redit ad benignum & ad propriam naturam pro salute, ista dicitur ẽr coctio apud medicos, utroq; modo tantum utuntur: & sic impropria coctio est, & iste modus non comprehenditur ab Aristo. dico ergo, quòd iste modus coctionis, quem ponunt, alienus est ab Aristo. sed ista est improptia locutio, cum dicunt ipsam esse coctionem: experientia ergo medicorum non est ad propositum nostrum. Sed, domini, hic non parua est lis & difficultas apud medicos de ista coctione humorũ, quia de humotibus crassis medici omnes conueniunt, quòd istorum coctio est, si debent digeri, quia debent subtiliari & incidi, ut præparentur expulsioni; & sic locutus est Gale. in 9. Aphor. secundæ particulæ & 24. Aphor. primæ particulæ, & 5. de simplici medicina capite secundo, ubi dicitur, quòd digestio est subtiliatio quædam humoris, & eius incisio: si uero loquamur de subtilibus humoribus, ut de bili, & iste humor debeat digeri, an debeat incrassari, an nõ, idest an sui incrassatione dicatur concoqui, an non, communiter omnes medici dicunt, quòd iste humor, si debeat digeri, debet incrassari; sicut enim humores crassi, si debent coqui, debent subtiliari; ita tenues, si debent coqui, debent inctassari, quia digestio est incrassatio horum. Ex opposito sunt multi alij, & iudicio meo recte & rationabiliter, quia si isti humores sunt tenues, ergo, ex quo tenues, magis sunt parati ad expulsionem, quàm quando sunt ctassiores, quia, ex quo sunt crassiores, sunt uitiosi, & magis hærent, & ex consequenti magis obstant expulsioni: cur ergo debent incrassari humores tenues, si magis sunt apti expulsioni, cũ sunt tenues, quàm quando sunt crassi? & confirmant hoc ex alio, quia, cum humor incrassatur, tunc pori magis clauduntur & obstruuntur ipsius corporis; &, cum pori clauduntur, prohibetur expiratio & expulsio humoris ac fumositatis, & sic est causa putredinis in cotpore: ergo nunquam debemus uti incrassantibus ad digerendum humores peccantes: ergo humores tenues non debent incrassari. Ex alia parte arguunt ex Hip. in prima Aphor. 22. ubi dicit, cõcocta medicari, & mouere non cruda; ergo concoquendum est: & est subtilis materia in principio, ergo debet incrassari, quia, si concoquenda est, quomodo cõcoquitur? quia aut sui crassatione, aut sui subtiliatione: nũ subtiliatione, quia ex se subtilis est; ergo sui incrassatione: & ista quæstio est difficilis apud medicos ex utraque sui parte, & hinc inde sunt rationes, & dictum hoc Hippocratis multum stringit partem oppositam, quia, si cholera debet digeri, non potest subtiliari, quia fit magis rebellis suæ naturæ, & ideo oportet ingrossari. Et ideo aliqui dicunt propter hoc, quòd non possunt subterfugere argumentum Hippocratis, scilicer digesta medicari, ergo à principio morbi omnis humor deber digeri: quomodo ergo bilis debet digeri? dicunt, quòd humores subtiles non digeruntur neque subtiliatione, neque incrassatione sui; non subtiliatione, quia tunc erit magis inobediens ac rebellis suæ naturæ, & ex consequenti magis inhabilis euacuationi; nec incrassatione, quia tunc pori obstruuntur, & ex obstructione porotum prohibetur respiratio, & sic putrida exhalatio non potest euentari, & sic fit maior putredo, & ex consequenti morbus magis augetur: sed dicunt isti, quòd coctio huius humoris subtilis nihil aliud est, quàm impressio cuiusdam qualitatis huic humori facta à naturali temperamento, quia, scilicet expellitur iste humor citius; & hoc pacto dicunt digeri humores subtiles; & dant exemplum de magnete, sic enim magnes attrahit ferrum à quadam qualitate ei impressa, & pharmacũ attrahit humores à quadam qualitate ei impressa: ita etiam fit in ista coctione, quia imprimitur quædam qualitas ipsi humori, qua expellitur talis humor. Sed, domini, hæc opinio non caret difficultatibus, quia hæc præparatio huius humoris huic expulsioni, quæ per te nihil aliud est, nisi impressio cuiusdam qualitatis à naturali temperamento, quæro, hæc impressio

in

in humore illo à quo fiat : dices, à temperamento : si à temperamento, aut fit à calefacien-
tibus & subtilianribus, aut frigefacientibus, & incrassantibus, quia quibus medijs fiet? si fit
à frigidis incrassanribus, ergo fit incrassando : si à calidis subtiliantibus, ergo fiet magis re-
bellis expulsioni, quia ex se est subtilis. Tum secundo, quia in animalibus nunquam inue-
nitur, nec uos inuenietis, quòd aliquod corpus imprimat aliquid alteri corpori ad expellen
dum, sed semper imprimit ad attrahendum : & dicit Galenus, si bene inuenitur ; quòd im-
primitur qualitas ad attrahendum, non autem ad expellendum, sicut dicit ipse de turbith
respectu pituitæ propter similitudinem, quam habet Turbith cum pituita, imprimitur quæ-
dam qualitas, quæ attrahit ipsa & sic nulla fit impressio qualitatis ad expellendum, sed tan-
tum ad attrahendum, quia qualitas imprimitur propter aliquam similitudinem, quam ha-
bent inuicem, quæ similitudo est causa attractionis, & non expulsionis, quia, si per similitu
dinem debet esse illa impressio, non potest esse ad expellendum, quia quæ similitudo esset
ad expellendum? esset enim ad attrahendum, non autem ad expellendum : & sic fit in ma-
gnete, & pharmaco : ergo & sic etiam in coctione humoris uel sui temperamento, potest
imprimi in humotem qualitas, qua attrahitur, non autem qua expellitur : quicunque tamē
finr loci, feci uos attentos : satis est, quòd istius coctionis de qua medici loquuntur, Aristo.
non meminit : & ita coctio transumptiue & improprie dicitur coctio. De secundo, de ma
turatione fructuū superueniente frigore, iam dixi, quòd per accidens maturescunt à frigi-
do, quia per se maturescunt à calido & à calore sibi acquisito à sole, qui per antiparistasin cō
trahit & agit in illam coctionem, & maturationem. Quod dicebas tertio de generatione
adipis seu pinguedinis, quæ fit ex frigiditate membranæ, quia hic non potes fugere, quòd
fiat per accidens à frigore, sed fit per se à frigiditate membranæ, uerum est ; & eodem pacto
de generatione spirituum & metallorum, quorum generatio per se fit à frigido, quia spiri-
tus animalis generatur ex uitali à frigiditate cerebri per se : & sic metalla, ut in fine huius
tertij dixit Aristo. uerum est : oh cur ergo Aristo. dicit, quòd solum fit à calido per se? di-
co, quòd reuera omnes istæ coctiones fiunt per se à frigore, tamen prius ac principaliter
fiunt à calido, quia generatio ipsius adipis fit primo & principaliter à calore; quia calor con
coquit & generat sanguinem prius, & deinde perficitur coctio à frigiditate membranæ per
se : oh quomodo ergo Aristo. magis tribuit istam coctionem calori, quàm frigori? dico,
quòd ratio est, quia incipit à calore : Et eodem modo patet de generatione spiritus anima-
lis ex uitali, quæ generatio incipit à calido, in corde, scilicet cum ex sanguine à calore gene
ratur spiritus uitalis, in cerebro uero terminatur, & perficitur per se etiam à frigore : gene-
ratio itaque spiritus animalis principalius fit à calore, quia ab eo tanquam ab inchoante:
Et eodem pacto dicitur generatio metallorum, quæ incipit à calore admiscente humidum
uaporem cum sicco, & postea perficitur à frigore uehementi : non ergo debemus negare,
quod coctio aliquo modo & per se fiat à frigore, licet principalius fiat à calore. De tertio,
quod addis, qui nam sit iste calor proprius & naturalis, an rei digerentis, an rei, quæ digeri
tur; non rei, quæ digeritur, quia nutrimentum coquitur in stomacho à calore stomachi, non
autem à calore nutrimenti ; neque rei digerentis, quia sic assatio erit à calore proprio, cuius
oppositum dixit Aristo. quia dixit, quòd est à calore extraueo, scilicet à calore ipsius ignis;
dico, domini, quòd hic est multiplex modus dicendi : aliqui dicunt, quòd Aristo. intelligit,
quòd ista coctio fit à proprio & naturali calore rei, quæ digeritur, non autē rei, quæ digerit:
cum hoc ramen dicunt, quòd est duplex coctio, una ab arte, alia à natura : decoctio, quæ fit
à natura, est ut decoctio nurrimenti : quæ uero ab arte, est ut coctio carnis in coquo : hac di
stinctione stante dicunt ipsi, quòd Aristo. non loquitur de illa coctione, quæ fit ab arte, sed
tantum de ea, quæ fit à narura. Sed dices, contra, quia in hoc etiam est instātia, quia coctio
nutrimenti in uentriculo fit à proprio calore nutrimenti, non autem nutriti : respōdent isti,
quòd etiam hic concurrit calor proprius ipsius nutrimēti, scilicet ad istam coctionem, cum
calore extrinseco ipsius stomachi : & sic uere fit tantum à calore nutrimenti : bene tamē ue-
rum est, quòd concurrit calor ipsius nurrimenti, sed principaliter concurrit calor nutriti: &
ita exponunt, quòd Aristo. loquitur de calore rei, quæ digeritur. Sed dicetis, contra, quia
hæc expositio falsa est, primo quia Aristo. indifferenter loquitur de rei coctione, scilicet tā
de

de coctione rei,quę fit à natura, quàm de coctione, quæ fit ab arte , quia dicit, quòd sunt eiusdem naturæ, quia assatio,quæ fit à natura,& quæ fit ab arte,sunt eiusdem naturæ , & habent eandem causam , & ita dico de assatis,& de elixatis : si ergo coctio naturalis,& quæ fit ab arte,sunt eiusdem naturæ & eiusdem rationis ; ergo habent eandem definitionem ; ergo Arist.in hac descriptione loquitur de utraq; coctione, tam de ea, quæ fit à natura, quàm de ea,quæ fit ab arte ; ergo non intelligit Arist. de naturali tantum : ergo secũdo, quia dicitur, quòd coctio nutrimenti in uentriculo fit à calore intrinseco ipsius nutrimenti,quod tamen falsum est,quia calor naturalis nutrimenti debet dissolui & corrumpi per actionem ipsius uentriculi ; ergo calor ipsius nutrimenti debet resistere huic actioni caloris stomachi : si ergo debet resistere ; ergo non cooperatur ad ipsam operationem & coctionem,quia operatur ad sui corruptionem,aliter ipse met operaretur ad sui corruptionem,& tamen nihil operatur ad sui corruptionem : non ergo fit ista coctio à calore intrinseco nutrimenti quia non potest calor nutrimenti, cum coquitur in uentriculo,concurrere ad sui corruptionẽ. Et ideo est secũdus modus dicendi,qui est Põponacij, qui dicebat,quòd ille calor est proprius & naturalis rei,quæ digeritur,non tamen ita,quòd iste calor sit intrinsecus illi rei,quia sic semper esset instantia,sed intelligitur calor ille proprius & naturalis nutrimento,quia scilicet est ordinatus in ipsum nutrimentum & in istam coctionem : &, cum dicitur,quòd Aristot.loquitur tantum de coctione; quæ fit à natura, non de ea,quæ fit ab arte , contra hanc opinionẽ est argumentum factum, quia iam dixi uobis,quòd Aristo. tam de coctione,quæ fit à natura, quàm de ea, quæ fit ab arte,loquitur,quia dicit, quòd coctio,quæ fit à natura , & quæ fit ab arte,sunt eiusdem nominis ; ergo habent eandem definitionẽ,quia habent easdem causas . Tum secundo,quia dicit,quòd iste calor dicitur naturalis & proprius , quia ordinatur à natura in istam coctionem ; quod tamen falsum est, quia iste calor non magis ordinatur à natura ad istam nutritionem, quàm ad omnem aliam nutritionem , & ad omnem aliũ motum,ut ad motum localem,& ad motum auctionis : si autem determinatur ad istam nutritionem,determinatur ab ipsa anima ; sicut in ijs, quæ fiunt ab arte,determinantur ab arte in istam coctionem : &, si sic intelligeretur tantum,etiam assatio esset à proprio & naturali calore,quia ab arte iste calor ordinatur ad istam assationem.

Erat dubitatio in illa particula,scilicet quòd digestio est perfectio à proprio & naturali calido, quia aut per proprium & naturalem calidum intelligit proprium & naturale calidũ intetius rei,quæ digeritur ; aut proprium & naturale calidum rei digerẽtis : sed neutro modo potest dici,quia, si sit calidum proprium rei,quæ digeritur, contra,quia nutrimentum in uentriculo digeritur,& non à calido proprio nutrimenti , sed uentriculi : neque etiam potest dici, quòd sit calidum rei digerentis, quia sic assatio ab igne esset à proprio , & naturali calido ; cuius tamen oppositum dixit Arist. quia dixit , quòd assatio est à calido extrinseco & alieno : & dixi, quòd erant tres expositiones,& adduxi uobis duas,quas etiam reieci: Et ideo est tertia opinio,quæ est Alexandri, qui dicit,quòd digestio est à proprio & naturali calore : cuius ? scilicet ipsius uiuẽtis,in quo fit digestio : & sic non est à proprio calore rei,quæ digeritur,neque rei digerentis,sed est à proprio & naturali calore uiuentis ; & iste est calor eius naturalis & proprius , à quo fit coctio à natura uiuentis; quia, cum duplex sit coctio, una naturalis,& hæc soli uiuenti conuenit ; alia artificialis, & de ista non loquitur Aristo.& sic prima,idest naturalis,fit à calido proprio uiuentis,in quo fit coctio ; ut in fructibus , qui maturescunt à proprio calore Plantæ ei tributo à sole: & sic fit à calore proprio uiuentis, quia agens & passum debent esse in eodem uiuente: & ideo ista coctio debet esse in eodem uiuente, quia naturaliter non inest nisi uiuentis : & fit ista actio à calore proprio uiuentis,in quo fit à natura ista coctio,qnia à natura non fit nisi . . uiuenti . Sed, domini, hæc opinio etiam habet difficultatem,quia dicit,quòd Aristot. tantum loquitur de coctionibus , quæ fiunt à natura, non autem de ijs, quæ fiunt ab arte ; sed hoc uidetur falsum,quia Aristot . dicit, quòd coctiones sunt ab arte , scilicet & à natura , &, quomodocunque sint,dicit , fiunt semper propter easdem causas: & ideo dicit, quòd, siue fiant à natura, siue ab arte, istæ coctiones semper sunt eiusdem naturæ : & ideo Vgo dixit,quòd ista descriptio est communis & illis coctionibus,quæ fiunt ab arte,& etiam illis,quæ fiunt à natura, uerũ tamen est,quòd

prius

prius cõuenit illis, quæ à natura fiunt, quàm illis, quæ ab arte fiunt: ergo Ariſt. non ſolum loquitur de ijs coctionibus, quæ fiunt à natura, ſed etiam de ijs, quæ ab arte, licet principaliter de ijs, quæ à natura. Tum etiam & difficilius dubitatur contra expoſitionem Alexandri de Generatione metallorum, quia generatio metallorum fit intra terram, & eſt coctio quædam; & iſta coctio non eſt à proprio & naturali calore, quia fit intra terram iſta generatio: ergo calor, extrinſecus & aduentitius eſt, non autem à proprio calore terræ, ergo: quòd autem generatio metallorum ſit quædam coctio, patet per Auerroem in tertio Colliget: & tamen calor ille non eſt naturalis & proprius terræ, quia nullus eſt calor proprius terræ, ſed omnis eſt ei aduentitius. Tum etiam arguitur de generatione animalium intra matricem; quæ generatio eſt coctio quædã & maturatio, & tamen fit à calore ſeminis, quo calor non eſt naturalis ipſi mulieri, ſed eſt extraneus: ergo coctio multoties fit à calore, qui non eſt proprius ei, in quo fit coctio. Tum etiam arguitur de ſeminibus proiectis in terram, quæ cõcoquuntur ſub terra illa; & tamen illa coctio non eſt à calore proprio & naturali ipſi terræ. Et ideo mihi uidetur dicendum, quia uerba Ariſtotelis ſunt clara, & ſenſus eius eſt planus, quia dicit, quòd digeſtio eſt perfectio à proprio & naturali calido, non à calore intrinſeco, ſed à proprio & naturali calido, id eſt à commenſurato & contemperato calido, quod ita reſoluit illud humidum ſuperfluum, quòd non reſoluat & ſubſtantificum humidum: quòd ſi reſoluat illud calidum, ſubſtantificum & proprium humidum, illa non eſt coctio, neq; aſſatio, neque elixatio, ſed eſt ſuperflua aſſatio, & exiccatio quędam, non autem coctio, quia iſta eſt coctio, ſcilicet terminatio humidi fluidi: illud igitur calidum intelligit proprium & naturale Ariſto. quod ita eſt commenſuratum & contemperatum, quòd reſoluit ſuperfluum humidum remanente ſubſtantifico humido; & illo calido fit ipſa coctio: quòd ſi reſoluat ſubſtantificum humidum, non dicitur proprium & naturale, quia, cum fit coctio, ſi non reſoluitur humidum ſuperfluum etiam, non fit coctio: & ſic Ariſto. intelligit per proprium & naturalem calorem, contemperatum, & non calorem intrinſecum uiuentis, non commenſuratum, quia reſoluit humidum innatum, & non eſt contemperatum; & illa non eſt coctio, ſed eſt potius exiccatio: & ſic intelligit calorem commenſuratum rei, quæ digeritur, quia ſemper, quando humidum acquirit conſiſtentiam, dicitur digeſtũ: & ita ceſſant difficultates.

Vltimo dubitatur in ultima particula, quia eſt alia parricula, ſcilicet ex oppoſitis paſſiuis, id eſt ex humido, quia, ut exponit Alexander, Ariſto. intelligit, cum dicit ex oppoſitis paſſiuis, id eſt ex humido, quod oppoſito modo ſe habet in termino à quo, & in termino ad quẽ: ſed dices, cur Ariſto. loquitur in numero plurali, dicens, ex oppoſitis paſſiuis, ſi intelligit tãtum de humido? dico, quòd hoc fecit propter duo; aut ut notaret, quòd unicuique digeſtioni eſt diuerſa materia, id eſt diuerſum humidum, quia unicuique digeſtioni conuenit unum humidum; uel ideo ſic dixit, quia idem bis licet ſumi; uno modo, ut in termino à quo, alio modo, ut in termino ad quem, & ideo loquitur in numero plurali. Sed capiatur humidum à principio frigidi temperamenti, ſed & poſtea caleſcat, hæc eſt mutatio ex oppoſitis paſſiuis. nunquid iſta mutatio ſit actio, cum humidum permutatur, ex quo oppoſito modo ſe habet in termino ad quem? dico, quod iam ſoluta eſt dubitatio, quia intelligit, quòd humidum oppoſito modo ſe habeat in termino ad quem, non quomodocunque, ſed tantum quo ad craſſum & tenue; non enim quomodocunque ſe habuerit oppoſito modo humidũ in termino à quo, & termino ad quem, erit coctio, ſed tantum quo ad craſſum & tenue, intelligitur, quòd ſe habeat oppoſito modo in termino à quo, & in termino ad quem, & ſic quo ad tenue uel craſſum uel fluxibile & conſtabile, ita, quòd oportet, quòd ſit prius tenue, & poſtea conſtans. Cum expediuerimus difficultates circa definitionem ipſius coctionis, remanent nunc difficultates circa ſpecies eius, quia dixit, quòd tres erant ſpecies digeſtionis & tres aliæ oppoſitæ indigeſtionis: ſpecies coctionis, ut maturatio, elixatio, & aſſatio; incoctionis etiam oppoſitæ his ſunt tres, ſcilicet immaturitas, inquinatio, toſtio ſeu inaſſatio ſeu frixio: Eſt modo dubitatio, quia Ariſto. non aſſignauit nobis cauſam huius, cur, ſcilicet tantum ſint tres ſpecies coctionis, & tres incoctionis; immo uidetur, quòd non tantũ tres, ſed plures & pauciores; quod oſtenditur ex Ariſtotele 12. Metaph. ubi dicit, cum .n. agens & materia fiunt idem ſpecie, & iam id, quod fit, eſt eiuſdem ſpeciei: ſed in omnibus

coctionibus est idem agens,& eadem materia : ergo omnis coctio est eiusdẽ generis : quomodo ergo sunt tres species tantum,ut dicit Aristo . ex alio etiam uidetur, quòd non tantũ sint tres species incoctionis, quia una & eadem incoctio opponitur assationi & elixationi: eadem enim cruditas opponitur assationi & elixationi,quia eadem caro cruda,eodem modo cruditatis,potest elixari & assari ; & confirmatur,quia Arist.dicit,quòd molynsis est opposita elixationi, cum statheusis opponatur assationi: sed contra,quia uidetur,quòd molynsis ita opponatur assationi,ut opponitur elixationi, quia molynsis est imperfecta coctio ipsius carnis : sed caro imperfecte cocta ita potest elixari, sicut assari ; & sic assari,ut elixari:ergo molynsis ita perfecte contrariatur assationi, sicut elixationi,quia omnis motus est à contrario in contrarium : si ergo caro ex molynsi potest assari ; ergo molynsis ita opponitur assationi,ut elixationi, quia mouetur à contrario in contrarium : ergo non sunt tres species incoctionis,sed pauciores . Ex alia parte arguitur, quòd sunt plures species coctionis, quia Aristo. omisit unum genus coctionis, quod est,cum uulgariter dicimus poma mitia: hæc uero non est putredo,quia putredo est ingrata gustui,& inepta esui, quia mali saporis : sed poma mitia sunt bona esui,& grata gustui , quia sunt optimi saporis : ergo non est putredo : nec potest dici,quòd sit incoctio,ita,quòd sint cruda,quia iam fuerunt cocta , & cocta non possunt incrudari,ut etiam dicunt medici , & tamen istud genus coctionis omittit Aristo . ergo non tantum tres sunt species coctionis,sed plures, quia hæc minime sunt assata, nec elixata . Tum etiam uidetur ex alio,quòd uni coctioni plures species incoctionis opponantur; cuius tamen oppositum dicit Aristo.quia dicit,quòd uni coctioni una incoctio opponitur : quòd autem uni coctioni plures opponantur incoctiones,ostendo, quia elixationi uidetur,quod primum opponatur ex Aristotele diminuta coctio, scilicet molynsis , quæ opponitur perfectæ elixationi, & elixationi etiam opponitur superflua elixatio : ergo duo opposita habet,& sic duo uni opponuntur : tum etiam caro cruda opponitur elixationi, antequàm aliquo modo fuerit passa à calore ; & tunc appellatur incocta & cruda,& tamẽ opponitur perfectæ elixationi,& potest elixari : ergo tres incoctiones opponuntur perfectæ elixationi : ergo plures sunt species incoctionis ; cuius oppositum dicit Aristo. quia numerat incoctiones ex coctionibus:& sic uidetis, domini, qualiter hæ res,licet sint naturales, habent tamen difficultatem,quia in rebus particularibus est magis difficultas,quàm in uniuersalibus . Dico cum Aristotele, quòd tantum tres sunt species coctionis,& incoctionis tres similiter : oh quomodo,& qua causa ? oh hoc probat Aristo. quia assumpsit tantum,& non probauit : dico,quòd bifariam hoc potest declarari,uno modo declarat Alexãder,alio modo Olympiodorus : & Alexander declarat hoc ex natura agentis : & quomodo ? oh dicit, quòd sunt tres species coctionis,& tres species incoctionis,ex natura agentis,quia istæ coctiones fiunt à calore : & ideo dicit Alexander,quòd aut iste calor, qui facit actionem , est intrinsecus,& sic est maturatio,quę fit in fructibus, quia decoquuntur fructus à calore proprio sibi intrinseco,acquisito à sole,quia calor est substantia & non qualitas, & istæ calor resoluit superfluum humidi , & remanet crassius : aut calor est extrinsecus;& , si est extrinsecus calor,tunc est duplex,quia aut tunc est coniunctus cum humido,& sic dicitur elixatio, aut est coniunctus cum sicco,& sic dicitur assatio,quia coniungitur cum sicco : & hunc modum secuti sunt Albertus & Timõ . Aliter exponit Olympiodorus, & dicit, quòd iste numerus coctionis & incoctionis terminatur ex parte materiæ & passi, non autem agentis , quia omnis coctio aut solum inest uiuentibus,aut est communis indifferenter uiuentibus & non uiuentibus : si inest tantum uiuentibus,sic est maturatio : si uero inest indifferenter uiuentibus & non uiuentibus,tunc est bifariam, quia aut est cum calore humido,& sic est elixatio; aut est cum calore sicco, & sic est assatio . Et ideo dico,quòd tantum tres sunt species coctionis,& tres incoctionis : & Aristo. non probauit, sed assumpsit istas tres species famosas ita positas . Et, cum dicis,quòd omnes sunt eiusdem speciei ex 12.Metaph.quia, ubi agens & materia sunt eiusdem speciei, quod fit,etiam est eiusdem speciei : ergo uerum est, quòd, cum agens & materia sunt eadem,id,quod fit est eiusdem speciei ; & sic cócedo, quòd propositio ista est uera,ubi agens & materia erunt eiusdem speciei, quia id , quòd fit etiam est eiusdem speciei : &,cum dicis, sed in omni coctione est idem agẽs & eadem materia, nego

hanc

hanc minorem: tu probas, quia agens est eiusdem speciei, quia ipse calor est agens in omnibus, & eadem etiam est materia specie, quia semper humidum est patiens: dico, quòd nõ est idem calor agens semper, quia semper iste calor diuersificatur, quia aut intrinsecus, aut extrinsecus: si intrinsecus, sic est maturatio: si extrinsecus, aut est cum humido, & sic est elixatio; aut est cum sicco, & sic est assatio: & ideo diuersificatur agẽs, quia non est omnino idem: neque etiam materia est omnino eiusdem speciei semper, quia aut illud humidum, quod est materia, inest solis uiuentibus, & sic est una species, maturatio, scilicet aut inest cõmuniter uiuentibus & non uiuentibus, & sic sunt aliæ duæ species, scilicet assatio & elixatio: & ideo etiam materia non semper est eiusdem speciei: & ideo etiam species coctionis distinguuntur. De secundo, quod addis, quia dicit Aristo. quòd, ut sunt tres species coctionis, ita etiam sunt tres species incoctionis seu cruditatis; sed hoc falsum est, quia una & eadem incoctio seu cruditas opponitur assationi & elixationi, quia ex eadem carne cruda potest fieri assatio & elixatio: ergo non specificãtur species digestionis & indigestionis: quod autem eadem caro cruda possit assari & elixari, patet; & cruditas est una, & eis opponitur, quia omnis motus est ex contrario in contrarium: dico, quòd illa cruditas, licet sit eadem secundum rem & realiter, tamen est eadem secundum rationem, quia alia ratione ista cruditas opponitur astationi, & alia ratione elixationi; quia aliam rationẽ habet, qua elixatur, & qua assatur, quia alia est, non quatenus transmutatur ad unam, & alia quatenus transmutatur ad aliam: & sic tot sunt incoctiones, quot sunt coctiones: non autẽ sunt pauciores; quia ratione plurificantur incoctiones, licet secundum rem una incoctio opponatur assationi & elixationi. De tertio, quia addis, quòd inquinatio opponitur duabus, scilicet assationi & elixationi, quia caro inquinata, idest imperfectè elixata potest perfectè assari & elixari; & omnis motus est è contrario in contrarium: ergo ita potest perfectè assari, sicut perfectè elixari: cuius oppositum dicit Aristo. quia dicit, quòd inquinatio opponitur elixationi perfectæ: ergo coctiones non numerantur ex incoctionibus: Dico, ut dixi, quòd uerum est, quòd secundum rem est una & eadem inquinatio, secundum rationem non est eadem; quia alia ratione opponitur assari, & alia ratione opponitur elixari; & sic specificantur ex ratione, licet secundum rem sint eadem. Quod addis, quia uni coctioni uidetur opponi tres cruditates, quia primo ex Aristotele elixationi opponitur inquinatio, id est perfectę elixationi opponitur inquinatio; secundo inquinatio opponitur superfluæ elixationi; tertio cruditas ipsius carnis nullo modo passæ à calore naturali opponitur ipsi perfectæ elixationi; quia potest una caro sic cruda perfectè elixari, quia omnis motus fit à contrario in contrarium: ergo uni speciei incoctionis tres cruditates opponuntur, quia inquinatio opponitur perfectę elixationi, & superfluæ elixationi, quia opponitur eis, sicut diminuta coctio; & etiam caro omnino cruda opponitur perfectæ elixationi, quia omnis motus fit à contrario in contrarium: Dico, quòd reuera non sunt nisi tres incoctiones, sicut sunt tres coctiones: &, cum dicis, contra, quia, sicut diminuta elixatio opponitur perfectæ elixationi, ita etiam opponitur superfluæ elixationi; dico negando, quia hoc non est uerum, quia superflua elixatio nõ est digestio, sed est exiccatio quædam; & ita inquinatio non opponitur ei: nec etiam illa cruditas carnis, quando nullo modo est passa à calore, opponitur uere perfectæ elixationi, sed opponitur priuatiue, sicut priuatio, quia illa cruditas est priuatio tãtum illius coctionis; non autem opponitur positiue, opponitur enim, sicut uidens & non uidens, & sicut albũ & non album: & sic dico, quòd positione est tantum una cruditas, quæ opponitur perfectę elixationi, scilicet diminuta elixatio; alia autem tantum priuatiue opponitur; & alia nec priuatiue, nec positiue, scilicet illa, quæ opponitur superfluæ elixationi, quia illa est exiccatio: & ideo dico, quòd Aristo. posuit tantum unam incoctionem oppositam uni coctioni positiue & uere, licet aliæ sint, quæ priuatiue opponantur; & alio modo non est uera oppositio. Sed dices, ex quo hoc genus erat analogum, sicut dixit Aristo. quòd coctio erat genus analogum, & habet species, scilicet maturationem, & elixationem, & assationem: sed in omni genere analogo, semper species habent ordinẽ inter se, sicut & in numeris, & in figuris, quæ habent ordinem: ex quo, inquam, hoc genus est analogum, ut dixit Aristo. quia quibusdã, scilicet conueniens proprio uocabulo, quibusdam autem metaphorice; ergo istæ species

 dicuntur

dieuntur habere ordinem : &, si sic, quem ergo ordinem habent istæ species inter se, & quis ordo earum ? Secundo quęritur in quibus nam à natura fiant omnes istæ species coctionis, scilicet maturatio à natura, elixatio à natura, assatio à natura, quia dixit, quòd aliquæ fiũt ab arte, aliquæ à natura : in quibus ergo inueniuntur omnes istæ tres species à natura, & etiam ab arte ? quęritur, an sint eiusdem speciei, cum fiunt à natura, & cum fiunt ab arte, &, scilicet an elixatio uel assatio, si fiant à natura & ab arte, sint eiusdem speciei specialissimæ, uel non. De primo, quòd, ex quo coctio est analogum, species eius debent habere ordinem, & ideo ordo est iste, primo est maturatio, secundo est elixatio, tertio est assatio : & iste est ordo naturæ : & ideo Aristo. insequens ordinem naturæ, primo agit de maturarione, secundo de elixatione, & tertio de assatione, quia istę est ordo naturæ ; & idem deber esse ordo naturæ & doctrinæ. Sed dices, quare maturatio est prior natura alijs speciebus ? quia maturatio inest tantum à natura, aliæ uero duæ species, scilicet assatio & elixatio, ab arte fiunt & à natura indifferenter : & ideo illa prior, quia simplicior. Quòd autem solum maturatio fiat à natura, isti omittunt, ut naturalem : sed, domini, hoc, quod dicunt, non est uerum, ita enim fit ma turatio ab arte, ut etiam assatio & elixatio fiunt complere ab ipsa natura ; possunt tamen in choari ab arte, sed compleri à natura semper : ita etiam maturatio potest inchoari ab arte, ut cum sternimus paleas in ipsis pomis, ut poma maturescant: completur uero maturatio à natura postea, licet recipiat ab arte: & ita etiam maturatio proprie, quę conuenit fructibus, fit à principio ab arte, ut patet de mespilis in palea, & in fructibus alijs, ubi à principio rustici imponunt mel aut oleum. Et ideo alij dicunt, quòd ideo maturatio est prima, quia ma turatio conuenit generationi, quæ generatio est quædam maturatio ; &, quia post generationem sequitur nutritio, quæ nutritio est elixatio & assatio, ideo dicunt, quòd maturatio præcedit elixationem & assationem ; & ideo elixatio sequitur maturationem : sed contra, quia generatio uiuentium improprie dicitur maturatio, quia Aristo. dicit, quòd maturatio proprie conuenit tantum fructibus ; hic uero nos loquimur de proprie dicta : ergo nõ possumus dicere, quòd maturatio præcedat elixationem & assationem : & ideo dicamus cum Olympiodoro, quòd ideo maturatio habet primum locum, quia maturatio inest solis uiuentibus, elixatio uero & assatio inest uiuentibus & non uiuentibus : & ista maturario est perfectior, & ideo ipsa tantum præcedit, quia conuenit rei perfectiori, scilicet rei uiuenti tantũ. Sed dices, quomodo elixatio præcedit assationem ? dicit Alexander, quòd ideo præcedit, quia nutritio uiuentium nihil aliud est, nisi ipsa elixatio naturalis, quia coctio nutrimenti in uentriculo in pueritia est quædam elixatio, quia tantum nutriti in pueritia fit à calido humido ; &, cum coctio fit à calido humido, dicitur elixatio ; &, quia nurritio in pueritia fit à calido humido, ideo dicitur elixatio ; & hoc etiam dixit Arist. & Galenus, hic enim dicit in primo de sanitate tuenda, & primo de temperamentis, quòd coctio seu nurritio in prima ætate in pueris est similis elixationi ; illa uero, quæ fit in uentriculo iuuenis, fit à calore sicco respectu caloris in prima ætate ; & ideo illa coctio in iuuenibus dicitur assatio : & hoc idem dixit Hippo. in libro de morbis acutis, quòd coctio, quæ fit in uentriculo puerorum dicitur elixatio, coctio uero nutrimenti, quæ fit in iuuentute, quia est à calore naturali sicciori respectu primæ ætatis, ideo respectu coctionis, quæ fit in pueritia, dicitur assatio : &, licet ista coctio, quæ fit in ætate iuuentutis, fiat à calore naturali, qui est humidus, & est substantia spumosa, tamen, quia iste calor est siccior, quàm sit calor in pueritia, ideo ista coctio respectu illius coctionis dicitur assatio : & ideo, quia prima ætas, scilicet pueritia, præcedit secundam, scilicet iuuentutem, & in pueriria fit elixatio, & in iuuenrute fit assario ; ideo elixatio præcedit assationem, licet tam coctio, quæ fit in pueritia, quàm quæ fit in iuuentute, fiat à calido humido ; tamen respectu coctionis, quæ fit in pueriria, coctio, quæ fit in iuuentute, dicitur assatio, & illa elixatio : dico ergo, quòd, ex quo maturatio conuenit tantum uiuentibus, & assatio & elixatio indifferenter uiuentibus & non uiuentibus, ideo maturatio est perfectior, & prius de ea agit Aristo, &, quia elixatio fit in prima ætate, & maxime in principio illius, ideo elixatio pręcedit assationem : & sic assatio erit in tertio loco ; & sic se habent ordinem inter se, quando fit in uiuentibus à natura. De secundo, in quibus nam repe riantur istæ tres species à natura, & nõ ab arte, scilicet maturatio & elixatio & assatio, quia, ubi

ubi ab arte sunt, patet nobis; sed, ubi sunt à natura, non patet; Albertus magnus & Conciliator in differentia 50. dicunt, quòd generatio totius uiuẽtis appellatur matutatio, sed generatio partium, ut ossium, neruorum, & carnis, dicitur assatio uel elixatio: generatio enim partium, ubi est caro, dicitut elixatio: generatio ueto partium, ubi non est caro, dicitur assatio: generatio uero partium, ubi non est caro, ut sunt ossa, dicitur assatio, quia fit à calote sicco, ex quo sunt frigida & sicca; & hæc inueniuntur in uiuentibus: & ita dicunt, quòd hoc modo istæ tres species sunt à natura in generatione uiuentium. Sed hoc non conuenit Aristo. quia generatio uiuentium impropric dicitut maturatio; ergo ita etiam generatio partiũ eiusdem dicitur maturatio impropria, quia proprie est solis fructibus; & nos hic loquimur de maturatione proprie dicta. Secundo, quia, sicut tota generatio uiuentis dicitur maturatio, ita & generatio etiam partium dicitur maturatio; quia, sicut generatio totius fit à calore seminis, & materia est eadem, puta sanguis menstruus, ita & generatio partium dicit̃ maturatio, quia ita genetatio partium fit à calore seminis & ex sanguine menstruo, sicut generatio totius: cum ergo genetatio partium sit ab eodem agente & ex eadem materia, ex quibus est generatio totius; ergo, sicut generatio totius est maturatio, ita etiam generatio partium debet dici maturatio, cum fiat ab eodem agente, & etiam ab eadem materia.

Comparabam species digestionis ad inuicem, maturationem, scilicet & elixationem, & assationem (& sitis attenti, quia ego hodie pulchra dicam, & etiam cras, quia pulchram ptæ manibus habemus materiam) & dicebamus, quòd, ex quo genus harum trium specierum erat analogum; ergo species istæ habent ordinem inter se: quis ergo ordo est iste? dixi, quòd primo est maturatio, secundo elixatio, tertio assatio; & istum ordinem seruat Aristo. & primo est matutatio, quia inest solis animatis, reliquæ uero duæ species insunt inanimatis & animatis: & ideo maturatio est alijs perfectior; ergo est natura prior: elixatio uero præcedit assationem, quia elixatio fit, cum coquitur nutrimentum in puetitia; assatio uero fit, cum coquitur nutrimentum in secunda ætate: & sicut prima ętas præcedit iuuentutem, ita elixatio, quæ fit à calote humido in prima ætate, præcedit assationem, quæ fit in secunda ætate, quæ fit à calido sicco: & iste est ordo earum. Erat secunda dubitatio, quam tetigimus, & in hoc eramus heri, ubi nam insint istæ tres species à natura: & difficile est hoc inuenire, ubi nam sint istæ ttes species à natura, quia, ubi sint ab arte facile est, quia caro elixatur & assatur ab arte: & in hoc dixi opinionẽ Alberti & Conciliatoris in differentia 50. qui dicunt, quòd maturatio à natura inest generi uiuentis; sed dicunt, quòd maturatio cõuenit toti generi animalis, elixatio uero & assatio conuenit parti Animalis: ergo eorum generatio est maturatio, assatio, & elixatio: & probant, quia generatio totius uiuentis fit à calore seminis, ista uero generatio sic facta dicitur maturatio, quia fit ab agente calido & humido: elixatio uero & assatio conueniunt generationi partium animalis, quia partes, quæ carneæ sunt, earum generatio fit elixatione, quia fiunt etiam à calido humido; Partes uero sicciores, sicut sunt ossa & huiusmodi, fiunt à calido sicco; & ideo generatio harum partium est assatio: & hoc dicit ista opinio. Sed dixi uobis, quòd hæc expositio habet difficultatem, & falsa est, & iudicio meo non conueniens uerbis Aristo. primo quia Aristo. hic loquitur de maturatione proprie dicta, quæ est in fructibus: dicit enim Aristot. maturationẽ tantum inesse fructibus Plãtarum: cum ergo hic loquamur de maturatione proprie dicta, comparando species coctionis ad inuicem, ergo sub ista non comprehenditur generatio uiuentium, quia impropric dicitur maturatio: ergo de ea non loquitur Aristo. Tum secũdo addo, quia, sicut generatio totius uiuentis fit à calore seminis, & ab agente, & à sanguine menstruo, ut à materia, ita etiam generatio omnium partium ipsius uiuentis fit à calore seminis, & a sanguine menstruo: ergo consimilis est generatio totius & partium animalis, & consimilis modus: ergo, sicut generatio totius est maturatio, ita etiam generatio partiũ: ergo non magis una erit elixatio, quàm alia; & ideo dico, ut Alexander & Olympiodorus, quòd maturatio a natura inest cibis & solis fructibus, ut dicit Aristot. elixatio autem & assatio cibi a natura insunt in nutritione, dicunt Alexander & Olympiodorus; nutritio enim in transmutatione cibi in humorem in uiuentibus in prima ætate dicitur elixatio, in secunda uero ætate dicitur assatio; quia nutritio in prima ætate fit a calido humido: quæ uero fit

in ſecunda ætate, dicitur aſſatio, quia fit a calido ſicco reſpectu primæ ætatis; & ideo dicitur aſſatio a natura comparando unam ætatem ad aliam, & nutritionem unius ætatis ad aliam: una enim dicitur elixatio, alia uero dicitur aſſatio, quia prima eſt humida, & in ea cõuerſio nutrimenti fit a calido magis humido, & ideo dicitur elixatio; &, quia ſecunda ętas, licet ſit humida, quia calor etiam in ea eſt humidus, tamen, quia reſpectu primæ ætaris nõ eſt ita humida in ſe, ideo comparando calorem ſecundę ætatis ad calorem primæ, dicitur calidus: & ſic ſimpliciter omnes coctiones in utraque ætate debent dici elixationes, quia à calido humido fiunt ſimpliciter, licet in reſpectu calor iuuenis dicatur ſiccior; & hoc dicunt Olympiodorus & Alexander: & addit Olympiodorus, quòd ante eſſe Ariſtotelẽ dixit hoc Hippo. in ſecundo libro de reg. acur. tex. 22. & 88. & dicit Olympiodorus, quòd ibi Hippo. non dicit, quòd coctio nutrimenti dicatur aſſatio uel elixatio, ſed dicit, quòd nutritio eſt coctio; ubi dicit, Si quis ſit aſſuetus ſemel ſumere cibum, tunc, ſi bis ſumat, ægrotabit, quia eius uentriculus coquere non poterit; & bis repetit hæc uerba Hipp. in principio libri, & in fine; non tamen dicit, quòd nutritio ſit elixatio uel aſſatio; ſed Galenus ibi in com. dicit ponderando uerba Hip. quòd bene dixit Hip. quòd nutritio in ſtomacho dicitur coctio, quia eſt perfectio cibi, quæ eſt à calido humido: ſed omnis perfectio a calido humido eſt coctio, quia eſt elixatio: ergo recte dicit Hip. quia coctio nutrimenti in uentriculo dicitur elixatio, quia omnis coctio, quæ fit a calido humido dicitur elixatio: & hoc idem dicit Galenus in libro de ſanitate tuenda, ubi dicit, quòd nutritio in pueris aſſimilatur elixationi; & hoc idẽ repetit in libro de tẽperamẽtis, quòd nutritio uiuẽtium aſſimilatur elixationi, quia fit a calido naturali, quia calor naturalis eſt calidus & humidus (quid etiam ſit calor naturalis, alia die dixi uobis, quòd eſt ſubſtantia uaporoſa, genita cum ſanguine, quia, cum ſanguis decoquitur euaporat, & ille uapor ſeu fumus dicitur calor naturalis) & illa coctio propter hoc dicitur elixatio, ſeu propter hoc potius debet dici elixatio, quàm aſſatio, quia fit a calore innato calido & humido: & ideo ſimpliciter ſumpta coctio nutrimẽti, ſiue in prima, ſiue in ſecunda ætate, debet dici elixatio quia ſemper eſt a calore humido: &, ſi in ſecunda ætate dicitur elixatio, eſt reſpectu primæ ætatis, quia eſt a calido ſicciori reſpectu primæ ætatis, quia calor ille naturalis magis eſt humidus in pueritia, quàm in iuuentute: & ideo in reſpectu tantum dicitur aſſatio, non autem ſimpliciter: & ſic iſtæ tres ſpecies reperiuntur in natura, ſcilicet maturatio in plantis, & elixatio, & aſſatio in uiuentibus, in prima & ſecunda ætate eorum, ut diximus; &, ſi alibi inueniuntur, inueniuntur per metaphoram & translatiuè. Erat tertio dubitatio ibidem, ex quo iſtæ ſpecies ſunt a natura, & ab arte: iccirco dubitatur, an ſint eiuſdem ſpeciei iſtæ coctiones, cum ſint a natura & ab arte: & an omnes ſint ab arte & a natura, ita, quòd, ſicut elixatio & aſſatio ſunt a natura & ab arte, ita etiam maruratio ſit a natura & ab arte: Dico, quòd, ſicut aſſatio & elixatio ſunt a natura & ab arte, ira eriã maturatio eſt a natura & ab arte: eſt enim ab arte, ut cum adiuuamus ſternendo paleas, uel cum alijs ingenijs adiuuando, ut reſoluatur humidum ſuperfluum; & hæc eſt maturatio ab arte: ira etiam aſſatio & elixatio poſſunt inchoari ab arte; tamen poſtea & à natura complẽtur iſtæ coctiones, licet enim poſſint inchoari ab arte, perficiuntur tamen omnes ab ipſa natura, quia complentur a calore acquiſito in eis a ſole: & ſic dico, quòd maruratio eriam fit ab arte, quia cum oleo aut palea adiuuamus, quia calor ſolis in eis adiuuarur ab arte; &, licet poſſint inchoari ab arte omnes, tamen complentur a narura, quia a calore impreſſo; ſed fiunt ab arte, inquantum, quæ elixantur, ponuntur in aqua calida; &, quæ aſſantur, in calido ſicco: & ſic non poſſunr compleri niſi a natura. Et ideo, cum dicis de primo, an ſint eiuſdem ſpeciei, ſi ſint a natura & ab arte hæ coctiones, dico, quòd difficile eſt, tamen omnes Latini dicunt, quòd nõ, immo ſunt alterius ſpeciei; ex Ariſtotele primo de anima, ubi dicit, quòd res, quarum principia ſunt diuerſa ſpecie, illæ res etiam ſunr diuerſarum ſpecierum, quia, cum principia ſunt diuerſa, eriam principiata tunc erunr diuerſa: ſed principia in his ſunt diuerſæ ſpeciei, quia illa fiunr ab arte, ut a principio & uoluntate, & illa a natura; ergo iſtæ coctiones ſpecie ſunt diuerſæ, quia ars eſt principium diuerſum a natura, quia ars operatur per uoluntatem, natura autem non, ergo. Tum etiam, quia Ariſto. primo de Gene. ani. capite primo, & ſecundo de Gener. ani. capite 5. dicit, quòd animalia, ut puta mus, genitus ex

ex putri materia,& mus genitus ex semine,sunt alterius speciei:& ista est mens Arist.dicat Scotus & Thomas quicquid uelint; & hoc idem dicit Auer.octauo Physicorum 46. cōtra Auicennam,ubi hoc disputat; ergo genita ex putri materia,& ex semine,sunt alterius & alterius speciei; unde est hoc?oh dicit Auer. non ex alio,nisi quia agentia sunt alterius & alterius speciei, scilicet calor putridæ materiæ,& calor seminis: ergo genita etiam sunt alterius speciei: ergo ita etiam hæ coctiones erunt alterius speciei, quia,si ars & natura sunt alterius speciei,ergo & istæ coctiones et ab arte & à natura,sunt alterius speciei,immo magis, quàm calor putredinalis & calor seminis,quia differt magis natura ab arte,quàm calor à calore,idest calor putredinalis à calore seminis: & sic hæ coctiones magis differūt,quàm mures illi, quia mures semper fiunt à calore,& ista ab arte & à natura: ergo differunt specie specialissima. Ex aduerso est ueritas iudicio meo duabus rationibus,& primo ex Aristotele septimo Metaphy. ubi dicit,quòd eadem est sanitas specie,quæ fit à natura,& quæ fit ab arte,& à casu: aliquando enim acquirit Socrates sanitatem à natura,aliquando ab arte, & aliquando à casu,ut si quis expositus radijs solis à casu acquirit sanitatem,illud est casu: & dicit Aristo. quomodocunque acquiratur sanitas, respectu eiusdem morbi intelligendo, semper hæc sanitas est eiusdem speciei specialissimæ: ergo etiam & istæ coctiones, siue fiat ab arte,siue à natura,semper erunt eiusdem speciei specialissimæ. Secūdo,quia quinto Physicorum dicit Aristo. quòd motus sunt eiusdem speciei, quia sunt de terminis eiusdem speciei ad terminos eiusdem speciei: sed omnis coctio,siue fit à natura,siue ab arte,semper est à terminis eiusdem speciei ad terminos eiusdem speciei, quia omnis coctio, siue fit à natura,siue fit ab arte,semper incipit ab inconstantia humidi.& terminatur ad constantiam humidi: ergo & coctio,quæ fit ab arte;& coctio,quæ fit à natura, est ex terminis eiusdem speciei,quia est ab interminatione humidi ad terminationem humidi; & hi sunt eiusdē speciei termini: ergo omnes istæ coctiones eiusdem speciei,siue sint à natura,siue ab arte,quia sunt à terminis eiusdem speciei ad terminos per se eiusdem speciei,quia omnes motus, qui fiūt ex terminis eiusdem speciei ad terminos eiusdem speciei,sunt eiusdem speciei: & ideo sustinendo hunc modum dicendi; dico quòd istæ coctiones,siue sint à natura, siue sint ab arte,semper sunt eiusdem speciei specialissimæ per se:extrinsece uero sunt alterius speciei; ut coctio quæ fit in uentriculo, scilicet ut elixatio, quæ fit in uentriculo, & elixatio, quæ fit in uase,sunt per se eiusdem speciei,per accidens autem & ex extrinseco sunt alterius speciei: dico per se, quia in coctione, quæ fit à natura, acquiritur forma substantialis; in coctione uero,quæ fit ab arte,non; & ideo extrinsece & per accidens sunt alterius speciei: & ideo dixit Aristo. quòd istæ coctiones fiunt tam à natura, quàm ab arte,& fiunt propter easdem causas, ideo eadem sunt specie: quòd autem fiant ab eisdem causis,patet,quia fiunt ab eodem calore humido,& similiter assationes; quia,sicut Socrates & Plato sunt eiusdem speciei specialissimæ, ita istæ transmutationes sunt eiusdem speciei specialissimæ. Et ideo respondeo ad argumenta latinorum: de primo,cum dicunt,quorum principia specie differunt, etiam & illa principiata specie differunt,dico,quòd Aristo. ibi loquitur de principijs nutritionis, principiatorum, scilicet de materia & forma; quorum enim principia intrinseca; sunt diuersa specie,etiam ipsa sunt alterius speciei; hic uero principia extrinseca tantum sunt diuersa specie, scilicet agens ipsum est diuersum,scilicet artifex & natura; & hoc non facit, quòd effectus sint diuersi, quia ab eodem agente possunt effectus specie diuersi prouenire,& à diuersis agentibus idem effectus specie: & de facto ita est ueritas,quia,si materia & forma differunt specie,etiam principiata; non autem,si effectus tantum est diuersus. De secundo cū dicis ex Aristotele,quòd genita ex putri materia,& ex semine,sunt diuersarum specierum; ergo effectus:dico, quòd uerum est,quòd genita ex putri materia, & ex propagatione, sunt alterius speciei,quia illa fuit mens Aristo. & Auer.dicit octauo Physicorum,quòd ista non differunt, nisi quia agentia sunt diuersa: sed in istis coctionibus factis ab arte & à natura,agentia sunt magis diuersa,scilicet ars & natura, quàm calor putredinalis, & seminis: ergo dico,quòd calor seminis, & calor putredinalis, differunt specie,quia ibi calor est subiectū, scilicet calor seminis,quia facit illam generationem; & etiam ille calor putris materiæ,qui est uapor genitus,ex materia putrescente: & sic differunt specie isti duo calores; & sic effe-

ctus

ctus, etiam eorum differunt ſpecie : & ideo dicit Auer. quòd effectus differunt ſpecie: &, cũ dicis, oh hic etiam ars & natura differunt ſpecie ; dico, quòd iſta agentia, ſcilicet ars & natura, ſunt principia tantum diſponentia & præparantia, & non uere agentia; &, ſi concurrit ars ad coctionem, concurrit tantum, ut applicat agens ipſi paſſo ; & ideo agentia in his ſũt eiuſdem ſpeciei : agens uero per ſe eſt idem in coctione ab arte, & à natura, ſcilicet calor naturalis humidus, quantum agens per ſe in omni coctione, tam eius, quæ fit à natura, quàm quæ fit ab arte, eſt calor naturalis humidus : & ideo agens eſt eiuſdem ſpeciei.

Alia eſt dubitatio, comparando aſſationem elixationi, quia dicit Ariſtot. quòd elixata ſunt exterius humida, interius uero ſicca ; econtra uero aſſa, exterius ſicca, interius uero humida : ſed hoc non uidetur uerum, quia primo eſt inſtantia de lacte & de muſto : muſtum.n. digeſtum tranſit in uinum, & iſta digeſtio, dicit Ariſto. eſt elixatio : etiam tranſmutatio lactis in caſeum, eſt elixatio, dicit Ariſto. &, cum tranſit muſtum ipſum in uinum elixatione ipſa, tunc uinum non eſt magis humidum interius, quàm exterius, quia æque eſt humidum interius & exterius ; & ſic etiam lac eodẽ modo nõ magis eſt humidum interius : ergo. Secundo negatur de nutritione ; quia dixiſti ex Hippocrate & Ariſto. quòd nutritio ſeu conuerſio nutrimenti in prima & ſecunda ætate eſt elixatio : hic eſt generatio chyli ex potu & cibo; & tamen chylus genitus non eſt magis humidus interius, quàm exterius, nec econtra, ſed inæqualis humiditatis foris & intus. Tum etiam, & eſt dubitatio Alberti hic de ouo; quia ouum, ſiue ſit ex cineribus aſſatum, ſiue ſit in aqua elixatum, ſemper, quo ad partẽ ſuã interiorem, eſt humidum; quo uero ad partem exteriorem, ſemper eſt ſiccum, etenim, quo ad albumen, ſemper eſt conſtantius : uel ergo ouum aſſetur, uel elixetur, ſemper eodem modo eſt : ergo etiam, ſi in aqua elixetur, uel ſub cineribus aſſetur, ſemper eſt exterius conſtãs & ſiccum : ergo non eſt uerum, quòd aſſata exterius ſint ſicciora ; elixa uero humidiora exterius, interius uero ſicciora : ergo hæc non eſt differentia inter aſſationem & elixationem. Tertio dubitatur de carnibus, quæ elixantur & aſſantur, quia dicunt medici, quòd carnes elixatæ non cohibent uentrem ; carnes uero aſſatæ cohibent uentrem, & ideo carnes aſſatæ exhibentur in fluxu uentris : ergo non ſunt humidiores, ſed ſicciores elixatis, quia aliter male exhiberent, quia humiditas mouet fluxum, & non cohibet : etiam in febribus exhibẽtur carnes elixæ ; ergo ſunt humidiores, quia febricitantibus conueniunt humidæ diætæ, ut dicit Hippoc. prima Aphor. ergo humidiores, quàm aſſæ : quid ergo dicit Ariſto. ex oppoſito eſt Ariſto. hac ratione. quia aqua calida elixans ſubintrat per poros interiora carnis ; &, eum ſic intrat, reſoluitur humidum interius carnis, quod apparet in iure pingui ; & ſic fit ſiccior caro interius, exterius uero humidior, quia circunponuntur purgando, illa, quæ reſoluuntur, partibus illis exterioribus; quia, cum illa humiditas diffunditur per aquam, hæret illis partibus exterioribus carnis; & ideo remouetur humidum exterius, quia humidum extrinſecum circumiret carni : & propterea exteriores partes ſunt humidiores, quia diſſoluta humiditas interior circunponitur partibus exterioribus : econtra uero aſſa, quia, cum apponuntur igni, ſtatim exiccat partes exteriores, agens in partes illas corrugando, & exiccando faciens cruſtam, & contrahens carnem, ita, quòd humidũ non poteſt extrahi, quia ignis ſtatim agens in partes exteriores obturat meatus & poros, & inducit cruſtam adeo, quòd illud humidum interius non poteſt exire, & ſic remanet humidum interius in carne : & ideo aſſa ſunt humidiora interius, exterius uero ſicciora : & hæc eſt ratio Ariſtotelis. Sed hic dubitat Albertus ingenioſe quidem, quia omne agens naturaliter, intenſius & fortius agit in proximum ſibi, quàm in remotum ; & hæc propoſitio uera eſt : ergo calor aquæ circumiacentis in elixatione, fortius agit in humidum exterius ſibi proximum, quàm in humidũ interius ſibi remotum : ergo magis ipſum reſoluit ; ergo partes illæ exteriores ſunt magis ſiccæ : ergo caro elixa erit magis ſicca in parte exteriori, quàm in parte interiori, quia diſſoluto humido partis exterioris remanet pars illa ſiccior. Tum ſecundo arguit Albertus, quia dicit Ariſtot. quòd in elixatione eſt duplex motus, ingreſſus, ſcilicet aquæ per carnis meatus ad interiores partes eius, & ſecũdus motus, eſt exitus humidi pinguedinis à partibus interioribus ad exteriora : ſi ſic eſt, quæro, an iſti duo motus ſint ſimul tempore, an unus ſit prior altero : nõ poteſt dici, quòd ſint ſimul tempore, quia hoc eſt impoſſibile, quia iſti duo

motus

motus sunt incompossibiles, quia unus est ab exterioribus ad interiora, alter uero econtra: & sic daretur penetratio dimensionum; quod esse non potest, quia nō datur penetratio corporum: &, si non se penetrat, se impediunt: ergo incompossibiles sunt isti duo motus simul: Si uero dicas, quòd unus motus est prior altero, quęro, quis nam sit prior; aut enim ingressus aquæ est prior, quàm egressus humidi, & sic tunc corpora etiam se penetrarēt, quia pori illius corporis, puta carnis, sunt repleti humiditate & pinguedine illa, quia nondum exiuit; si enim prius ingreditur aqua, quàm pinguedo illa egrediatur, ergo illa duo corpora se penetrant: si uero dicas, quòd prius exit illa humiditas, quæ est in poris carnis, quàm aqua subingrediatur, tunc sequitur, quòd pro illo tempore caro illa remanebit priuata omni corpore, quia non babet humiditatem illam in se; ergo datur uacuū, quod est impossibile, quia, antequàm ingrediatur aqua, cum iam est egressa pinguedo, dabitur uacuum: ergo male dicit Aristo. Tum tertio, quia sic sequitur, quòd, si aqua sic ingrediens corpus carnis, resoluit humiditatem interiorem carnis; ergo illæ partes interiores carnis remanent discontinuæ, quia, quo humido continuantur partes illæ carnis, resoluto illo humido illæ partes remanent discontinuatæ; ergo incineratæ, quia calor aquæ educit humidū interius speciei resoluendo, & cum eo calor; & sic partes non possunt continuari, quia non habent humidū: sed hoc falsum est, quia hæc nō esset elixatio, sed putredo, quia putredo distinguitur à digestione propter hoc, quia per putredinem corpus incineratur, non autem propter digestionem; & putredo, & digestio ut elixatio, opponuntur, corpora enim incinerare proprium est putredinis: hęc Albertus. De primo, cum dicis, quòd corpus naturaliter fortius agit in proximum, quàm in remotum, dico, quòd uerum est, quia uera est hæc propositio: & cum subdis, ergo calor aquæ circunfluens carni, fortius agit in humidum exteriorem carnis, quàm in interiorem; ergo fortius resoluit; ergo exterior pars carnis elixa erit siccior; dico, quòd, quantum est ex se ex parte ipsius agentis, & merito ipsius agētis, ita deberet esse, quia actione agentis pars exterior deberet esse siccior, sed per accidens impeditur, & sic esse non potest ex ista ratione, quam innuit Aristo. in uerbis suis, quia, licet fortius agat agens in proximum, ut in partes exteriores, quàm in interiores, tamen, cum agens peruenit ad partes interiores carnis, dissoluit pinguedinem interiorem seu interius humidum, quod dissolutū fluit ad partes exteriores, & circumiacet, & circumponitur illis partibus, & remanet in illis meatibus exterioribus; & ita circumiacens prohibet, ne calor aquæ resoluat humidum proximum partibus exterioribus; & ideo remanent humidiores, & fortius exiccātur interiores, quàm exteriores per accidens saltem, licet per se ratione agentis debeat esse econtra, scilicet merito agentis debeāt magis exiccari partes exteriores, quàm interiores. De secundo, quia hic sunt duo motus, scilicet ingressus aquæ ad intus, & egressus humidi pinguis ad extra; ergo aut isti duo motus contrarii sunt simul tempore, aut unus est post alium: non potest dici primum, scilicet quòd sint ambo simul tempore, quia sic daretur penetratio corporum: si uero sint simul, sed unus sit prior altero, hoc etiam esse non potest, quia aut dabitur uacuum, aut penetratio corporum: Dico subterfugiendo argumentum, ut etiam dicūt medici de hepate, qui dicunt, quòd hepar trahit à stomacho chylum per uenas meseraicas, & idem hepar transmittit per easdem uenas meseraicas ad stomachum sanguinem, ex quo nutritur stomachus, licet stomachus secundum Galenum nutriatur ex substantia chyli secundum eam partem stomachi, quæ contingit chylum; secundum uero alias partes stomachi extra illam tunicam interiorem, nutritur ex sanguine, sicut reliqua membra: & sic intelligē dus est Galenus, quia aliquando uidetur dicere, quòd stomachus nutriatur chylo; quia aliter non est uerum, quia omnia membra nutriuntur sanguine, quia prius conuertitur chylus in sanguinem, ex quo postea nutriuntur omnia membra: ita ergo hepar per easdem uenas trahit substantiam chyli, & transmittit sanguinem ad stomachum nutriendum per easdem uenas: nunquid uero eodem tempore, an alio & alio tempore? dicunt aliqui, quòd in eodē tempore: oh ergo datur penetratio corporum: negant ipsi hoc, quia, licet eandem uia, & eodem tempore fiant isti motus, non tamen fiunt per idem spacium, sed alio & alio spacio, seu alia & alia parte, quia per partem altiorem uenæ, trahitur chylus à stomacho ab ipso hepate; & per partem inferiorem ipsius eiusdem uenæ transmittitur sanguis ab hepate ad stomachum

machum nutriendum ; & sic non est penettatio corpotum, licet sit in eodem tempore, quia est per aliam, & aliam partem uenæ , ita etiam dico in proposito, quòd eodem tempore ingreditur aqua; & egreditur humidum, sed per aliam & aliam patrem pororum ipsius carnis. Aliter etiam potest dici, ut dicit Galenus in tertio libro uirtutum naturaliũ, qui dicit, quòd isti duo motus non sunt simul tempore, sed prius hepar attrahit chylum à stomacho, & postea transmittitut sanguis ab hepate ad stomachum : ergo dabitur uacuum in uentriculo: nego argumentum, quia non sequitur hoc, quia teplebitur uentriculus alijs uaporibus & alijs humoribus : ita etiam dicamus hic in casu nostro, quia humiditas illa, quæ remaner, dilatatur . Et sic dupliciter potest responderi ad atgumentum, quia aut illi duo motus sunt simul tempore, scilicet ingressus aquæ, & egressus pinguedinis . oh ergo datur penetratio corporum : nego, quia dicam, quòd illa humiditas restringitur adueniente aqua , ad partem unã, & ad aliam tendit aqua ; & sic non fit penertatio corporum : aut non sunt simul tempore, quia prius emittitur humidum illud, & postea ingreditur aqua : oh ergo datur uacuum : nego, quia tunc temporis replebitur caro alijs uaporibus . De tertio, quia, si à calore aquæ dissoluitur humiditas intetiot catnis, tunc erit incineratio, quia partes remanent discontinuæ: ergo incineratio non tantum fit in putredine, sed etiam in elixatione : dico, quòd duplex est humidum in rebus elixabilibus ; unum humidum est, quod est superfluum, quod est humidum nutribile, aliud humidum est substantificum, quod est propria substantia carnis , & nõ nutribile; & hoc humidum substãtificum rationabiliter non resoluitur propter elixatione; illud uero humidum accidentale & superfluum resoluitur in elixatione : aliud uero humidũ substantificum, dico, quòd non resoluitur reuera; tamẽ, si istud resoluitur, incinerantur partes, & hoc concedo, si ultra procedit ipsa elixatio : & sic ergo incinerabitur caro ; concedo, si ultra procedit ipsa coctio : si uero intelligas, quòd incinerabitur, idest dissoluetur , neque hoc inconuenit, neque hoc est proprium putredinis ; & sic dico, quòd in principio elixationis resoluitur humidum accidentale superfluum, & ad huius dissolutionem non sequitur incineratio ; & illud humidum substantificum nõ resoluitur; si autem ultra procedit elixatio, sic etiam humidum substantificum resoluetur, & sic concedo . Ad argumenta uero de lacte, & de musto, dico, ut dicit Aristoteles, quòd ista est elixatio impropriæ dicta : &, cum Arist. dixit de elixis, quòd interiora sunt licciora exterioribus, loquitur de ueris elixis, cuiusmodi non est coctio lactis & musti, quia est dissolutio quædam in partes crassas & tenues, & ideo est impropria elixatio : cum uero Aristo. dixit de elixis, quòd sunt exterius humidiora, intelligit de propria elixatione . Sed dices, tu non fugis argumentum, quia conuersio nutrimenti in chylum est elixatio proprie dicta, & tamen chylus non est humidior interius, quàm exterius, uel econtra, immo æqualiter est humidus inrerius & exterius, uel econtra : dico, dominí, quòd reuera ita est, quòd non possumus hic subterfugere argumentum , quia hoc est uerum in chylo, quod generatur à natura : oh quid ergo dicit Aristo . dico , quòd , quando Aristo. dixit, quòd elixata sunt humidiora exterius, quàm interius, loquitur de elixatione, quæ nobis notior est : & quæ est ista elixatio, quæ nobis notior est? oh est artificialis, & ista elixata sunt humidiora exterius, quàm interius : & sic Aristo. loquitur de elixatione, quæ fit ab arte, quæ nobis est magis manifesta : si autem fiat elixatio à natura, non est hoc uerũ, quia partes æqualiter se habent in humiditate & siccitate . De alio, & erat argumentum ipsius Alber. de ouo, quia, uel elixetur in aqua, uel sub cineribus assetur, semper pars albior est cõstantior ; pars uero interior est humidior ; ergo hic nulla est differentia : dico, dicit Albertus, concedendo assumpta, quibus probas, quòd semper, quo ad exteriores partes, est siccius ; & nulla est differentia in hoc inter assationem & elixationem in ouo : oh ergo Aristo. dicit falsum : respondet Albertus, quòd Aristo. loquitur per se, quòd semper in elixatione pars interior est siceior, in assatis uero est sicca exterior, tamen, si aliter accidit, hoc est per accidens, & ex causa accidentali : sed quæ causa accidentalis est hæc in ouo ? oh dicam, dicit Albertus, quia, cum circuitur ouum ab aqua calida, & coquitur, uel etiam ab igne subiicineribus assatur, semper humidum partis exterioris, scilicet ipsius albuminis, euaporat, & resoluitur secundum partes exteriores ; &, quod remanet, condensatur ; & sic illa pars exterior uehementer induratur, adeo, quòd calor ipse, siue sit aquæ, siue sit ignis, agit in humidũ

partis

partis interioris, ideſt uitelli oui; & illud humidũ etiam, ſi reſoluitur, non poteſt exire, quia, cum pars exterior alba ipſius oui ſit indurata, prohibet, ne illud humidum poſſit exire; & ſic pars interior ſemper remanet humidior in ouo, ſiue ſub cinere, ſiue in aqua aſſetur; & hoc eſt per accidens, quia illa humiditas interior à circunſtante albumine cõdenſato retinetur: & ideo ex cauſa accidentali contingit oppoſitum in ouo, ſcilicet propter extrinſecum impedimentum; & Ariſto. loquitur per ſe. De ultimo, quod erat de carnibus aſſatis, quæ cohibent fluxum uentris; elixæ uero non cohibent, ſed iuuant fluxum; ergo ſunt humidiores: tũ quia febricitantibus dantur, & conuenit caro elixa; dico, quòd aliquid eſſe humidius eſt bifariam, uno modo ſubſtantifice: alio modo qualitatiue; ut quid humidius, an aqua, an uinum; dico, quòd aqua qualitatiue extrinſeceque eſt magis humida, quàm uinũ, quia aqua eſt primum humidorum qualitatiue: tamen ſubſtantifice uinum eſt humidius, quia uinum conuertitur in ſubſtantiam noſtri corporis; & ideo magis humectat noſtrum corpus, quàm aqua, quia aqua non conuertitur in ſubſtãtiam noſtri corporis, quia nullum ſimplex nutrit: uinum autem ſic, quia reponit humidum deperditum. Sum contentus, cras nos finiemus.

Erat dubitatio, quòd elixa eſſent interius humidiora, quàm aſſa, quia carnes elixę conceduntur febricitantibus, & non ſiſtunt fluxum uentris, aſſa uero ſiſtunt fluxum uentris: ſed humida diæta conuenit febricitantibus: ergo uidetur, quòd elixa ſint humidiora aſſis: & ſitis attenti, quia non habemus materiam difficiliorem iſta. Dicebamus, quòd etiã aliquid humidius bifariam contingit, ſcilicet intrinſece, & extrinſece; uno modo humiditate ſuperfuſa & aquea & extrinſeca, & ſic elixa ſunt humidiora extrinſece & humiditate ſuperfuſa: alio modo aliquid eſt humidius humiditate intrinſeca & aerea, & humiditate pingui; & ſic aſſa ſunt humidiora, quia habent humidum eorum pingue, & non euanuit; & propter hoc carnes aſſæ ſiſtunt fluxum uentris, quia humiditas pinguis ſiſtit fluxum uentris, non autem auget, ut elixa, quia humiditas illa propria eſt & aerea, humiditas uero extrinſeca & aquea auget fluxum uentris: humectat ergo accidentaliter magis caro elixa, quàm aſſa; aſſa uero magis eſſentialiter, quàm elixa; ſicut alia die dicebamus, quòd humectat magis uinũ, quàm aqua ſubſtantifice, quia uinum conuertitur in ſubſtantiam uiuentis, & reponit humiditatẽ ſubſtantificam, & ideo magis humectat ſubſtantifice quàm aqua; aqua uero non conuertitur in ſubſtantiam nutriti, ſed tantum reponit qualitatem noſtram, non autem ſubiectũ humidum uiuentis: conceduntur tamen elixa febrientibus, & non aſſa, quia ſunt facilioris digeſtionis & coctionis, nõ quia ſunt humidiora, ſed quia elixa habent poros factos rariores, ideo ſunt faciliora, ad concoquendum, & etiam, quia humidiora qualitatiue: & quomodo ſunt facilioris coctionis carnes elixæ? iam dixi, quia ſunt paſſibiliores; & propter hoc conceduntur ægrotantibus.

Alia dubitatio eſt, quæ eſt facta à Latinis, quia Ariſto. numerat tres ſpecies coctionis, ſcilicet maturationem, elixationem, & aſſationem; & explicat poſtea frixionem, quàm comprehendit ſub aſſatione, dicens, quòd frixio eſt modus quidam aſſationis, non autem elixationis: eſt modo dubitatio circa comparationem harum ſpecierũ inuicem, quia aſſatio eſt à calido ſicco, elixatio uero à calido humido: ſed frixio eſt à calido humido, quia eſt à caliditate pinguedinis uel olei in ſartagine poſiti: ergo frixio magis comprehenditur ſub elixatione, quàm ſub aſſatione, quia eſt à calido humido, non à calido ſicco; & eodem modo fit elixatio & frixio, ſcilicet à calido humido, quia illa fit à calido pinguedinis, & illa à calido aquæ: quomodo ergo Ariſto. dicit, quòd frixio eſt ſpecies aſſationis? Secundo, quia ægrotantibus concedimus aſſa, & non frixa: quomodo ergo frixio eſt ſpecies aſſationis? ex aduerſo eſt Ariſto. qui dicit, quòd frixio eſt ſpecies aſſationis: & omnes Latini tangunt iſtam difficultatem. De primo dico, cum dicebas, ſicut elixatio eſt à calido humido, ita etiam frixio; ergo magis deber comprehendi ſub ſpecie elixationis, quàm aſſationis: reſpondent latini omnes, ut Buridanus, Timon, & Gaetanus, quòd duplex eſt calidum humidũ; quoddam eſt calidum humidum humiditate aerea, ut eſt oleum, & pinguedo; aliud eſt calidum humidum humiditate aquea, ut eſt aqua ipſa calida: & humidum humiditate aerea, dicitur eſſe humidum humiditate aerea, quia in eo prædominatur aer, & in humido humiditate aquea dicitur prædominari aqua: & ideo ſtante hac diſtinctione, cum dicis, quòd elixatio eſt

à calido

à calido humido, dicunt, quòd uerum est, humiditate aquea: frixio etiam est à calido humido; uerum est, humiditate aerea: & ideo dicunt, quòd frixio non comprehenditur sub elixatione, quia non fiunt ab eodem calido humido, quia elixatio à calido humido aqueo, & frixio à calido humido aereo ac pingui. Sed, domini, hæc responsio non soluit dubitationem, quia, si frixio & elixatio fiunt ambo à calido humido, licet elixatio fiat à calido humido humiditate aquea, & frixio à calido humido humiditate aerea, etiam magis frixio conuenit cum elixatione, quàm cum assatione, quia assatio fit à calido sicco, & multæ istæ fiunt à calido humido, & magis inter se conueniunt calida humida, qualitercunque sint, quàm calidum & humidum cum calido sicco: ergo frixio magis erit elixatio, quàm assatio: quomodo ergo Aristo. dicit, quòd magis comprehenditur sub assatione, quàm sub elixatione? & sic adhuc stat argumentum. Tum secundo, quia contradicunt uerbis Aristotelis, quòd frixio non est à calido olei uel pinguedinis infusi sartagini; & sic negat Aristoteles, quod frixio à calido humido olei sit, sed dicit, quòd fit à calido sicco, scilicet ipsius sartaginis; & isti concedunt, quòd fiat à calido humido olei uel pinguedinis: & ideo contradicunt Aristoteli. Et ideo recte exposuit Alexander, quòd ista frixio non est à calido humido olei uel pinguedinis, quia hoc etiam dicit Aristo. & recte, quòd frixio non est à calido humido olei uel pinguedinis; & probauit Aristoteles, quia ista frixio non fit à calido humido olei uel pinguedinis, quia magis patitur pinguedo & oleum à carne, cum frixione, quàm econtra: ergo non potest dici, quòd caro decoquatur ab illa pinguedine uel oleo; &, si sic, tunc caro superaretur à pinguedine, sed econtra fit, quia pinguedo absumitur à carne potius, quàm caro superet & absumat ipsam: ergo negat Aristoteles id, quod ipsi concedunt. Et ideo Albertus, exponens uerba Aristotelis, dicit mouendo dubitationem, utrum, si inijciatur aqua modica in sartaginem, ita, quòd caro non supernatet, & in illa aqua coquatur caro, an ista coctio sit elixatio, an frixio: respondet, & dicit, quòd dicitur frixio, & tamen ista coctio non est à calido aereo, sed à calido aqueo, & dicitur frixio, & non elixatio: ergo male dicũt isti, quòd frixio est à calido aereo, & elixatio à calido aqueo, quia frixio est etiã à calido aqueo; immo etiam dicit Alexander, quòd, si inijciamus multum olei in sartaginem, adeo, quòd caro supernatet, & non possit uincere humidum olei, sed econtra, scilicet uincatur humidum carnis ab humido olei, sicut debet fieri in elixatione, ista dicitur elixatio, & non frixio, & tamen ista coctio est ab humido pingui; & causa huius est, quia humiditas carnis in isto casu superatur ab humiditate olei, & extrahitur à parte interiori ad exteriorem, quòd requiritur ad elixationem: non est ergo frixio, eo quòd coctio fiat ab humiditate pingui, quia etiã elixatio est ab humiditate pingui; sed potius dicitur frixio, quia patitur oleum à carne magis, quàm caro ab oleo, quia ab ea absumitur: & ideo isti errant & non intelligunt uerba Aristotelis: & ideo dimittendo istos, dicatis cum Aristotele & Alexandro, ad argumentum, cum dicis, quòd frixio fit a calido humido, probans, quia fit à calido humido olei, dico, quòd falsum est, sed fit ipsa frixio à caliditate ignis impressa ipsi sartagini, seu ferro ipsius sartaginis: & ideo tam modicæ quantitatis debet esse ista pinguedo posita in sartagine, quod absumatur à carnibus, quia, si pinguedo sit tantæ quantitatis, quòd absumat humidum carnis, tunc non est frixio, dicit Alexander, sed erit elixatio, quia in isto casu humidum carnis uincitur ab humido pinguedinis, quia absumitur humidum carnis ab humido calido pinguedinis, sicut fieri debet in elixatione: & ideo negatur, quòd assumis, scilicet quòd frixio fiat à calido humido, sed fit à calido sicco ipsius sartaginis, quia fit a caliditate impressa ferro sartaginis ab ipso igne: & hoc etiam dicit Aristo. quia Aristo. negat, quòd etiam frixio fit à calido humido, sed dicit, quòd est a calido sicco, scilicet ipsius sartaginis; & ideo dicit, quòd frixio est assatio, & non elixatio. Sed dices tu, contra, quia omne agens proximum ex septimo Physicorum debet contingere passum: sed hic in frixione ferrum sartaginis non contingit carnem, eo quòd caro tangatur à pinguedine: ergo frixio non fit à caliditate sartaginis, sed fit a calido humido pinguedinis; & sic, quod frigit, est caliditas olei, & non caliditas sartaginis: ergo erit elixatio & non frixio: Dico concedendo propositionem Aristotelis, quod uera est, quia, si agens non contingit passum, non est agens proximum: &, cum subsumis, sed ferrum non contingit hic carnem, sed pinguedo contingit carnem: dico, negando maiorem

iorem hanc, quia falsa est, quia ferrum sartaginis est, quod contingit carnem, & non oleum, quia oleum est paucæ quantitatis; & ideo caro contingitur à sartagine, quia, si multum esset oleum, tunc esset elixatio, & non frixio; sed oleum cedit carni, quia sua paucitate non intermeat inter carnem & sartaginem: & ideo inquit Alexander ex Aristotele, quòd tã pauca debet apponi pinguedo, quòd caro contingat sartaginem, ita, quòd pinguedo cedat carni, & caro adeo descendat sub pinguedine, quòd contingat sartaginem, quia, si tanta sit pinguedo, quòd caro non contingat sartaginem, & pinguedo non absumat humiditatem carnis, tunc nõ erit frixio, sed elixatio. Sed dices, ad quid igitur requiritur ista pinguedo, quia nihil operatur in ista coctione, si ista coctio fiat à caliditate sartaginis seu ferri sartaginis? dico, quòd requiritur ista pinguedo, ne caro absumatur a uehemẽti caliditate ferri sartaginis, & comburatur, quia ista coctio fit a uehementi calido: & ideo, domini, citius decoquuntur frixa, quàm assa, quia frixio est a uehementiori calido, quàm assatio; assatio enim est a calido ignis impresso aeri, quia aer est rarus; ista uero frixio est a caliditate impressa ferro sartaginis; & ideo est uehementis coctionis caliditas ista, quia est in subiecto densiori, quàm caliditas assationis, quæ est impressa aeri: & ita euadimus argumentum, quod assumpsit falsum; quod ignorarunt nostri latini non ponderantes uerba textus. De secundo, cum dicebatur, cur est, quòd ægrotantibus concedimus assa, & non frixa, si frixio est species assationis? dico, quòd ratio est ista, quia in frixione generantur multi mali uapores, consumpto ipso oleo uel pinguedine in uapores ipsos: & ideo Galenus ualde damnat inter alia cibaria omnia oua frixa, & alia frixa: & ideo non concedimus frixa ægris, concedimus tamen assa, quia in ipsis non fit ista generatio uaporum, uti est in ipsis frixis. Vltima dubitatio difficillima est in uerbis Aristotelis, qui dixit, quòd omnia cocta seu digesta sunt calidiora & crassiora se ipsis indigestis: & ideo primo dubitatur de primo, an omnia digesta sint calidiora se ipsis indigestis: & primo est instantia de musto, quia ex musto generatur uinum per coctionem, & tamen mustum est calidius ipso uino: & probatur, quòd sit calidius, tum quia feruet, & uinum non; tum secundo, quia mustum magis inebriat, quàm uinum; & hoc propter maiorem caliditatem & maiorem fumum, qui eleuatur ab eo à stomacho ad cerebrũ; & tamen uinum est magis digestum ipso musto. Secundo, quia apostemata siue abscessus, ad quos uel ad quæ sequitur ipsa febris si ducit in saniem digestam, cum generatur sanies, cessat febris: & sanies generatur per digestionem; & tunc facta sanie in apostemate, cessat febris, facta ab ipso apostemate: ergo sanies ista genita per digestionem est minoris caloris, quàm humor putrescens indigestus, ex quo generata est sanies; quod ostendo, quia ille humor, dum erat indigestus & putrescens, generabat febrem, digestus uero non generat febrem: ergo, quæ digesta sunt, non sunt calidiora se ipsis indigestis. Tertio arguitur de fructibus, quia, ut dicit Auer. tertio colliget, & secundo de anima, multi sunt fructus, qui acerbi; fuut amari, cum uero maturescunt, fiunt dulces: transeunt autem fructus ex amaro in dulce per digestionem: &, si sic, ergo & omnia amara, ex Galeno secundo de simplicibus, sunt calidiora, quàm dulcia: & isti fructus indigesti, sunt amari, digesti sunt dulces; ergo calidiores sunt crudi, quàm digesti; ergo aliquod indigestum est calidius digesto: & confirmatur, quia nihil agit ultra gradum proprium: sed fructus maturescunt tantum à calido intrinseco & proprio acquisito à sole, & ille uapor sic calidus remanens in fructibus maturat illos; & iste calor non agit ultra proprium gradum: ergo isti fructus non sunt calidiores in fine coctionis, quàm sint, indigesti à principio ante maturationem, quando erant crudi, quia ista maturatio fit à proprio calore, quia proprius calor non auget se: non ergo erũt calidiores isti fructus, cum sunt digesti; se ipsis amaris. Quarto arguitur, quia ex sanguine generatur lac per coctionem, & tamen sanguis est longe calidior lacte: non ergo omnia digesta sunt calidiora se ipsis indigestis. Ex aduerso est Aristo. in uerbis suis, qui dicit, quòd omnia digesta sunt calidiora se ipsis crudis; & dat etiam rationem Aristo. quia digestio fit à calore ipso: quo modo ergo aliquid erit magis digestum, magis erit passum à calore: ergo omnia digesta erunt calidiora se ipsis crudis & incoctis. Et ideo dico de primo, ad argumẽta ista, cum dicis de musto, quia mustum est calidius uino, & tamen uinum generatur ex musto per coctionem; & omne coctum est calidius se ipso incocto & crudo, quia generatur à

calido per accidens ; tamen muſtum eſt calidius uino : dico,quòd admiſcentur muſto cortices,& nuclei,& alia genera,ut acini, quæ partes non ſunt partes uini , ſed muſti,quæ partes ſunt calidæ,& ſubſtantiæ terteæ,ex quibus partibus muſtum redditur calidius,quia iſtæ partes ſunt paſſæ à calore uehementi,& ideo ſeruant illum uehementem calorem; & ſic admixtæ in muſto reddunt muſtum calidius ; & ſic muſtum per accidens per partes extrinſecas ualde paſſas à calore reddetur uaporoſius : & ,quia illa caliditas eleuatur, & facit ampullas, ideo muſtum per accidens ebullit : & ideo,cum probas,dicens, quòd muſtum feruet,& uinum non,iam dixi, quòd hoc eſt per illas partes calidiores, quæ ipſi admiſcentur,quæ ex ſe ſeruant caliditatem illam acquiſitam , ideo ſunt calidiſſimæ ; & ideo agunt in humidum ipſius muſti aqueum,& ſic conuertunt ipſum humidum in uapores & fumum,qui uapores & fumus exhalantes à muſto generant huiuſmodi ampullas,& ſic feruet muſtum , & ſic fit illa exhalatio . De alio,quia muſtum magis inebriat, quàm uinum ; ergo eſt magis calidum : dico hoc eſſe per accidens ex duplici cauſa,tum quia,ex quo feruet, & habet partes aqueas in ſe admixtas,ideo calor uentriculi agens in humidum illud,conuertit multas partes eius in uaporem,quæ partes petentes cerebrum inebriant ; in uino autem non ſunt huiuſmodi partes aqueæ,quæ poſſint conuerti in uapores : tum etiam ex alia cauſa, quia muſtum eſt incoctum & indigeſtum,uinum uero eſt coctum; & ideo non poteſt ita calor ſtomachi ipſum ſuperare muſtum propter eius indigeſtionem; & ita non poteſt conuertere ipſum in ſubſtãtiam nutriti,ſed conuertit in fumum & uaporem : uinum autem,ex quo eſt digeſtum , magis ſuperare à calore ſtomachi ; & ideo non ita conuertit ipſum in uaporem , ſed in ſubſtantiam nutriti; & ideo non ſic inebriat.

De ſecũdo, de abſceſſu,qui,cum eſt indigeſtus,cauſat febrem:cum uero facta eſt ſanies, non amplius adeſt febris,& tamen ſanies fit per coctionem : ergo non omnis coctio procedit calefaciendo : dico,quòd hoc eſt per accidens,& non per ſe: non enim ex hoc, quòd humor putreſcẽs ſit maioris caliditatis,quàm cum eſt digeſtus,generatur febris:ſed cauſa eſt, quia conuerſo humore putreſcente in ſaniem ceſſat dolor & ſolutio cõtinuitatis , qui dolor generabatur ex illa ſolutione continui & tenſione membri : tum etiam ex alteratione præter naturam,quia ex alteratione præter naturam generabatur dolor,ex dolore affluebat ſpiritus & ſanguis à toto corpore,& ex multo affluxu ſpiritus & ſanguinis fit inflammatio , ex inflammatione fit febris ipſa : & ideo conuerſo humore putreſcente in ſaniem ceſſat febris, quia ceſſat ille influxus ſpiritus & ſanguinis & illa inflammatio ; & ideo non ceſſat febris ex hoc,quia ſanies non ſit calida,ſed quia reſtat fluxus ſpirituum & ſanguinis : & ſic ex iſta duplici cauſa generabatur febris,& non quia ſanies non eſt calida,& humor putreſcens ſic.

De tertio,quia multi fructus ſunt amari,antequam ſint maturi,maturi uero ſunt dulces; & omnia amara ex Galeno ſunt calidiora dulcibus; dico,quòd hic eſt duplex modus dicendi,ſi ſequamur dictum Auer. ſi concedamus, quòd multi fructus crudi ſunt amari , maturi uero ſunt dulces : &, cum dicis, oh omnia amara ſunt calidiora ex Galeno : nego Galenũ, dicit Auer. licet ſit dictum Galeni,quia Auer. in ſecundo de anima in com.106. negat hoc, quòd omnia amara ſint calidiora, quàm dulcia : tunc quomodo eſſet coctum calidius incocto ? quia ſic neceſſario ſequeretur,quòd aliqua cruda eſſent calidiora ſe ipſis coctis , ut pater de iſtis fructibus; quod eſt conrta Ariſtotelem : & Conciliator adduxit inſtantiam cõtra Galenum de opio, quod eſt ſummè frigidum,& eſt amariſſimum ; tũ ex oppoſito eſt Galenus in ſecundo de ſimplicibus,ubi adducit hanc propoſitionem uniuerſaliter , quòd omnia amara ſunt calidiora dulcibus . Tum,ſi ſequamur Galenum,eſt alia reſponſio,quia dicit Galenus,quòd omnia amara ſunt calidiora dulcibus,& quòd omnis amaritudo fit à calido exurente; ita etiam ſalſedo fit à caliditate : ſi ergo dicamus cum Galeno,cum tu dicis,quod multi fructus ſunt amari, cum ſunt immaturi,maturi uerò ſunt dulces, negat hoc Galenus, & expreſſe dicit,quòd non ſunt amari iſti fructus,cum ſunt crudi,ſed ſunt auſteri aut acerbi ſaporis,quibus miſcetur frigidum,quia iſti ſapores,ſcilicet acerbum & auſterum,ſunt à frigiditate : & ideo iſti fructus tum, cum ſunt crudi,ſunt frigidiores , poſtea uero ex coctione fiunt calidiores & dulces ; & dat exemplum Galenus de glande,& piro,quia ſapor glandiũ crudarum eſt auſterus,& non amarus,& ſapor piri etiam,quia differunt iſtæ ſpecies ſaporũ:

& ſic

& sic negat Galenus, quòd sapor horum fructuum immaturorum sit sapor amarus, quia, si esset amarus, cum esse amarum sit esse calidius dulci, tūc aliquod nō ꝯctum esset calidius cocto se ipso; quod est falsum & contra Aristotelem. De alio, quia nihil agit ultra gradum proprium: si fructus crudi in arbore se ipsis maturescūt à calore proprio; sed calor proprius non augetur, immo est idem in principio & fine; ergo cocta non sunt calidiora se ipsis incoctis. Dico, quòd aliquod esse calidius potest intelligi bifariam; uno modo intensiue in gradibus, ita, quòd sit maioris caliditatis in gradu; & sic fructus nō sunt calidiores digesti, quā indigesti, quia reuera non sunt maioris gradus caliditatis isti fructus in fine, quàm in principio coctionis, quia à quo uenisset iste calor, cum nihil agat ultra gradum proprium? Alio modo aliquod dicitur esse calidius extensiue, quia plus caloris habet extensiue, & quo ad multitudinem, sicut dicit Galenus de calore pueri & iuuenis, quia calor est æqualis intensiue & in gradu, & in puero & in iuuene, sed inæqualis extēsiue, quia plus humidi est in puero, quàm in iuuene, id est plus habet substantiæ uaporosæ calidæ puer, quàm iuuenis, quia plus est humidi in puero, & calor naturalis consistit in humido; & ideo plus habet substantiæ uaporosæ puer, quàm iuuenis: ita quoque dico in fructibus, quòd iste calor in fructibus æqualis est in gradu in fine & in principio maturationis, quia iste calor in principio maturationis generatur à sole, scilicet illa substantia uaporosa, quæ postea agit in humidum, & conuertit in substantiam uaporosam: quo uero ad multitudinem, sic est maior & ualde plus calor in fine maturationis, quàm in principio, quia ista maturatio est à calido illo uaporoso, qui calor agens in humidum ipsius fructus, conuertit ipsum in substantiam uaporosam illā: & sic plus humidi caloris est in fine maturationis in fructibus, quàm in principio, multitudine, scilicet extensiue. De ultimo, quod dicis de lacte & sanguine, dico, quòd uerum dicis, quòd sanguis est calidior lacte: sed hic sunt duo quærenda, scilicet coctio ipsa & alteratio, quia alteratur & conuertitur sanguis in naturam lacti; &, si sic quæratur, sic lac semper est calidius sanguine, quia semper fit coctio in sanguine: aliud est quærendum, scilicet cum transmutatur sanguis in aliam speciem lactis; & sic quo ad istam transmutationem sanguinis in lac, tantum lac non est calidius ipso sanguine, quo, scilicet ad istam transmutationem in aliam speciem: & sic, si quæratur quo ad coctionem, sic lac esset calidius, quia, quo magis digestum, tanto calidius: si uero quæratur, ut fit transmutatio in aliam naturam & speciem, sic lac non est calidius: & ideo, si quæratur de coctione, quæ est ibi, sic lac est calidius; si autē quæratur, ut transmutatur in aliam naturam & speciem, non oportet, quòd illa natura specie distincta sit calidior, & ideo non oportet, quod lac sit calidior ipso sanguine: & sic soluitur argumentum.

Sequitur ultima quæstio difficilior, quia, ex quo uidemus, quòd omnia digesta sunt calidiora se ipsis indigestis, ideo sequitur quæstio omnium difficillima, scilicet an omnia digesta sint crassiora se ipsis indigestis: & arguitur bifariam, quòd non; primo auctoritate Auicennæ prima primi, & prima quarti, qui dicit, quòd coctio seu digestio est quædā æquatio, qua tenue crassescit, & crassum attenuatur: ergo aliquando digestio erit attenuatio, & sic digestum erit tenuius se ipso indigesto. Secundo & fortius arguitur ratione: si discurramus per singulas species coctionis, uidebimus, quòd semper aut sæpe coctio procedit attenuando: & primo uideamus de maturatione proprie dicta, quæ inuenitur in solis fructibus (quia maturatio est duplex, quædam propria, & quædam metaphorica; propria inest solis fructibus) si enim inspiciamus fructus maturescentes, uidebimus, quod ista maturatio est attenuatio quædam, quia est ex Theophrasto 6. de causis plātarū capite septimo ubi dicit, quòd omnes fructus plantarum mutantur ex sapore in saporem coctione quadam: & postea subdit, quòd omnes fructus plantarum à principio sicci sunt, & mox humescunt humore eius, idest plantæ influente; & ista dicitur esse generatio saporum: si ita est, ergo ista coctio attenuatione procedit, quia, cum siccum misceatur humido, est attenuatio, & humidum est tenuius, quàm siccum: ergo ista coctio attenuatione procedit, quia primo fructus sunt sicci, & deinde humidi; & siccum est crassum, & humidum tenue, ergo: & hanc sententiam Theophrasti citat Galenus quarto & quinto de simplici medicina, & addit Galenus, quòd omnes fructus plantarum primo sunt acerbi & lignosi, & postea fiunt acidi & humidi, & hæc

transmutatio fit coctione,ut dicit Theophrastus,& postea fiunt dulces: si ergo primo fructus sunt acerbi & lignosi, & postea fiunt acidi & humidi,& ista mutatio fit coctione; ergo coctio aliquando attenuando procedit, generatio semper incrassando: & confirmatur experientia,quia fructus acerbi à principio sunt duri,& postea cocti molliores sunt; sed durities ex secundo de Generatione,& corruptione,sequitur siccitatem, & mollities humiditatem; &attenuatio sequitur humidum,& crassities siccitatem: cum ergo fructus fiunt à principio,sunt duriores; &, cum maturescunt,fiunt molliores:ergo coctio fit aliquando attenuando,quia fructus ex duris fiunt per coctionem molliores. ergo ista coctio ex cruditate in maturitatem procedit attenuatione, quia attenuatio sequitur humidum,& crassities siccitatem: ergo,si ista transmutatio est facta per coctionem,& fit per siccum in humidum;ergo hæc coctio procedit ex crasso in tenuem,& non econtra,ut dicit Aristo.& confirmatur, quia à principio fructus sunt grauiores, cum sunt immaturi, quàm quando sunt maturi; ergo in principio sunt magis aerei; ergo crassiores sunt,quia grauitas sequitur ipsam terram; ergo plus terræ habent in principio, quando sunt immaturi,quàm in fine; ergo sunt crassioris substantiæ in principio,quàm in fine: patet,quia,cum acerbi sunt fructus,si intra aquã imponantur,grauitant & submergunt; cum autem sunt maturi,sunt molliores, & supernatant aquæ,non autem submerguntur: ergo in fine fructus isti sunt minus terrei,quia sunt leuiores; ergo hæc coctio attenuatione processit: & dat exemplum Galenus de sorbis. Secundo principaliter arguitur & de maturatione impropriè dicta, quia probauimus de propria,ideo nunc arguitur de impropria,& translatitiè sumpta,& est generatio uiuētium,quæ appellatur maturatio,& præcipue ab Auerroe tertio colliget: si enim loquamur de ista,etiã attenuatione procedit,si enim generantur uermes ex carne,uel in ligno,ista generatio attenuatione procedit,quia generatum est tenuioris substantiæ, quàm caro aut lignum: tum etiam quia apud medicos generantur in cerebro spiritus animales ex uitalibus in complexu rete mirabilis,quia spiritus uitales,ut scitis,ascendunt à corde per tenues ramos arteriarũ cerebri,& in illis amfractibus in illo reflexu concoquuntur,& generantur animales; & tamen generatio procedit attenuatione, quia tenuior est spiritus animalis, quàm uitalis;& sic in illis amfractibus illius rete attenuantur spiritus illi,& conuertuntur in spiritus animales, quia sunt tenuiores, quàm uitales: ergo hæc coctio attenuatione procedit. Tertiò arguitur de elixatione & assatione,quòd attenuatione procedunt, quia,uel accipiatur assatio & elixatio ab arte,uel à natura,semper attenuatione procedunt;quia,si fit à natura,procedit attenuando; quod ostendo, quia elixatio à natura nihil aliud est,quàm coctio & conuersio nutrimenti in prima ætate,ut dicunt Galenus,Aristoteles,& Alexander; in secunda uero ætate est assatio respectu primæ: sed in secunda & in prima ætate procedit ista coctio attenuatione,seu ista conuersio cibi,quia semper iste cibus,puta panis, conuertitur in chylum, & chylus in sanguinem: sed chylus est tenuior, quàm panis; & sanguis est tenuior,quàm chylus; & sanguis deinde conuertitur in humiditates secundas,quæ sunt subtiliores ipso sanguine: ergo hæc generatio attenuatione procedit: Si etiam considerentur elixatio & assatio,ut procedit ab arte, sic etiam attenuando procedit; quia caro assa & elixa sunt tenuioris substantiæ se ipsis crudis. ergo assatio & elixatio,siue sint à natura,siue ab arte,semper, aut frequenti attenuatione procedunt ad minus; cuius tamen oppositum dicit Aristo.& confirmatur de musto & uino,ubi uinum est tenuioris substantiæ, quàm mustum, & tamen uinũ genetatur ex musto per coctionem,& tamen hæc est maturatio: quomodo ergo Aristo. dicit,quòd ista coctio procedit ex assatione? Et ideo uidetis,qualiter dictum Aristotelis multas habeat difficultates, quæ uidentur ostendere suum dictum esse falsum: & ideo,domini, propter has difficultates uario modo loquuntur expositores; & quæstio ista melius tractatur à medicis,quàm à philosophis: & ideo sunt multi modi dicendi. Erprimus modus dicendi est Conciliatoris differentia 50. & Vgonis prima primi,qui dicunt,quòd dictum Aristotelis non est uniuersaliter uerum,quia aliquando est uerum,aliquando falsum, quia non est uerum,quòd coctio uniuersaliter procedat incrassando,sed etiam aliquando attenuatione procedit: & hoc dicunt isti expositores exponendo dictum Hippocratis in secunda particula

ticula Aphoriſmorum Aphor. 22. Concocta medicari & mouere non cruda. quam ſententiam ſecutus eſt etiam Auicenna prima quarti, & prima primi, qui dicit, quòd coctio in humoribus eſt æquatio quædam, ita, quòd craſſum attenuatur, & tenue craſſeſcit: & ſic dicũt, quòd propoſitio Ariſtotelis non eſt uniuerſaliter uera: & dant rationes iſti, quia omnis coctio aut eſt in humore nocuo, aut in innocuo: ſi eſt in nocuo, adhuc eſt bifariam, quia iſta coctio aut eſt in humore nocuo, ut ille humor traducatur ad benignum; aut eſt, ut ille humor expellatur a natura, quia non poteſt regi à natura, nec redigi ad naturam & commenſurationem, ut etiam dicit Galenus; & ſic coquitur, ut expellatur, non autem ad benignũ traducatur: &, qualitercunque fiat iſta coctio, aliquando procedit incraſſando, & aliquando attenuando, quia, ſi humor iſte craſſior ſit debet attenuari (& hoc ſæpe docet Galenus) aliter non eſſent parati expulſioni iſti humores: ergo tunc non uerificatur hoc dictum Ariſtotelis, quia, ſi fuerit coctio in humore nocuo craſſo, iſta coctio ſemper procedit attenuatiõe, ſiue debeat expelli, ſiue reduci ad benignum; quia, ſi debeant expelli craſſi humores, debẽt attenuari; &, ſi debent reduci ad benignum, etiam debent attenuari: & ſic hic non uerificatur uerbum Ariſtotelis, quia, ſi debent reduci ad benignum, debent attenuari; ut phlegma, ſi debet reduci ad naturam, debet attenuari: ſi uero ſit humor ille tenuis, ut puta cholera, debet incraſſari (& in hoc non uerificatur dictum Ariſtotelis) tum enim, ſi debet bilis expelli, debet incraſſari; tum, ſi debet reduci ad benignum & naturam, tantum coctio procedit incraſſando; & dictum Ariſtotelis eſt uerum: Si uero fuerit in innocuo, ſcilicet in utili humore, ſic & hic eſt bifariam, quia aut iſta coctio eſt reſtauratio quædam deperditi ſpiritus, aut non eſt reſtauratio ſpiritus deperditi, ſed partis membri: ſi quidem eſt reſtauratio ſpiritus deperditi, ſic procedit attenuatione; & ſic non eſt uerum dictum Ariſtotelis: ſi autẽ eſt reſtauratio partis membri deperditi, ex actione caloris naturalis, & deperdita pars iterum debet reſumi & reſtaurari, ſic craſſatione procedit: & ſic iſta coctio aliquando procedit attenuatione, aliquando craſſatione; attenuatione, ſicuti diximus de pane, ſi panis mutatur in chylum, & chylus in ſanguinem, & ſanguis in humiditatem de ſecundis; & ſic ſemper attenuando procedit; & hic non uerificatur dictum Ariſtotelis: aliquãdo uero procedit craſſatione, ut cum humiditas illa de ſecundis tranſmutatur in carnem, & in membra; & tunc iſta coctio procedit craſſatione; & hic, dicunt iſti, quòd præcipue uerificatur dictum Ariſtotelis, quando, ſcilicet reſtauratur pars membri deperditi, & non ſpiritus, qui ultimo tranſmutatur in ſubſtantiam membri deperditi: & ſic dicit hæc opinio, quòd dictum Ariſtotelis non eſt uniuerſaliter uerum, ſcilicet quòd coctio ſemper procedat incraſſando. Sed contra hanc opinionem arguo, quia de facto falſa eſt, quia ſubito & ſtatim ſumit inſtantiam cõtra . . ex generatione humoris, quia dicit, quòd aut iſta coctio eſt in humore nocuo, aut eſt in humore innocuo & utili: ſi eſt in humore nocuo, adhuc eſt bifariam, quia aut debet expelli, aut reduci ad benignum; &, qualitercunque fuerit hæc coctio, ſiue reducatur ad benignum, ſiue expellatur, aliquando procedit incraſſando, & aliquando attenuando, ſecundum quòd humor fuerit in cauſa; & ſic dictum Ariſtotelis non eſt uniuerſaliter uerum: ſi uero fuerit coctio in innocuo, ſic etiam erit bifariam, quia aut iſta coctio eſt reſtauratio ſpiritus deperditi; & ſic ſemper procedit attenuando: aut eſt partis membri deperditæ, quæ debet reſtaurari & reſarciri, & ſic procedit incraſſando; & dictum Ariſtotelis eſt uerum: ergo ſua propoſitio non erit uniuerſaliter uera. Sed, domini, iſti errant, quia iſta coctio in humoribus non eſt uera coctio, ſed impropria & translatitia, ſecundum Ariſtotelem; & Ariſt. hanc repellit, quia hæc coctio eſt quædam æquatio humoris, quæ æquatio humoris apud Ariſtotelem non eſt coctio; & Ariſto. non loquitur de iſta, quando dicit, quòd omnia cocta ſunt craſſiora ſe ipſis incoctis: & ſic inſtantia iſtorum non eſt ad propoſitum. Secundo oſtendo dictum Ariſtotelis eſſe uniuerſaliter prolatum ab eo, & eſſe uniuerſaliter uerum, primo, quia dicit, quòd omnia digeſta ſunt calidiora & craſſiora ſe ipſis indigeſtis, & uniuerſaliter dicit hoc Ariſto. & probat hoc in capite ſequenti ſic, quia omnia, quæ digeruntur, craſſiora euadunt, quia ex aereis fiunt aquea, & ex aqueis fiunt terrea: ergo omnia, quæ digeruntur, fiunt craſſiora, quia aqua eſt craſſior aere, & terra craſſior aqua: ergo ſemper iſta coctio procedit craſſando. Secundo, quia dixit Ariſto. quòd apoſtemata ſiue abſceſſus ſeu

nascentia,& fluxus lacbrimales,& mustum,tunc digesta sunt,cum humiditas eorum consistentiam acquirit & crassitiem : si humidum istorum acquisiuit consistentiam;ergo soliditatem & crassitiem ; ergo ista coctio fit crassatione : ergo uniuersaliter omnia digesta crassiora sunt se ipsis indigestis . Tertio, quia non aduerunt uerba Aristotelis , quia dicit Aristo. quòd aqua,quæ est simplex elementum,non potest digeri,quia non potest crassescere à calido : ergo ab opposito consequentis ad oppositum antecedenris,omnia , quæ digeruntur, debent crassescere à calido : ergo necesse est, quòd omne,quod digerit̃,crassescat à calido; ergo quæ nõ crassescunt à calido,non digeruntur : ergo omnis digestio procedit , quadam crassatione : ergo natura non procedit attenuatione . Quarto,quia in secũdo huius, loquẽs Aristot.de salsedine maris , & reddens causam , quare urina est amari & salsi saporis , dicit, quòd ideo est,quia omnium excrementorum animalis urina est indigestissima:& quam causam assignauit Aristo. quòd urina sit indigestissima? dixit, quòd ideo est indigestissima omnium excrementorum,quia omnium excrementorum est tenuissima : ergo crassiora digestiora, & econtra : & Galenus quarto regiminis acutorum , sequens Aristotelem , quando Hippoc. dicit, quòd eorum digestiones erant tenues,& non erant constantes,exponit Galenus,erant eorum digestiones tenues,idest crudæ, quia omnis digestio incrassat : omnis ergo digestio uniuersaliter incrassatione procedit . Secundo,ratione arguo contra hanc opinionem,quia coctio per se fit à calore agente in humidum, per definitionem coctionis , & ista est sententia Aristotelis ; est enim coctio perfectio in uno quoque humido à calido ipso : Sed,cum calidum agit in humidum,resoluit tenuiores partes eius & superfluas à partibus constantioribus : ergo omne,quod digeritur,crassescit,quia per resolutionem partium tenuiorum superfluarum fit crassius, quia resoluuntur partes tenuiores superfluæ , & remanent crassæ . Secundo,quia hæc opinio minime uidetur loqui secundum mentem medicorum,etiam cum ipsi sint medici,quia dicũt ipsi,quòd coctio ista aut fit in humore superfluo nocuo,aut fit in humore utili & non superfluo : si in humore nocuo , bifariam fit , quia aliquando procedit incrassatione,& aliquando attenuatione : & ex quo bifariam fit? quia aut debet pręparari expulsioni; & sic debet attenuari : aut debet reduci ad naturam & ad benignum ; & sic debet incrassari : & sic aliquando procedit attenuatione , ut cum crassus humor debet expelli ; ergo aliqua coctio procedit attenuatione : crassatione uero procedit,ut cum humor expellendus est tenuis ; sicut,si bilis debet expelli, debet incrassari . Sed, domini,huic dicto contradicit Galenus in nono Aphor. secundæ particulæ,qui ait,cum corpora quis purgare uoluerit. & prima particula Aphorismorũ Aphor. 24.ubi dicit Galenus,quòd humor tenuis ex se paratus est expulsioni aut per uiam secessus,aut per poros corporis : ergo nulla eget præparatione,neque coctione,ut fiat aptus expulsioni,& ut facilius expellatur à natura,quia, quo tenuiores sunt humores,eo facilius expelluntur per corpus,ut Galenus ubique dicit,ubi dicit,si humores debent præparari expulsioni,quòd humores crassi debent attenuari ; & nunquam dicit,si fuerint tenues,debent incrassari : & idem bis Galenus in loco de purgatione,ubi dicit,quando parandum sit corpus,& quomodo paretur,& dicit, quòd attenuando humores crassos præparatur ; & nunquam dicit Galenus, quòd humores debent incrassari : & ideo hæc opinio contradicit Galeno ; ob id omitto hanc,quia non tãtum contradicit Aristoteli,sed etiam medicis . Et ideo est alia opinio , quæ est Gentilis in prima quarti, & Thomæ de Garbo in sua summa,& Thadei,qui dicunt,quòd sermo Aristotelis non est uniuersalis,quòd omnis coctio crassatione procedat,quia Aristoteles loquitur de coctione proprie dicta : sed coctio ista, quanquam ponant medici & Auicen.in humoribus,non est coctio proprie dicta , sed improprie dicta; de qua non loquitur Aristo.& si expellendo humores,ut cum expurgamus pituitam à corpore,attenuamus ipsam,ista non est uera coctio secundum Aristotelem; neque de ista loquitur Aristo. quia est translatiua coctio,de qua non loquitur Aristo.& sic, licet ista coctio fiat attenuatione, non tamen est contra Aristotelem,quia ipse loquitur de proprie dicta : & ostendo,dicit hæc opinio,quod hoc sit uerum (& ego,domini,expono & amplio dictum istorum,quia multa errata dicunt, immo tot errata,quot uerba,dicunt) aiunt ergo isti,& maxime Gentilis,quòd coctio est commixtio humidi cum sicco: ergo coctio est à calido agente in humidum,& est commixtio humidi

midi cum sicco: dicunt isti, quòd falsum est, ut dicam, & contra Aristo. & ideo isti dicunt quòd, si comparemus coctionem, potest comparari humido, & potest comparari sicco, & potest comparari utrisque simul, quia est commixtio humidi cum sicco: & in hoc omnes medici sequuntur Gentilem, & omnes proculdubio errant in hoc: dicunt ergo isti, quòd coctio potest comparari humido, & potest comparari sicco, & potest comparari coniuncto ex utroque: dicunt ergo, quòd, si coctio comparetur solo humido, sic procedit incrassatione, quia, quando humidum permiscetur sicco, incrassatur: si autem coctio comparetur sicco, siccum digeritur, cum miscetur humido; Sed tũc attenuatur ista coctio; & sic ista coctio procedit attenuando: si uero comparetur coctio toti coniuncto, simul sumpro, scilicet toti commixto ex humido & sicco, quid dicemus, dicit Gentilis? dicemus, quòd aliquando incrassatione, & aliquãdo attenuatione procedit, quia aut humidũ est amplioris molis, quàm siccum & ex mixtione humidi cum sicco mixtum coquitur; ergo maior pars mixti concocti crassescit, quia ex mixtione sicci cum humido crassescit humidum; ergo simpliciter ista coctio est incrassatio: si autem maior pars sit sicci, quàm humidi, cum miscetur siccum humido, digeritur siccum, & attenuatur; & tunc dicemus, quòd ista coctio est attenuatio quædam, quia maior pars maxime attenuatur. Sed dices, tu dixisti, quòd dictum Aristotelis est uniuersaliter uerum, quomodo ergo est uniuersaliter uerum, si aliquando coctio fit attenuatione, aliquando crassatione? oh dicunt, quia per te subiectum digestionis est humidum, & ideo quòd non digeritur mixtum, nisi admisceatur humidũ sicco, &, cum admiscetur humidum sicco, humidum crassescit: ideo dico, dicit Aristo. quòd coctio seu digestio fit incrassatione; & ideo cocta sunt crassiora se ipsis incoctis, quia per te subiectum coctionis est humidum, quòd, cum coquitur, miscetur sicco, & ex commixtione humidi cum sicco humidũ fit crassius: & ideo, domini, bene aduertatis, quia Gentilis est longus, & ego bene dicã ea, quæ ipse dixit: & hæc dicunt Gentilis & Thomas de Garbo. Sed, domini, hæc opinio implicatur sibi, & cum hoc, quòd non exponit intentionem Aristotelis, contradicit etiam Aristoteli, & extorquet uerba eius, quia, cum Aristo. dicit, quòd omne digestum est crassius se ipso indigesto, exponit ista expositio, sunt crassiora, idest magis commixta & melius: sed, domini, uideatis, quam affinitatem habeat, omnia digesta esse crassiora se ipsis indigestis, cũ esse melius commixta: quæ conuenientia est inter hæc, ut inter crassiora, & melius commixta, & crassius, & melius commixtum? hoc enim est extorquere Aristot. & ideo manifeste uana est hæc expositio, quia nulla affinitas est inter esse crassioris substantiæ, & esse melius commixta. Secundo ostendo hoc ratione, quia, ubi sit æqualis quantitas humidi & sicci in mixto, eius digestio neque attenuatione, neque crassatione procederet per eos, quia secundum ipsos tantum digestio fit attenuatione, quando maior pars mixti est sicca; & tunc fit in crassatione, quando maior pars est ipsius humidi; Si ibi siccum & humidum sint æqualia, neque attenuatione neque crassatione procedit: ergo erit aliqua coctio, quæ neutro modo procedit. Tertio, ut magis infra dicemus, omnis coctio fit actione calidi in humido: sed calido agente in humido resoluuntur partes eius tenues & superfluæ, & remanẽt crassæ & cõstantiores partes: ergo omnis coctio fit per se incrassarione, & non attenuatione. Quarto arguo contra eorum fundamentum, quòd coctio sit mixtio humidi cum sicco: sed in hoc fundamento longe errant: primo, quia coctio est passio mixti perfecti: sed non est mixtum perfectum, nisi fiat mixtio humidi cum sicco: ergo coctio præsupponit mixtionem humidi cum sicco: ergo coctio non est illa commixtio, quia nihil se ipsum supponit: Secundo ex Aristotele infra cap. de coagulatione, ubi dicit, quòd coctio est separatio humidi à sicco actione caloris resoluentis humidum superfluum in uaporem; & non dicit Aristot. quòd sit commixtio humidi cum sicco, sed dicit, quòd est separario humidi à sicco: ergo non est cõmixtio humidi cum sicco: quomodo: ergo est cõmixtio, si Aristo. dicit, quòd est separatio humidi à sicco? & omnes latini dicunt hæc fatua, quòd est commixtio humidi cum sicco. Er ideo dico, quòd mens Aristo. est, quòd sua proposirio sit uniuersaliter uera, & quòd eius dictum sit generaliter uerum sine exceptione aliqua; & declaro mentem Aristote. & bene aduertatis, quia res mihi difficilis est. Dico igitur, quòd mixtum secundum Aristotelem, quod debet digeri, debet cõstare ex humido & sicco; & sic omne mixtum, quòd coquitur,

aut

aut in ipso est humidum superfluum, quia debet constare ex humido & sicco mixtum, quod debet coqui, quia coctio est passio mixti; aut commensuratum est cum humido siccum; aut unumquodque ipsorum superat naturam aliorum: si autem hæc duo commensurantur, sic tunc mixtum est coctum; & sic non indigemus coctione: aut humidum est superfluum cõmensurato sicco secũdum naturam; si sic, actione caloris innati resoluitur humidum superfluũ in uaporem, remanente humido constante, tũc ista est coctio, & dicitur ab Aristotele uera coctio, & ingrossando procedit: si uero siccum fuerit superfluum constante & commensurato humido, si debet hoc mixtum reduci ad propriam naturam (& ad hoc bene aduertatis, quia hic stat punctum) tunc debet secerni & separari humidum à sicco, actione caloris in ipsum mixtum, liquefaciendo ipsum siccum, & secernendo siccum ab humido; ut panis in uentriculo debet liquefieri, & conuerti in chylum, quia in substãtia chyli non debet esse tanta siccitas, quanta est in pane; & ideo segregatur siccum superfluum; & sic in stomacho fit separatio chyli ab excrementis actione caloris, ut à substantia panis, ubi erat superfluum siccum commensurato humido; & hæc secretio non dicitur ab Aristote. coctio, sed segregatio sicci ab humido: & sic sola segregatio humidi superflui à sicco commensurato dicitur coctio ab Aristotele: & dicam istud infra, quare Aristot. tantum istam segregationẽ appellet coctionem, & aliam non: si autem ita sit, quòd istud siccum commixtum cum pauco humido, ita, quòd non possit à calore innato colliquari & subtiliari, tunc utimur arte super infundendo humidum ipsis siccis, & reddendo ipsa humidiora, ut facimus in seminibus plantarum, cum sint exiccata, expellimus pluuiam, quę segregat siccum ab humido, & sic generant: & sic, cum permiscemus humida siccis, reddendo ipsa humidiora, tũc talia possunt colliquari. Et ideo dico, quòd, si in mixto humidum fuerit superfluum, & illud humidum superfluum resoluatur, & separetur à sicco, ista est coctio secundum Aristotelem: si uero siccũ in mixto fuerit superfluum, & humidum determinatũ, & siccum segregetũ ab humido, ista nõ est coctio, sed tantum segregatio sicci ab humido determinato: si uero humidum non fuerit determinatum, & siccum sit, tum calor naturalis resoluit humidum superfluum, remanente aliquo constantiori; & sic est coctio secundum Aristotelem. Sed dices, si coctio est passio communis sicci & humidi simul, cur segregatio superflui humidi à sicco dicitur coctio, & segregatio superflui sicci ab humido non dicitur coctio secundum Aristotelem? Et confirmatur, quia, ut dicit Auicẽna, coctio est æquatio: quare ergo æquatio humidi est coctio, & æquatio sicci non dicitur coctio? Secundo arguitur ex Alexandro, quia Alexander exponens dictum Aristotelis, cum dixit, quòd urina inter omnia excrementa animalis est indigestissima & tenuissima, exponit Alexander, dicens, quòd duplicia sunt corpora, quæ debent digeri; aut enim sunt sicca, & eorum digestio ad tenue terminatur; aut sunt tenuia & humida, & eorum coctio terminatur ad incrassationem: quid ergo dicit, si Alexander dicit, quòd, quæ digeruntur, si sunt sicca, digestione attenuantur? & ego feci uos attentos supra, cum declaraui locum illum, quia Aristo. uidetur sibi cõtradicere. Et ideo dico de primo, cum dicis, quòd Aristo. dicit, quòd digestio est communis passio humidi & sicci simul, quia hoc uerum est secundum Aristotelem, quia coctio nihil aliud est, nisi resolutio humidi superflui; resolutio uerò sicci non est coctio: & dicit Aristo. quòd coctio est humidi perfectio, id est humidi cõstantis & caloris proprij, idest à calore proprio; & hæc perfectio, quæ acquiritur humido, dicitur crassatio: &, cum dicis, oh coctio est communis passio humidi & sicci, dico, quòd uerum est, quòd communis est passio humidi & sicci, primo tamẽ est passio humidi, secundario sicci, quia non cuiuslibet humidi, sed humidi admixti cum sicco: &, cum dicis, sicut resolutio superflui humidi cum sicco est coctio, ita & resolutio superflui sicci, est coctio: nego ista, & per . . quare de hoc redde rationem: oh dicunt aliqui, quòd resolutio superflui humidi fit per se à calore, resolutio uero superflui sicci non fit per se à calore: &, quia omnis coctio debet fieri à calore; &, quia resolutio humidi fit à calore, ideo resolutio humidi est coctio; & resolutio sicci non est coctio secundum ipsos: quod autem resolutio humidi fiat per se à calore, & resolutio sicci non, ostendo, quia calor per se facit ipsum humidum euaporare; resolutio autem sicci non est per se à calore. Sed istud non est uerum, quia ita calor agens in terram, quæ sicca est, resoluit ipsam, & eleuat exhalationem

siccam

ficcam,ſicut reſoluitur aqua in uaporem humidum: & ideo dico ego, quòd ideo Ariſtote. non appellat illam,ſegregationem ſicci ab humido, coctionem; & illam humidi,ſed appellar illam ſegregationem,& non coctionem; & quare ? quia coctio fit à calore naturali & proprio,& ſola reſolutio humidi ſuperflui fit à calore proprio & naturali; reſolutio autem ſuperflui ſicci non fit à calore naturali,ideo appellat illam ſegregationem,& non coctionē: & quomodo illa ſegregatio ſicci non fit à calore naturali & proprio ? oh declaro,quia reſolutio humidi fit à calore naturali intendente ſe ipſum conſeruare,quia coctio caloris intendit ſibi ſimile generare,quia flamma lampadis agit in oleum, & conuertit ipſum in ſubſtantiam fumi,ut ex fumo generetur flamma: cras finiemus.

Dicebam, quòd in corpore mixto aliquando erat ſuperfluum humidum cum ſicco conſtante & determinato,aliquando autem erat ſuperfluum ſiccum cum humido conſtante; quòd,ſi reſoluatur ab agente naturali ſuperfluum humidum,remanente ſicco,& reliquo humido conſtantiore,iſta humidi reſolutio erat coctio & digeſtio: ſi uero reſolueretur ſiccum remanente humido, iſta non eſt coctio uel digeſtio, ſed eſt ſegregatio ſicci ab humido, & hic eſt calor. Et diximus, quòd erant duæ dubitationes; prima,cum coctio ſit paſſio communis ſicci & humidi, cur magis reſolutio humidi dicatur digeſtio,quàm reſolutio ſicci, & præcipue cum coctio ſit æquatio quædam: cur ergo æquatio humidi dicitur digeſtio, & nō æquatio ſicci? Eſt etiam dubitatio ex Alexandro ſecundo huius exponente dictum Ariſt. in capite de ſalſedine maris, quoniam dicit Ariſto. quòd urina inter excrementa animaliū eſt tenuiſſima: & ideo exponit Alexander dicens, corpora, quæ digeruntꝰ,duplicia ſunt,quædam ſicca,& quædam humida; humida digeruntur craſſatione; ſicca uero attenuatione digeruntur: ergo non omnis coctio eſt craſſatio quædam,ut dicit Ariſto. De primo dicebā, cum dicis,cur reſolutio humidi ſuperflui dicitur coctio, & reſolutio ſuperflui ſicci non, ſed dicitur ſeparatio ſicci ab humido? dicunt aliqui, quòd non eſt, quia coctio fiat per ſe à calido, quia calor per ſe agit in humidum,non autem per ſe agit in ſiccum: & ideo, quia per ſe agit, corrumpit humidum: ideo per ſe reſoluitur humidum,nō autem per ſe reſoluitur ſiccum: & ideo reſolutio humidi dicitur coctio,non autem reſolutio ſicci. Sed contra,quia calor agens in terram,ita reſoluit ipſam in tenuem & ſiccā exhalationem, ſicut agens in aquā reſoluit ipſam in humidum uaporem: ergo ęque calor agit in ſiccum,ſicut in humidū, quia, ſicut ſupra diximus,duo habitus generantur à calore; unus humidus ex aqua,qui dicitur uapor; alius humidus,qui dicitur exhalatio: ergo calor agit per ſe in ſiccum,& conuertitur in exhalationem ſiccam: ergo hæc reſponſio non dicit uerum. Et ideo dico, quòd naturalis calor bifariam generatur; uno modo ut calor eſt,quia,ſcilicet habet humidum in ſe,ſcilicet qualitatem,quæ eſt ut agens; alio modo contrariatur, ut eſt calor naturalis,ſed non contrariatur,qua calor; ſed,ut habet ptimam qualitatem in ſe, qua eſt calor,ſic æqualiter agit in ſiccum & humidum; ſi contrariatur calor, qua naturalis eſt,ſic eſt ſubſtantia quædam uaporoſa,& ut ſic per ſe agit tantum in humidum,nō autem per ſe agit in ſiccum: & quare per ſe agit in humidum, non autem in ſiccum per ſe agit? quia calor, qua naturalis eſt, eſt uapor calidus, & ideo agit in humidum,ut generet ſibi ſimile, quia, ut calor,agit in terram uel in aquam,ut generet ſimile ſibi,ita & calor naturalis,qua naturalis eſt,agit in humidum,ut generet ſibi ſimile; ſed generat ſibi ſimile ex humido, ut flamma lucernæ, agens in humidum olei,agit,ut generet flammam ſibi ſimilem, & ut conſeruetur per generationem ſui ſimilis; quia flamma agens in oleum,generat fumum,ex quo fumo poſtea conſeruatur,quia ex fumo generatur flamma; ſicut etiam calor naturalis, agens in humidum per ſe,generat ſibi ſimile in ſpecie,quia ipſe eſt uapor,& generat uaporem agendo in humidum: Sed calor naturalis agens in ſiccum,non generat ſubſtantiam ſibi ſimilem neque ſimilem uapori; & ideo calor naturalis,qua naturalis,in humidum agens,generat ſibi ſimile; ex ſicco autem nō generatur ſibi ſimile; & ideo per ſe agit in humidum,& non per ſe agit in ſiccum, quia ſibi ex humido eſt continua reſtauratio: & ideo,quia coctio naturalis caloris eſt actio ſui ſimilis, &, quia ex humido generatur ſibi ſimile, non ex ſicco,ideo per ſe agit in humidum, & nō in ſiccum per ſe: &, quia omnis coctio fit à calore naturali,ideo dicit Ariſto. quòd coctio per ſe eſt paſſio humidi, non autem per ſe paſſio ſicci,quia calor,qua naturalis eſt, tantum agit

per

per se in humidum, scilicet ut se ipsum conseruet; non autem agit per se in siccum: & id en segregatio humidi superflui, dicitur coctio; & separatio sicci, dicitur separatio sicci ab hu mido, & non coctio. Et ita soluitur etiam confirmatio. cum dicis, quòd coctio est æquatio; ergo æqualiter æquatio sicci erit coctio: &, si non, cur ergo æquatio sicci non erit coctio? dico, quod quidem iam dixi, quòd coctio ista debet fieri à calore naturali, qui intendit sibi simile generare: sed calor naturalis nō agit per se in siccum, sed tantum in humidū, quia intendit sibi simile generare: & ideo coctio est passio humidi à natura; & tātum æquatio humidi est coctio, non autem sicci, quia actione caloris naturalis in humidum fit digestio, non autem actione in siccum. Et ad auctoritatem Alexandri, dicentis, quod corpora naturalia sunt bifariam, quædam humida à prædominio, & quædam sicca; corpora humida, cum digeruntur, crassatione digeruntur; corpota uero sicca non: Dico, domini, quòd est necesse, ut exponamus uerba Alexandri; aliter Alexandet cōtradiceret Aristoteli, quia Aristoteles manifeste dicit, quòd omnia, quæ digeruntur, crassatione digeruntur, quia resoluitur humidum superfluum; & propter hoc aqua non potest digeri, dicit Aristo. quia non potest crassescere; & ideo exponendus est Alexander, ne contradicat Aristoteli, ita, quòd, quū dicit Alexandet, quòd corpora sicca digeruntur cū attenuatione, loquatur improprie Alexander, & quòd improprie dicatur ista digestio, & non proprie, quia proprie est separatio humidi à sicco, ita, quòd sit resolutio superflui humidi à calore naturali: quòd si resoluatur superfluum siccum, non est uera digestio, sed improprie: & causam huius dixi, quia digestio proprie fit à calore naturali, qua naturalis est, quia calor, qua naturalis est, agit tantum per se in humidum, non autem in siccum, quia ex actione caloris naturalis in humidum, conseruatur, quia generat sibi simile ex illo, non autem actione in siccum, quia ex actione caloris naturalis in humidum conseruatur. Et ex his soluitur argumentum factū in principio quæstionis, cum dicis ex Auicenna prima quarti, & prima primi, quòd digestio est æquatio quędam, qua crassum attenuatur, & tenue crassescit; non ergo tantum crassatione procedit digestio, sed etiam attenuatione: dico, quòd ibi Auicenna accipit improprie digestionē, quæ digestio fit in humoribus; & improprie est illa digestio, non est autem digestio accepta ab Aristotele, quando dicit, quòd omnia, quæ digetuntur, crassescunt, quia Arist. ibi loquitur de propria digestione: & bene dicit Gentilis in hoc, quia illa est metaphorica & trāslatitia digestio. Sed dices, loquamur medicis, qui dicunt, quòd digestio in humoribus est bifariā; quædam in humoribus crassis, ut in pituita; & quædam in humoribus non crassis, ut in flaua bile: in pituita quidem est incrassando, in bile autem est dubium: & ideo dubitatur, nūquid coctio, quæ fit in tenui humore, sit ipsum incrassare, quia omnis humor à principio morbi debet digeri, si crudus est; &, si debet digeri, oportet, quòd crassatione digeratur: si sit ergo morbus ex flaua bile subtili, si debet iste humor digeri, an eius digestio fit incrassando, an non? Dico, quòd bifariam fit digestio in humoribus, ut inquit Galenus; uno modo ut humores redigantur ad benignum, & ista coctio aliquando procedit incrasiatione, & aliquando attenuatione, ut dicit Galenus in de constitutione artis medicatiuæ, ubi dicit, quòd, quādo humores reducuntur ad suam naturam & ad benignum, si fuerint tenues, crassantur; si uero crassi, attenuantur; & hoc expresse ibi dicit Galenus: alio modo fit coctio in istis humoribus, dicit Galenus; & ideo inuenietis Galenum multoties dicentem, quòd coctio humoris tenuis fit incrassatione, & crassorum, attenuatione; qui quidem humores reducuntur ad benignum: & ideo loquitur de humoribus reducendis ad benignum; qui humores postea nutriunt, quia isti humores, qui reducuntur ad benignum, secundum Galenum & Hippocratem nutriunt, licet apud Aristotelem non nutriant; quia secundum Aristotelem solus sanguis nutrit & pituita mixta sanguini, sed secūdum Galenum & Hippoc. etiam alij humores nutriunt, mixti cum sanguine: & ideo erunt aliquando isti humores, ut nutriunt: Si uero loquatur de coctione humorum, ut expellantur, quia tunc natura non potest reducere ad benignum, sic dico, quòd, si isti sunt humores crassi, quòd attenuantur, ut tertio libro Prognosticorum 25. & prima particula Aphorismorum 24. & in secunda Aphorismorum Aphor. 9. uel. 29. coctio uero illa, quæ fit in humore tenui, nusquam dicit Galenus, quòd fiat incrassando, quia nusquam inuenietis, quòd dicat, quòd, si humor tenuis debet expelli, debeat

debeat

beat incrassari, sed semper dicit Galenus, ut in lib. de exhibitione medicamentorum, quòd
si debet exhiberi medicamentum purgatorium, prius oporret præparari corpus ad humo-
res, ut expellantur: & quomodo præparatur corpus? oh dicit Galenus, ut humores crassi
attenuentur; & hoc dicit bis Galenus in libro de ijs, quos purgare oportet; immo in tertio
prognosticorum 25. dicit, quòd humores tenues ex se sunt apti expulsioni; &, quanto sub-
tiliores, eo aptius à natura per meatus expelluntur, & facilius attrahuntur à medicina; ergo
crassi non sunt apti expulsioni; ergo non debent incrassari isti humores subtiles: quæ ergo
erit illa coctio istorum humorum subtilium, si debent coqui? quia debemus concocta me-
dicari, & mouere non cruda: Domini, mihi uidetur, quòd illa coctio nihil sit aliud, nisi se-
cretio humoris illius ab alijs humoribus (quia sunt commixti humores) ut tūc humor no
xius expellatur, non autem alij, qui sunt boni & non noxij; & hoc fit à natura mediante ca-
lore naturali: & ideo separat natura istum humorem ab alijs, ut iste tantum, qui noxius est,
expellatur, & alij non. Sed dicetis uos, si hoc fit à natura mediante calore naturali, cur ergo
medici exhibēt à principio morbi syrupos frigidos? dico, quòd, si medici exhibent illos sy
rupos propter coctionem, male exhibent: si uero exhibent istos syrupos, ut alterent mate-
riam, & humorem illum præter naturam, & ut adiuuent naturam, ut possit illum humorem
melius & facilius segregare ab alijs, sic bene operantur, quia nunquam Galenus in princi-
pio exhibuit huiusmodi syrupos, ut coqueret & incrassaret huiusmodi materiam tenuem.
Erat secundum argumentum, quia, si discurramus per omnes species coctionis, uidebimus,
quòd in omni specie coctionis, coctio procedit attenuatione, non autem incrassatione tan-
tum; & primo de maturatione proprie dicta; & non solum de maturatione proprie dicta,
sed etiam de maturatione improprie dicta, & translatitia: oh si loquamur ergo de matura-
tione proprie dicta, quæ est in fructibus, dicit Theophrastus in sexto de causis Plantarum
cap. septimo, quòd omnes fructus à principio, cum crudi sunt, prius sunt sicci, & postea fiūt
humidi influente pluries humore, dicit ipse: sed non transeunt fructus ex substātia sicca ad
humidam substantiam, nisi attenuatione, & hoc fit mediante coctione: ergo maturatio seu
coctio proprie dicta, nō procedit incrassatione, sed attenuatione, quia corpus, quod influit,
aqua est tenuissima: & Galenus citat hæc uerba Theophrasti in quarto de simplici medici-
na capite sexto; & addit ipse, quòd omnes fructus à principio sunt acerbi & lignosi, & mox
fiunt acidi & humidi: sed, si sic est, ergo ista maturatio fit attenuatione, quia prius erant isti
fructus sicci, & postea fiunt humidi; & substantia humida est tenuior sicca: ergo ista coctio
procedit attenuatione, quia ex crasso in tenuem; ergo: Dico, quòd in fructibus ipsis duo
possunt considerari; unum maturatio ipsa, & sic semper actio procedit crassatione, quia ma
turatio nihil aliud est nisi resolutio humidi superflui, quia resoluitur superfluum humidū in
maturatione proprie dicta: sed, quia maturationi proprie dictæ, ut ista fructuum annectitur
& coniungitur & auctio, quia nutriuntur & augentur fructus; & maturatio est coctio quæ-
dam non tantum fructus, sed nutrimenti: &, quia fructus attrahunt multū humidi propter
nutritionem, ideo fit ibi multa attractio humidi; & hoc non fit propter coctionem, quia ex
multo humido influente, per auctionem & nutritionem fiunt humidiores, & non per coctio
nem: si ergo consideretur nutritio, quæ fit in fructibus, sic fructus per nutritionem fiunt hu
midiores, quia attrahunt multum humidum nutribile; & ideo in fine coctionis & nutritio-
nis sunt humidioris substantiæ; sed sic non fiunt per maturationem, sed per nutritionē, quæ
nutritio sequitur etiam maturationem: & ideo, cum fiunt maturiores, fiunt humidiores, sed
hoc non propter maturationem, sed propter nutritionem: recte ergo dicunt Theophrastus
& Galenus, quòd fructus in fine maturationis fiunt humidiores, sed fiunt humidiores non
propter maturationem & auctionem ipsam: & ideo uua matura habet plus humidi, quàm
quando est agrestis & cruda: & unde hoc? ex nutritione: &, si hæc est maturatio, nō est ma
turatio fructus, sed ipsius nutrimenti: De alio, quod dicis de experientia & fuit experien-
tia Theophrasti ac Galeni, quia fructus à principio sunt duriores, ergo sicciores, quia du-
rities ex secundo de generatione sequitur siccitatem; & etiam sunt grauiores à sui princi-
pio, & tamen grauitas etiam sequitur siccitatem, ergo dico, quòd uerum est, quòd isti fru-
ctus sunt duriores in sui principio, & grauiores, & ex consequenti sicciores, tamen nō pro-
prie

prie dicuntur ſicciores,ſed magis appellantur duriores : ergo duriores,quia durities ſequitur ſiccitatem : dico,ut dicit Galenus ſecundo de Temperamentis, quòd non ſemper duritíes ſequitur ſiccitatem , ſed aliquando ſequitur humiditatem congelatam,ut patet de glacie,quæ eſt dura, non tamen ſicca : ideo etiam dico, quòd iſti fructus à ſui principio ſunt cógelati , & ideo,cum matureſcunt, diſſoluitur congelatio à concoquente calore : & ideo à principio ſui ſunt duriores,quàm in fine.uerum,quia reſoluta eſt humiditas & congelatio, ideo etiam tunc ſunt molliores : Et, cum dicis , quòd etiam ſunt grauiores à principio, uerum eſt : ergo plus terræ habent à principio,quàm in fine,ergo ſunt ſicciores : dico,quòd à principio ſunt grauiores,non quia habeant plus terræ,ſed quia habent plus terræ & aquæ: oh ſi plus aquæ,ergo minus ſubmergerentur in aqua, quia elementa non grauitant in proprio loco,ut patet de natantibus, quia à pondere aquæ non comprimuntur,cum petunt fundum : dico,quòd omne elementum grauitat in propria ſphæra præter ipſum,ut dicit Ariſt. quarto cœli ; ubi dicit,quòd omne elementum grauitat in proprio loco,ideſt , ſi elementa moueantur & expellantur ab aliquo expellente in propria ſphæra,ex ſui natura deorſum téderent facilius, quàm ſurſum : ita etiam dico,quòd iſti fructus non ſunt grauiores,quia habent plus terræ tantum,ſed quia habét plus terræ & aquæ grauitat in proprio loco :& ideo iſti fructus poſiti in aquam,ſubmerguntur ; & in fine coctionis reſoluta eſt pars illa aquea à calore naturali , & ideo in fine ſunt humidiores iſti fructus, minoriſque grauitatis . De ſecundo,de muſto, quod digeritur,ex quo fit uinum ; & uinum eſt tenuius muſto ; ergo iſta coctio procedit attenuatione : dico, quòd uinum genitum ex muſto, per accidens,non per coctionem,eſt tenuioris ſubſtantiæ,quàm muſtum, quia muſtum non eſt una ſubſtantia homogenea,ſed eſt aggregata ex pluribus ſubſtantijs,quia aggregat in ſe ſubſtantiam uini digeſtam,& ſubſtantiam corticum,& ſubſtantiam acinorum,quæ partes ualde paſſæ ſunt à calore,& denſæ ; &,quia denſiores ſunt,ideo ſeruant calorem ; qui calor agit in muſtum, & ſeparat illas partes craſſas à ſubſtantia uini,& poſtea remanet uinum ; & ſic fit coctione:dum etiam fit iſta coctio,ſeparantur iſtæ partes craſſæ à uino,& iſta ſeparatio nó eſt uera coctio, ſed eſt ſeparatio ſuperflui terrei, & ſic reuera iſta ſeparatio procedit attenuatione, & iſta nó eſt coctio : & poſtea,cum ſunt ſeparatæ illæ partes craſſæ à uino , tunc fit uera coctio muſti in uinum ; & tunc iſta coctio fit craſſatione,quia reſoluuntur tunc aliquæ partes aqueæ, & illud ſuperfluum humidi, quod erat coniunctum ipſi muſto ; & tunc purificatur uinum ;& túc eſt facta perfecta coctio;& uinum eſt craſſioris ſubſtantię,quàm muſtum,quia reſolutæ ſunt partes,quæ erant in muſto,cum ex muſto per coctionem fit uinum : ergo uinũ remanſit craſſioris ſubſtantiæ,quàm eſſet muſtum,quia partes aqueæ reſolutæ ſunt : & ſic per accidens iſta coctio attenuatione procedit , quia reſoluuntur partes terreæ , quæ non ſunt aliquid coctionis , &c.

Erat alia dubitatio in ſignificatione propriæ maturationis,quia omnis generatio eſt quædam digeſtio,& tunc generantur uermes ex ligno,qui tenuioris ſunt ſubſtantiæ , quàm lignum ; & etiam generantur ſpiritus animales ex uitalibus ; & tamen iſta digeſtio non fit attnuatiooe : dico,quòd iſta coctio non eſt propria coctio,ſed eſt translatitia & metaphorica coctio ; &,ſi generatio ſubſtantialis eſt coctio, dicitur impropriè coctio,quia uera generatio ſubſtantialis non eſt uera coctio,ſed coctio eſt tantum alteratio ; & de iſta coctione non loquitur Ariſto . Quod autem arguis ſecundo loco in alijs ſpeciebus, aſſationis,ſcilicet & elixationis,quæ bifariam poſſunt fieri,uno modò à natura,& alio modo ab arte : à natura eſt coctio nutrimenti in iuuentute ; & in prima ætate eſt elixatio , & in ſecunda eſt aſſatio , ut alias dixi : alia eſt elixatio & aſſatio etiam ab arte,ut quæ fit à coquo in carnibus: arguis modo ſic elixatio & aſſatio à oatura procedũt attenuatione,quia ex pane generatur chylus, & ex chylo generatur ſanguis : ſed chylus eſt tenuior pane,& ſanguis tenuior chylo:ergo hæc digeſtio attenuatione procedit ſemper : Tum etiam in artificialibus,quia carnes elixę & aſſæ ſunt tenuioris ſubſtantiæ,quàm ſint crudæ,ergo : Dico,quòd uerum eſt,quòd coctio outrimenti appellatur aſſatio & elixatio, quia ſic dicit Alexander : &, cum dicis , oh aſſatio & elixatio,cum fiunt à natura,ſuot ipſa outritio,uerum eſt : ſed iſta nutritio procedit attenuatione,quia ex pane fit chylus, & ex chylo fit ſanguis : dico,quòd in iſta coctione , per accidens

dens procedimus attenuatione, quia in ista coctione est separatio sicci ab humido, quia, cũ panis in chylum transmutatur, tunc hæc coctio non est coctio, sed accidit coctioni, quia diximus, quòd non dicitur coctio ista coctio, & coctio in humido sic & sic, cum panis trãsmutatur in chylum, & chylus in sanguinem, non dicitur uera coctio; sed uera coctio est, cum transmutantur humores de secundis in carnem; & ista procedit incrassatione, non autem attenuatione; illa uero separatio sicci fœculenti ab humido, quæ procedit attenuatione, non est coctio. Sed hic dubitat Olympiodotus, cur, si natura conuertens nutrimentum in substantiam nutriti, non potest hoc facere nisi crassatione quadam, cur, inquam, prius attenuet panem in chylum, & chylum in sanguinem, & demum procedat incrassatione, quia conuertir sanguinem in humiditates secundas, & de secundis in carnem & ossa, quæ sunt crassa, & in membra: cur ergo hoc modo procedit natura, & non procedit à principio incrassando? & sic uidetur, quòd operetur frustra circa illam attenuationem à principio: Respondet Olympiodotus, quòd non frustra operatur natura, quia duæ sunt operationes in nutririonem à natura; una est appositio nutrimenti in membris, alia est assimilatio nutrimenti: dicit modo Olympiodorus, quòd in maturatione requiritur appositio, quia prius nutrimentum apponitur in meatibus; sic requiritur unio & appositio: & ideo, ut ibi apponatur nutrimẽtum, requiritur attenuatio, quia debet nuttimentum apponi & uniri parribus: ergo debet prius attenuari, si enim esset crassum, nõ posset uniri & poni in partibus illis: & ideo, ut possit apponi, debet prius atteunari. Vltimo uero, quia natura debet assimilare nutrimentum ipsi mẽbro, ut carni & ossibus, quæ crassa sunt, ideo ista operatio opottet, quòd crassatione procedat; & ideo ultimo requiritur incrassatio: & ideo non frustra operatur natura, quia hic illa duplex naturæ operatio requiritur. Sed dices, ista secretio & sciunctio sicci ab humido, uel partis crassæ à tenui, quæ fit à principio, ut cum conuertitur panis in chylum, in qua coctione, dicis, quòd separatur crassum & fœculentum à tenui, non ne ista est coctio? & nunquid ista secretio partis fœculentæ à tenui præcedit generationem chyli, an simul fit cum generatione chyli? Dico de primo, ut dixi, quòd non est uera coctio.

De alio dico, quòd hæc segregatio simul est cum generatione chyli, quia non generatur chylus ex substantia panis, nisi panis corrumpatur; &, cum corrumpitur, transmutarur in ipsum, & introducitur forma chyli: ergo simul tempore sunt generatio chyli, & ista segregatio, sed tamen natura præcedit ista secretio, simul sunt tamen tempore. Quod autem addis de assatione & elixatione ab atte, dico, quòd falsum est, quòd fiant attenuatione, & quòd carnes elixæ sint tenuioris substantiæ, uel assæ, quàm caro cruda: bene tamen uerum est, quòd sunt minoris substantiæ, quàm prius essent, sunt tamen crassioris substantiæ & compactioris, quàm essent in principio, quia remansit humidum bene compactum & constans, quia resolutum est humidum tenue superfluum: & sic istę carnes elixæ uel assæ sunt crassioris substantiæ, licet sint minoris quantitatis, sunt tamen crasśiores: & non intelligo per crasśiores, idest maioris molis, ut intelligunt latini, sed intelligo per crasśiores, idest firmiores & constantiores, non autem maioris substantiæ, ut dicit translatio antiqua quæ falsa est, ut sæpe dixi uobis quia oĩa cocta sunt minora se ipsis incoctis, & ideo intelligatis per crassitiẽ cõstantiã & soliditatẽ quia superfluũ humidum resoluitur; & non intelligatis idest maioris molis, sed compactioris & constantioris molis: & ideo sunt ficciora, & non crassiora, quia omnia matura fiunt crassiora & maioris substãtiæ: & ideo translatio antiqua est falsa, quia dicit maiora. Et hæc sufficiant pro isto difficillimo capitulo, in quo propter eius difficultatem fui ualde complexus, non tamen ita ero in sequentibus, quia nõ sunt tot difficultates, quot fuere in isto capitulo.

TEXTVS VIGESIMVS OCTAVVS.

Paßiuorum autem humidi, & sicci dicendum species. Sunt autem principia quidem corporum paßiua, humidum, & siccum, alia autem mista quidem ex his. ex quocunque autem magis, huius magis secundũ naturam sunt, ut hæc quidem sicci magis, hæc autem humidi. omnia autem hæc, hæc quidem actu erunt, hæc autem in opposito. habet autem sic liquatio ad liquabile. Quoniam autem humidum quidem bene terminabi-

 le,

le, ſiccum autem difficile terminabile, ſimile aliquid obſonio, & condimentis ad inuicem patiuntur. humidū enim ſicco cauſa eſt ut terminetur, & utrunque utrique uelut gluten fit. ſicut & Empedocles fecit in Phyſicis, farinam aqua conglutinans. & propter hoc ex ambobus eſt terminatum corpus. Dicuntur autem elementorum propriſſime, ſiccum quidem terræ, humidum autem aquæ. Propter hoc omnia terminata corpora hic non ſine terra, & aqua. cuiuſcunque autem plus, ſecundum potentiam huius unumquodque uidetur. Et in terra, & in aqua animalia ſolum ſunt, in aere autem, & in igne non ſunt, quia corporum materia, hæc.

PAſſiuorum autem. Quatuor erant qualitates primæ, ut à principio probauimus; ex quibus duæ ſunt actiuæ, ut calidum & frigidum; & duæ paſſiuæ, ut humidum & ſiccum: et declarauit Ariſto. quæ nam eſſent actiuatum opera, dicens tria eſſe opera actiuarum, ſcilicet ſimplex generatio id eſt ſubſtātialis generatio, & oppoſita mutatio id eſt putredo, & tertio digeſtio; de quibus omnibus hucuſque iam diximus, quia, ex quo illæ qualitates ſunt actiuæ, diximus operationem earum. Nunc ſecundo quærendum eſt, dicit Ariſto. de qualitatibus paſſiuis, ut quæ nam ſint paſſiones qualitatum paſſiuarum, ex quo ſunt paſſiuæ: & dico paſſiones ſecundum ſpeciem, quia Ariſto. deſcendit uſque ad ſpecies ſpecialiſſimas, & pulchrum eſt ualde caput iſtud: & primo Ariſto. mote ſuo ponit intentionem dicendorum, dicens, quòd declarandæ ſunt ſpecies paſſionum, quę contingunt ex qualitatibus paſſiuis; & ſecundo proſequitur: & primo declarat naturam harum qualitatum; ſecūdo quomodo miſceantur; tertio, quibus primo inſint; quarto declarat, quæ nam paſſiones primo ſequātur has qualitates. De primo ergo declarat naturam harum qualitatum, dicens, quòd iſtæ qualitates paſſiuæ, ſcilicet humidum & ſiccum, ſunt primæ paſſiuæ qualitares, & primæ paſſiones, id eſt primæ paſſiuæ qualitates, quæ contingunt corporibus, ſicut inter actiuas primæ ſunt calor & frigus; reliquæ uero paſſiones, ideſt reliquæ paſſiuæ qualitates, ex his miſcentur, id eſt ex his primis qualitatibus oriuntur. Et addit Ariſto. &, ſecundum quod huius aut illius quantitatis fiunt, magis dicũtur huius aut illius qualitatis ſimpliciter; ſi enim fuerint magis humida, dicitur humidum ſimpliciter; & ita de ſicco; & ſic appellantur, ut diximus de duro & molli. Et tunc Ariſto. addit uerbum difficile mote ſuo, Omnia autem hæc actu aut potentia dicuntur: & Alexander bifariam exponit iſta uerba, omnia autem hæc, ideſt omnes iſtæ qualitates paſſiuæ bifariam dicuntur, ſcilicet actu & potentia, ut actu humidum, uel potentia humidum, uel actu ſiccum, uel potentia ſiccum: uel, dicit Alexander, Omnia autem hæc, ideſt omnia corpora, quibus hæ qualitates inſunt, bifariam eis inſunt, aliquando enim actu, & aliquando potentia: & quomodo corpora, quibus iſtæ paſſiones inſunt, bifariā eis inſunt? uerbi graria corpus, cui humidum ineſt, dupliciter dicitur: & quomodo dupliciter? ob ſecundum inceptionem harum qualitatum, aliquando enim erit tale corpus, actu humidum recipiens; aliquando uero erit potentia recipiens humidum, ut ipſum nondum recipiens, & ſic eſt humidum potentia: & ſic dat duas expoſitiones Alexander, quæ reuera in idem ferè tendunt, quia reuera ſunt ualde propinquæ. Et hoc eſt primum, quòd declarat Ariſto. in quo declarat naturam harum qualitatum paſſiuarum, & quòd iſtæ ſunt qualitates paſſiuæ, quæ ſunt primæ paſſiones: & differentia actus & potentiæ, dicit Ariſtoteles, eſt ſicut liquabile & liquatio, quia liquatio ad actum eſt, liquabile uero ad potentiam. Lego uerba, dicendæ ſunt ſpecies harum, ſcilicet opera harum qualiratum uſque ad ſpeciem ſpecialiſſimam. Alia autem, ideſt aliæ paſſiuæ qualitates, quæ ſunt mixta ex his, ubi plus humidi, illud ſimpliciter & magis dicitur humidum, & ſic de ſicco. Et dicit, ſecundum naturam requirit, ideſt ſimpliciter talia. Omnia autem hæc, ideſt hæ duę qualitates, partim erunt actu, & partim in oppoſitum, ideſt potentia: & dicit, quòd iſta differunt, ſcilicet actus & potentia, ſicut liquatio & liquabile. &c.

Quoniam autem humidum eſt. Nunc in hac parte ſecūdo loco declarat Ariſtoteles, quomodo hæ qualitates miſceantur, ideſt quo nam pacto miſceantur, quia dixit, quod ſunt duę primæ qualitares paſſiuæ, & reliquæ paſſiuæ qualitates ſequuntur has: ſed quomodo miſcētur hæ qualitates? dicit Ariſto. quia humidum eſt facile terminabile & figurabile termino alieno, ut puta continentis, quia, ſi continens eſt circularis figuræ, & humidum illud illam recipiet figuram circularem; ſiccum autem econtra difficulter figuratur termino & figura continentis,

continentis,& facile termino & figura propria: quia ergo humidum facile terminabile est termino extrinseco & alieno,& difficulter proprio,& siccum econtra,sequitur,quòd,si miscеamus has qualitates simul,fiet corpus terminatum & constans,quia, ex quo humidũ est fluxibile et facile alieno termino terminabile,& siccum est continens & non fluxibile , sed stabile,terminabimus ipsum humidum miscendo cum sicco,quia siccum dabit ei constantiam: & etiam humidum dabit terminum sicco,quia prohibebit,ne decidant partes , quia prohibet,ne siccum dissoluatur in puluerem : siccum autem facit,si permiscetur cum humido,ne humidum fluat,& sic dat humido consistentiam & terminum, ne fluat , quia aqua,cũ miscetur sicco, constat,& non amplius fluit : & ideo hæ duæ qualitates reddunt totum corpus constans seu consistens . Exemplum dat Arist.duplex primum, quòd ita erit de his passionibus,sicut de obsonijs,sæpe enim miscemus duo obsonia & condimenta,& ex his fit unum compositum tertium,habens saporem gratum esui,qui nullum saporem habebit eorũ, quæ miscentur ; ita etiam ex istis duabus qualitatibus mixtis fit unum mixtum constans, quod neutra erit earum,cum neutra pars solam habeat consistentiam,neque,scilicet humidum, quod fluebat,neque siccum,quod resoluebatur in puluerem : & ideo rectè miscentur hæ duæ qualitates inuicem, & sibi inuicem dant cõsistentiam & terminum,licet neutra seor sum habeat & det consistentiam,tamen utraque simul sic : rectè igitur cõmiscentur hæ qualitates inuicem, quia utraque inuicem dat terminum. Et tunc Aristo.dat secundum exemplum,quod est Empedoclis,dicens, quod rectè ait Empedocles,quòd commixtio humidi & sicci est,sicut commixtio farinæ cum aqua, ex quorum commixtione resultat quiddam constans,ut colla & ut gluten. quam consistentiam neque farina neque aqua habebant per se sola:aqua enim dat farinæ consistentiam, ne partes decidant & diuidantur,& in puluerẽ dissoluãtur; ita etiam farina dat aquæ consistentiam,ne fluat ; & sic fit gluten , quod habet consistentiam ex aqua & farina,cum tamen ex se neque farina habeat consistentiam, ne resolutur in puluerem; neque aqua habeat consistentiam,ne fluat,quia fluit , sic ex commixtione aquæ cum farina fit gluten,habens consistentiam : & ita fit ex commixtione humidi & sicci unum constans,cum tamen neque humidum neque siccum per se solum habeant cõ sistentiam : rectè ergo Empedocles assimilauit has qualitates farinæ & aquæ . Lego uerba. quoniam autem humidum & siccum patiuntur quid simile condimentis, & uttunque utrique,ueluti dixit Empepocles de farina & aqua: Ptopter hoc &c. ex quo sequitur dictum Aristo. quòd omne corpus terminabile,constans ex proprio termino,ut est uerbi gratia lapis & lignum, constat ex humido & sicco, quia unum dat alij consistentiam,quia humidum dat consistentiam sicco,& siccum humido : & Aristo. accepit istam uiam & suppositiones: & sic ex hoc,quòd humidum et siccum dãt sibi inuicem consistentiam , quòd omne corpus constans ex proprio termino, constat ex humido & sicco : & ex his suppositionibus Aristo. elicit postea suam conclusionem.

Dicuntur autem elementorum . Nunc tertio loco declarat Aristo. quibus nam corporibus hæ qualitates primæ insint primo , & quibus corporibus dent consistentiam ; & dicit, quod humidum inest ipsi aquæ primo , & siccum inest primo ipsi terræ . Sed dices , contra, quia in secundo de generatione & corruptione dixit, quòd humidum primò convenit aeri : oh de hoc dicam infra : secundum Aristo. ergo terra est primò sicca, & aqua primo humida,ut dicit hic . Ex quo dicto Aristotelis duo sequuntur,primum,quòd omne corpus sic terminatum constat ex terra & aqua : & dicit Alexander, quòd bene dicit Aristo.quòd omne corpus sic hic terminatum,& non dicit absolute, omne corpus terminatum, constat ex terra & aqua,quia duplex est corpus ; unum terminatum æternum, & istud non constat ex terra & aqua ; aliud est corpus terminatum naturaliter & corruptibiliter,& istud constat ex terra & aqua,quia unum dat alteri consistentiam . Secundo dicit Aristoteles,quòd generatio animalium fit tantum in duobus elementis,scilicet in terra & in aqua;& probat hoc Aristo. quia omnis generatio animalium requirit materiam ; materia autem omnium animalium est humida & sicca,quia omnia animalia sunt figurata ; &,si figurata,ergo sunt terminata termino proprio ; ergo constant ex humido & sicco ; ergo constant ex aqua & terra per se : sed aqua & terra sunt tantum in elemento aquæ & terræ : ergo generatio animaliũ

eſt tantum, ubi eſt aqua & terra, quia in aere non eſt terra neque aqua, niſi per accidens; & ita etiam in loco ignis: ergo omnis generatio animalium per ſe eſt in his duobus elementis, ſcilicet ubi eſt terra & aqua, & non in alijs elementis. Sed hic ſunt multæ dubitationes, de quibus dicemus in fine capitis. Lego uerba. Dicuntur autem elementorum proprijſſime, ideſt principaliſſime, ſiccum quidem; ſic debet legi. Cuiuſcunque autem corporis terminati: ſed omiſi legendo hanc partem, in qua dicit Ariſtoteles; quòd omnia corpora terminata conſtant ex duobus elementis, ſcilicet ex aqua & terra, ſed ſecundum magis & minus: quæ enim habent plus humidi, ſunt plus aquea; quæ uero habent plus ſicci, habẽt plus terræ; ut in lapidibus plus eſt terræ, quàm aquæ; econtra uero in uino plus eſt aquæ, quàm terræ, quia habet plus humiditatis, quàm ſiccitatis, ut dicit Alexãder, & ſic etiam eſt in . . & urina. Huius unumquodque, ſcilicet plus erit de terra. Et in terra. Hic ponit ſecundũ corollarium, quòd generatio animalium non fit niſi in terra & aqua, quia ſunt materia eorum.

TEXTVS VIGESIMVS NONVS.

Corporalium autem paſſionum, has primas neceſſe inexiſtere terminato, duritiem, aut mollitiem. neceſſe enim quod ex humido, & ſicco, aut durum eſſe, aut molle. Eſt autem Durum quidem quod non cedit in ſeipſum, ſecundum ſuperficiem: Molle autem, quod cedit, non circumobſiſtendo. aqua enim non mollis: non enim cedit compreſſione ſuperficies in profundum, ſed circumobſiſtit. Simpliciter igitur durum, aut molle, quod ſimpliciter tale, ad alterum autem, quod ad illud eſt tale. Adinuicem igitur indeterminata ſunt per magis, & minus. Quoniam autem ad ſenſum omnia iudicamus ſenſibilia, palam quòd & durum, & molle, & ſimpliciter ad tactum determinauimus, tanquam medietate utentes tactu. quapropter excedens quidem ipſum, durum, deficiens autem, molle eſſe dicimus.

Corporalium autem paſſionum. Tunc Ariſto. aggreditur tertium, quia, cum declarauerit naturam harum qualitatum, & quomodo miſceãtur, et quibus primo inſint, nũc declarat quarto loco, quæ ſint qualitates, quæ appellantur etiam paſſiuæ, primo conſequentes humidum & ſiccum; & dicit, quòd primæ qualitates, quæ etiam dicuntur paſſiuæ, quæ conſequuntur humidum & ſiccum, ſunt duæ, molle & durum; & ſiccum quidem ſequitur durities, mollities uero ſequitur humidum; &, ubi plus fuerit ſicci, illud corpus erit durum; ubi plus humidi, illud corpus erit molle: ſed omne corpus terminatũ, eſt humidum aut ſiccum: & omne corpus durum aut molle, eſt corpus terminatum: ergo ideo corpus durum aut molle, eſt corpus terminatum: & ſic patet, quia omne corpus terminatum, eſt cum humido aut ſicco: ſed durum & molle ſunt corpora terminata: ergo. Et, quia dixit, quòd ad humiditatem ſequitur mollities, & ad ſiccitatem durities, ideo deſcribit Ariſtoteles, quid ſit molle, & quid durum, reaſſumens deſcriptionem poſitam in ſecuodo de Generatione & corruptione ubi dixit, quid ſit corpus durum, & quid molle; & dixit, quòd corpus durum eſt, quod ſecundum ſui exteriorem partem non cedit in profundum ipſi tangenti; econtra uero molle eſt, quod cedit in profundum tangenti, ſecũdum exteriorem partem ſui ipſi circunſtando. Videamus modo deſcriptionem corporis mollis, quia dicit, quòd eſt illud, quod ſecundum exteriorem ſuperficiem cedit tangenti; quid intelligatur per exteriorem ſuperficiem, quæ cedit in profundum: dico, quòd intelligit per exteriorem ſuperficiem, cutem ſummam corporis mollis; id eſt molle eſt illud, quod ſecundum cutem & ſummam ſui partem cedit tangenti in profundum: & quid eſt dicere in profundum cedit? id eſt cum iſta ſuperficies conſeruata & non corrupta cedit in ſui profundum cum digitis uel aliquo alio inſtrumento tangente, ita, quòd illa ſuperficies cedit & non rumpitur, ut rumpitur aqua, ſed integrè incedit in profundum non diſrupta cute; ſicut terra, quæ eſt corpus molle, ſi digito prematur, cedit in profundum ſecundum ſuperficiem, illa non diſrupta, quæ uero eſt corpus durum, non ſic cedit: & quare dicis molle eſt, quod ſecundum ſui ſuperficiem cedit tangenti in profundum? oh dicit Ariſto. propter aquam & aerem, quæ non ſunt corpora dura neque mollia, quia non omne corpus eſt durum aut molle, quia, ſi ſuperficiem eorum

manus comprimat, non cedit illa in profundum, sed disrumpitur, & circunstat manui & digito comprimenti: non autem sic cedunt corpora mollia, ut est terra, quia terra, quæ est corpus molle, si comprimitur, illa superficies seruatur integra & illæsa, & detruditur in profundum, non autem disrumpitur, neque circunstat manui, sicut facit aqua, sed integra seruatur, & in profundum cedit; aqua uero circunstando cedit digito comprimenti: & ideo, dicit Aristo. addidi in descriptione corporis mollis, quòd cedit in profundum secundum sui superficiem, non disrupta superficie, quia aqua non est sic: neque terra est dura, quia non potest dici dura, sed bene sicca, quia molle & durum sunt passiones corporis mixti, quæ sequũtur qualitates primas passiuas, & earum mixtionem: & ideo terra neque aqua potest dici, quòd sit dura aut mollis, sed terra est sicca, & aqua humida, quia non habent mixtionẽ qualitatum passiuarum, scilicet humidi & sicci, ex quibus resultat durities & mollities: & sic debetis dicere philosophice loquendo: & ita aqua non est mollis, sed humida, quia non habet duplicem qualitatem mixtam: & sic dicatis de alijs elementis, quia requiritur permixtio aquæ cum terra ad inuicem. Igitur hic Aristo. ponit documenta duo principaliter seruanda, primum documẽtum obseruandum, est, quòd bifariam capitur durum & molle, simpliciter, scilicet & secundum comparationem: durum simpliciter, id est cum non est in respectu, est illud, quod, absque quòd alteri comparetur, apparet; & istud est, quod deficit ab argumento manus, immo superat duritiem manus, & hoc dicitur durum simpliciter: corpus uero molle simpliciter, est illud, quod cedit duritiei manus: Aliud uero dicitur durum aut molle non simpliciter, sed secundum quid; ut durum secundum quid & in respectu est, sicuti est aer respectu ligni, ubi lignum dicitur corpus molle respectu aeris, tamen est durũ corpus simpliciter, in comparatione tamen dicitur molle: oh quomodo dicitur corpus molle ipsum æs respectu ligni, & respectu manus dicitur durum corpus? oh dicitur corpus molle respectu ligni, quia, si æs patiatur a calore ignis, potest duci malleo, quia molle fit; lignũ autem, si patiatur à calore ignis, non potest malleo duci, quia non molle fit, sed uritur: & ideo æs in comparatione ad lignum dicitur corpus molle simpliciter: aut quia nõ est corpus durum, quia non cedit duritiei manus. Ex quo ergo durum & molle dicitur bifariam, scilicet simpliciter & secundum quid, dicit Aristo. quid declarauimus, cum definiuimus durum & molle, nunquid definiuimus durum & molle simpliciter, an secundum quid? respondet Arist. quòd definiuimus durum & molle simpliciter, non autem secundum quid: & sic æs est durum simpliciter, quia non cedit manui. Secundum documentum, quod obseruandũ est, dicit Aristo. quia diximus, quòd molle est illud, quod secundum superficiem exteriorem cedit tangenti, integra manente superficie; durum uero econtra, quod non cedit tangenti secundum superficiem: & sic Aristo. descripsit durum & molle per comparationem & iudicium sensus tactus, quia iudicamus durum & molle per sensum tactus. Et ideo quæritur, cur datum sit hoc iudicium tactui, cum etiam uideamus durum & molle per oculum. oh, dicit Aristo. ratio est, quia unus quisque sensus est iudex certus sensibilium suorum, & unus quisque sensus habet proprium sensibile; ut tactus est certus iudex tangibilium, & auditus audibilium: & ideo, quia istę qualitates, scilicet durum & molle, sunt qualitates sensus tactus, ideo iudicantur à sensu tactus: & ideo recte accepimus tactum, dicit Aristoteles, quia est rectus iudex sui sensibilis; & ideo iudicatur à sensu tactus; & ideo optime descripsit has qualitates per sensum tactus: est ergo corpus durum, cuius durities non cedit organo tactus, econtra uero molle. Et tunc Aristo. addit quoddam dubium, scilicet quòd sensus tactus est certus iudex harum qualitatum secundum medietatem sui, ubi exponit Alexander, quid est dictu secundum medietatem sui, & dicit secundum sui temperamentum: & quid est dictu secundum sui temperamentum? oh, dicit Alexander, hoc est, quia sensus tactus differt ab alijs sensibus, quia omnes alij sensus priuantur suis sensibilibus; ut uisus caret omni calore, & solum diaphaneitas est in oculo, & uisu; & sic auditus priuatur omni sono; & sic de olfactu & gustu, quia omne organum sensus priuatur suo obiecto: sed sensus tactus non ita simpliciter priuatur omnibus qualitatibus suis sensibilibus, quia non priuatur calido & frigido simpliciter, neque molle & durum simpliciter, sed secundum quid tantũ, priuatur istis qualitatibus, ex quo organũ tactus est mixtum & corruptibile, & omne mixtum constat ex

quatuor qualitatibus primis: ergo non simpliciter denudatur sensus tactus à qualitatibus primis tangibilibus, quia, si constat ex quatuor qualitatibus primis, ergo & ex secundis; & ideo est molle, aut durum: neque etiam omnes qualitates tangibiles percipit, quia dicit Aristo. in secundo de anima, quòd . . existens prohibet adueniens; & sic etiam æqualia non sentimus: & ideo sensus tactus non percipit omnia tangibilia, sed tantum excellentia quia non apprehendit temperata, ut ipse est: & ideo non potest percipere æque calida, aut æque frigida, aut æque humida, aut æque sicca, quia non percipit suum simile: & ideo non apprehendit omnia sensibilia, sed tantum existentia, & non est ex toto genere, quia nō temperate calida, aut temperate frigida: & ideo dicit Aristo. secundum sui medietatem, & temperiem: & ideo non percipit omnem duritiem, nisi quæ excedit suam; & sic de mollitie: & ita non simpliciter priuatur tactus molli, & duro & alijs qualitatibus secundum sui medietatem. Quid dicit tamen Alexander, quòd etiam aliquo modo alij sensus possunt dici secundum medietatem suorum sensibilium? quia consistunt medio quodam temperamēto suorum sensibilium; & hoc bifariam, dicit Alexander, primo quia patiuntur à contrarijs sensibilibus, quia suscipiunt imaginem suorum contrariorum, quia uisus immutatur à calore albo & nigro: & ideo potest dici quædam medietas suarum qualitatum sensibilium ipse uisus, quia recipit contrarias imagines suorum sensibilium; & ita etiam de alijs sensibilibus. Possunt & secundo quodammodo alij sensus dici medierates suorum sensibilium, quia cortumpuntur ab excellentioribus sensibilibus; ut excellens sonus corrumpit auditum, & minus percipitur: & ita alij sensus etiam possunt dici medietates suorum sensibilium: & sic bifariam possunt dici medietates suorum sensibilium, sed reuera sensus tactus alio modo dicitur medietas suorum sensibilium, quàm alij sensus, quia dicirur medietas secundum quoddam temperamentum suorum sensibilium, scilicet calidi & frigidi, humidi & sicci, quia consistit in quodam temperamento inter calidum & frigidum, humidum & siccum. Lego uerba. Quapropter excedens ipsum, scilicet organum tactus, in duritie, dicitur durum; & deficiens à sensu tactus, dicitur molle.

TEXTVS TRIGESIMVS.

NEcesse autem durum, aut molle esse terminatum corpus proprio termino. aut enim cedere, aut non, ad huc concretum esse: hoc enim definitur. Quare, quoniam omne quidem terminatum, & consistens aut molle, aut durum: hæc autem concretione sunt: omnia utique erunt corpora & composita, & terminata non sine concretione. De concretione igitur dicendum. Sunt itaque causæ, quæ circa materiam, duæ, agens, & passio. agens quidem, ut unde motus, passio autem, ut forma. quare & concretionis, & diffusionis, & exsiccationis, & humectationis. Agit autem agens duabus uirtutibus, & patitur patiens passionibus duabus, sicut dictum est. agit quidem calido, & frigido: passio autem aut præsentia, aut absentia calidi, aut frigidi. Quoniam autem concrescere exsiccari aliquo modo est, de hoc dicamus primo. Patiens itaque aut humidum, aut siccum, aut ex his. Ponimus autem humidi corpus, aquam: sicci autem, terram. hæc enim humidorū, & siccorum passiua. quapropter & frigidum, passiuorum magis. in his enim est. etenim terra, & aqua frigida supponuntur. Actiuum autem frigidum, vt corruptiuum, aut secundum accidens, sicut dictum est prius. aliquando enim, & vrere dicitur, & calefacere frigidum, non ut calidum, sed quia congregat, aut quia circumobsistit calidum.

HAec uerba, necesse est autem durum aut molle esse terminatum, bifariam exponūtur. Exponit Alexander, quòd Aristo. probat, quod assumpserat, scilicet quòd omne corpus terminatum, quod consistit ptoprio termino, est durum aut molle; sic arguendo: omne corpus terminatum, aut cedit tactui, aut non cedit: omne, quod non cedit tactui, aut lædit, durum est aut molle: ergo omne corpus terminatum est durum aut molle, quia, si cedit, est molle; si non cedit, est durum: maior nota est ex definitione ipsius duri & mollis, & similiter minor ex se nota est. Aduertatis, quia Aristo. semper præponit prædicatum ipsi subiecto, quando syllogizat. in alia lectione prosequemur.

Adhuc coagulatum omne. Declarauit nobis hucusque Aristot. passiones, quæ consequuntur

quuntur paſſiuas qualitates humidum & ſiccum, quæ nam eſſent iſtæ paſſiones: & primo declarauit duas, ſcilicet duritiem & mollitiem; & quid corpus durum, & quid molle; & quòd ex ſicco ſequitur durities, & ex humido ſequitur mollities: & ultra ſecundo loco declarauit, quòd ex his eiſdem qualitatibus paſſiuis primis ſequuntur duæ aliæ paſſiones, ſeu qualitates, coagulatio, & liquefactio; & coagulatio ſequitur ſiccum, & liquefactio ſequitur humidum: & probat hoc Ariſt. quia omne corpus conſtans & terminatum, eſt coagulatum: omne corpus durum aut molle, eſt conſtans ac terminatum: ergo omne corpus durum aut molle, eſt coagulatum: maior propoſitio patet, quia coagulatio nihil aliud eſt, niſi conſtantia quædam partium, ideſt nihil aliud eſt, niſi vnio et conciliatio ſeu conſtantia partium, quia eſt vnitum in ſuis partibus: minor, ſcilicet quòd omne durum aut molle, eſt terminatum corpus, etiam patet, quia patuit ſupra, quia omne corpus conſtans ex humido & ſicco, eſt terminatum corpus; et omne corpus durum aut molle, conſtat ex humido et ſicco; ergo ſequitur, quòd, ſicut durities et mollities ſequuntur has qualitates paſsiuas, ita etiam eaſdem ſequantur coagulatio et liquefactio: ſequitur ergo, quòd, cũ iam dixerit de duro et molli, et deſcripſerit abundãter durum et molle, nunc conſequenter de coagulatione et liquefactione eſt dicendum, quia, ſi etiam iſtæ duæ ſequuntur has qualitates primas, de neceſsitate de eis eſt agendum, quia iam dixit Ariſtot. de coagulatione eſt agendum, ideo ſubdit, quòd triplex eſt cauſa coagulationis, et liquefactionis ſupple tu, quia etiã de liquefactione agit: habet. n. coagulatio triplicem cauſam. ſ. materialem, efficientẽ ac formalem: cauſa efficiens eſt principiũ, vnde motus, ideſt principiũ generis, quia . . ergo et principiũ, vnde motus rei: formalis vero cauſa eſt paſsio, quæ eſt cauſa formalis harum duarum paſsionum, quia coagulatio eſt paſsio quedam, et ita etiam liquefactio: et dicit, quòd cauſa efficiens duplex, et etiam paſsio ſeu formalis cauſa: efficiẽs eſt calor, et etiam frigus, frigus enim coagulat, et etiam calidum coagulat, quæ enim coagulantur à calido, et quæ à frigido, longo ſermone dicet infra: et, ſicut etiam liquefactio fit à calido, et à frigido, etiam infra dicet Ariſt. quæ liqueſcunt à calido, et quæ à frigido: et ſic etiam duplex eſt liquefactionis efficiens, quæ enim à frigido liqueſcunt, à calido congelantur; et econtra, quæ à frigido congelantur, a calido liqueſcunt; et de his omnibus infra: et, ſicut duplex eſt efficiens, ita etiam duplex eſt paſsio: ita etiam duobus modis fit coagulatio, uno modo fit abſentia calidi et præſentia frigidi; alio modo fit contra, ſcilicet præſentia frigidi et abſentia calidi: et bifariam exponuntur hęc verba, vno modo exponit Albertus, quòd iſta paſsio, quæ eſt coagulatio, in quibuſdam fit abſentia calidi et præſentia frigidi, ut uerbi gratia metalla, quæ ſunt coagulata: et à quo ſunt coagulata? dicit ipſe, à præſentia frigidi: cuius frigidi? dicit ipſe, frigidi efficientis; et abſentia calidi, quia incipit generatio metallorum horum à calido, et in fine terminatur a frigido; quia, cum frigus coagulat metalla, educit calidum, et facit ipſum abſens, quia frigus, cum congelat metalla, exprimit calidum prius cõceptum in principio generationis, et ſic abſentia calidi frigus coagulat in fine metalla cum ſui præſentia: liquefactio uero eorum fit econtra, quia fit præſentia calidi, et abſentia frigidi; præſentia quidem calidi, quia, cum ignis diſſoluit metalla ſui præſentia fugat frigidum, quod eſt cauſa coagulationis eorum metallorum: fit ergo liquatio præſentia calidi exterioris, et abſentia frigidi interioris: et ideo, dicit Albertus, dicit Ariſtoteles, quòd iſta paſſio dupliciter fit; aliquando præſentia calidi et abſentia frigidi; aliquando uero econtra, ſcilicet abſentia calidi et præſentia frigidi. Sed reuera Albertus male exponit, quia iſte textus non legitur copulariue, ſcilicet quòd iſta paſſio fiat dupliciter, ſcilicet aliquando præſentia calidi et abſentia frigidi, et aliquando præſentia frigidi et abſeutia calidi; ſed textus diſiunctiue legitur, quia diſiunctiue loquitur Ariſtot. ſcilicet, quòd iſta paſſio aut fit præſentia frigidi, aut abſentia frigidi; aut abſentia calidi, aut præſentia calidi; aut abſentia frigidi, aut abſentia calidi; et ſic ſemper diſiunctiue legitur. Et ideo aliter exponit Alexander et Olympiodorus, et uerba eorum ſunt . . quia uolunt, quòd uerba Ariſtotelis referantur ad effectus contrarios, quia coagulatio aut fit præſentia calidi, ſicut lac, quod coagulatur præſentia calidi; aut coagulatio fit præſentia frigidi, ut coagulantur metalla, quia multa congelantur et coagulantur à frigido: aut liquatio fit abſentia frigidi ſicut in metallis; aut præſentia frigidi, ſicut in ſale: et ſic metalla coagulantur præſentia

sentia frigidi & absentia calidi. Habemus ergo tres causas coagulationis & liquationis; & sic habemus, quod est dictum, quòd, sicut coagulatio fit duobus modis, scaliqua à calido, & aliqua à frigido, ita etiam & liquatio fit duobus modis: & hic est sensus Aristotelis, quem dederunt Alexander ac Olympiodorus: & sic habemus tres causas coagulationis, scilicet formalem, materialem, & efficientem; quæ efficiens est duplex, scilicet calidum & frigidũ; & formalis est etiam duplex, quia passio quædam, cum tamen coagulatio & liquatio fit quedam passio. Lego uerba. Omne corpus terminatum & constans. Hæc est maior syllogismi de coagulatione; igitur, supple tu, & liquatione, & patet. Sed dices tu, Arist. posuit tres causas huius passionis, scilicet effectiuam, formalem, & materialem, sed quid de finali? quia ex secundo Physicorum omnia, quæ fiunt et generantur, ac corrumpuntur, ex quatuor genetibus causarum fiunt, quia omnia, quæ generantur & corrumpũtur, habent quatuor causas: respondet Albertus, quòd ideo non expressit Aristo. quia forma & finis coincidunt; & ideo locutus fuit de causa formali ac etiam de finali, ideo tacuit de fine. Sed dices tu, ego non quiesco, quia secundo Physicorum est duplex finis, finis generationis, & finis rei genitæ: finis generationis est forma substantialis, ut hominis finis generationis, est forma substantialis hominis; finis uero rei genitæ, ut hominis geniti, est speculatio & cognitio superiorum entium; finis uero ignis est generare tale, quale ipsum: & sic dico, quòd quæro de fine rei genitæ, & non de fine generationis: & sic finis generationis coincidit cum forma: tamen finis rei genitæ, de quo loquor, non coincidit cum forma, & de isto loquor, & quæro, quare Aristo. non expressit istum finem: dico, quòd reuera Arist. non expressit hunc finẽ hic, quia alibi debet iste finis declarari ab ipso in libro de partibus animalium, & de plantis, & de generatione animalium, quia partes animalium generantur coagulatione quadam: cum ergo ibi declarabit finem animalium partium, tunc declarabit finem coagulationis, ut est finis rei genitæ, quia finis manus est accipere; & sic de alijs membris: &, quia iste finis rei genitæ & coagulationis non est unus, illum ideo Aristo. non declarauit hic. Et, cum iam dixit Aristo. quòd de coagulatione & liquatione agendum est, dicit, quòd adhuc debemus prius agere de exiccatione & humectatione, quæ sunt priora natura, quæ ordine doctrinæ præcedunt: & ideo prius de his, quàm de coagulatione, quia coagulatio est quædam exiccatio, & humectatio est quædam æquatio: prius ergo agendum est de exiccatione & de humectatione, quia priora natura debent præcedere ex secundo Physicorum: si ergo coagulatio est quædam exiccatio, humectatio uero est quædam liquatio; ergo prius agendum est de exiccatione & de humectatione, quàm de coagulatione & liquatione. Et tunc Aristo. dicit ulterius, omne coagulatum est quodammodo exiccatum. bifariam exponunt hæc uerba; uno modo exponit Albertus, alio modo Alexander: Albertus exposuit, omne coagulatum est quodammodo exiccatum, quia coagulatio non est simpliciter exiccatio, quia in coagulatione non omnino exprimitur humidum eius, scilicet coagulati humidum: Alexãder uero exponit, omne coagulatum est quodammodo exiccatum, quia exiccatio & coagulatio non sunt adæquata, quia non omnis exiccatio est coagulatio; sed omnis coagulatio est exiccatio, quia coagulatio se habet ut genus, quia coagulatio est species exiccationis: ideo omne coagulatum est quodammodo exiccatũ, idest quædam passio: & ideo, quia exiccatio est sicut genus, & coagulatio sicut species, prius agendum est de exiccatione, quã de coagulatione, & prius de humectatione, quàm de liquatione: quia ergo coagulatio est quædam exiccatio, & humectatio est quædam liquatio, ideo prius de humectatione & exiccatione, quàm de coagulatione & liquatione est agẽdum. Quòd autem coagulatio sit quodammodo exiccatio, & liquatio sit humectatio, scilicet quòd sint ut genus humectatio & exiccatio ad coagulationem & liquationem, probat Aristo. sic: omne mixtum, quod patitur, in eo, quod patitur, est humidum, aut siccum, aut constans ex his: sed omne, quod coagulatur aut liquescit, patitur: ergo omne coagulatum est humidum, aut siccum, aut constãs ex his: maior, omne mixtum, quod patitur, in eo, quod patitur, est humidum, aut siccũ, aut constans ex his, iam declarata est supra, ubi diximus ex Aristotele, quòd qualitates actiuæ primæ sunt calidum & frigidum; & ideo, quod agit, est calidum, aut frigidum, aut aggregatum ex his: qualitates autem passiuæ primæ erant humidum & siccum; ergo omne, quod

patitur,

patitur,patitur in eo,quod humidum,aut ſiccum ; minor, ſcilicet omne , quod coagulatur aut liqueſcit,patitur,& hic etiam patet, quia coagulatio eſt quædam paſſio , & liquatio eſt quædam paſſio : ergo ſequitur, quòd omne, quod coagulatur aut liqueſcit,in eo,quòd tale eſt,eſt humidum,aut ſiccum, aut compoſitum ex his : & ſic ad humiditatem liquatio , & ad ſiccitatem coagulatio ſequitur ; coagulatur enim mixtum,cum acquirit exiccationem quãdam ; & mixtum liqueſcit,quia acquirit humiditatem quandam, quod ultimo ſequitur:ſed primum humidum eſt aqua,& primum ſiccum terra : ergo iſta maxime patiuntur : & tunc patet,dicit Ariſto. quod iam diximus, quòd omne corpus mixtum,in eo , quod patitur , eſt humidum,aut ſiccum,aut conſtans ex his . Sed humidum primo eſt aqua , & primo ſiccum eſt terra ; ergo iſta duo elementa primo ſunt paſſiua,& maxime paſſiua : & ambo iſta elemẽta ſunt frigida,quia frigiditas conuenit utrique iſtorum elementorum ; ergo frigiditas elementis maxime & primo paſſiuis conuenit : ergo frigiditas maxime eſt connumeranda inter qualitates paſſiuas,non autem inter actiuas ; ſoluit Ariſtoteles, & dicit negando argumentum,quia frigiditas eſt qualitas actiua,quia multa corrumpit : & ideo, cum dicis, omne corpus mixtum,in eo,quod patitur,eſt humidum,aut ſiccum,aut aggregatum ex his,uerum eſt : &,cum ſubdis,ſed primo humidum eſt aqua , & primo ſiccum eſt terra, uerum eſt: ergo iſta ſunt elementa maxime paſſiua, uerum eſt : ultra,& frigiditas conuenit iſtis elemẽtis maxime paſſiuis,uerum eſt,tranſeat : oh ergo frigiditas eſt qualitas paſſiua : nego argumentum,dicit Ariſto. quia frigiditas eſt qualitas actiua dupliciter ; primo,quia multa corrumpit,ex quo eſt maxime actiua,quia corrumpere eſt agere ; ergo iſta qualitas,quæ eſt frigiditas,eſt actiua : tum etiam,quia frigiditas maxime calefacit , ergo eſt maxime actiua, quia calefactio eſt actio ; ergo eſt maxime actiua, ut ſupra diximus in capite de digeſtione & putredine , & in ſecundo huius in capite de fulmine,ubi diximus,quòd frigiditas maxime calefacit per antipariſtaſim : & ſic patet, qualiter non eſt paſſiua,ſed actiua : & patet ét, qualiter calefacit maxime,quia per antipariſtaſim,expellendo calorem interius & uniendo ipſum,reddit ipſum fortiorem, & ſic fit potentior & magis agit,& maxime calefacit ille calor : ergo frigiditas eſt maxime actiua : & dat exemplum Hippoc. quia ueteres uere & hyeme calidiores ſunt natura : & propter hoc etiam ſupra dixit loca ſubterranea eſſe calidiora in hyeme, quàm in ęſtate,& frigidiora in æſtate,quia frigiditas hyemis repellit calorem intra terram,& unit,& reddit illum intenſiorem : & ſic dicatis de alijs : & ſic dicit Ariſto. frigiditas eſt qualitas actiua maxime,licet conueniat corporibus maxime paſſiuis,aquæ,ſcilicet & terræ : & tunc Ariſto . aggreditur tractatum de exiccatione Lego uerba . Ponimus autem . hic Ariſtoteles ponit dubitationem . Factiuum autem frigidum . ibi ponitur ſolutio, ſicut dictum eſt ſupra,ſcilicet in capite de fulmine & putredine & digeſtione. Sed hic eſt dubitatio,quia iſtæ paſſiuæ operationes & effectus,ſcilicet coagulatio & liquatio , attenuatio & craſſatio,ita uidentur ſequi ex qualitatibus actiuis primis ; & actiuæ ex qualitatibus primis paſſiuis,ſicut generatio,corruptio,& putredo ; & ita coagulatio , à calido & à frigido: non ergo magis iſtæ operationes paſſiuæ ſequuntur paſſiuas qualitates,ſcilicet humidum & ſiccum,quàm factiuas qualitates, calidum & frigidum : ſi ergo iſtæ operationes,ſcilicet coagulatio & attenuatio,ita uidentur ſequi ex paſſiuis,ſicut generatio & putredo ex actiuis,ſcilicet calido & frigido ; ergo non magis iſtæ ſequuntur calidum & frigidum , quàm illæ ; & econtra illæ humidum & ſiccum : cur ergo attenuatio et craſſatio, et coagulatio et liquatio magis attribuuntur qualitatibus paſſiuis,quàm actiuis ; et putredo et generatio magis qualitatibus actiuis,quàm paſſiuis ? et ita omnes ſequuntur ex paſſiuis,ſicut ex actiuis , ęqualiter . Tum ſecundo,quia dicit Ariſto. quòd coagulatio eſt quædam exiccatio, ſicut liquatio eſt quædam humectatio,et tamen ſupra parum dixit,quòd liquatio et liquabile ſe habent, ut actus et potentia,et hoc maxime ſecundum Alexandrum : ergo mixta , cum coagulata ſunt,ſunt actu ſicca,quia coagulatio ſequitur ſiccitatem ; et poteſt etiam liquari , ergo poteſt acquirere humiditatem ; ut metalla actu ſunt coagulata,ergo poſſunt liquari : et, ſi poſſunt liquari,à quo liqueſcunt niſi à calido ? ergo,ſi liquefiunt à calido,etiam,cum liquefiũt, acquirunt humiditatem ; ergo acquirunt humiditatem à calido; quod uidetur impoſſibile, quia quomodo acquirunt humiditatem à calido ? quia calidum magis conſumit et exiccat humiditatem,

humiditatem, quam liquefaciat. Tum etiam de mixtis liquefactis actu, quæ iterum à frigido coagulantur: si ergo prius erant actu liquefacta, ergo prius erant actu humida, & postea facta sunt actu sicca, quia coagulatum est actu siccum: &, si sunt actu sicca, unde acquisiuerunt istam siccitatem, cum sint coagulata à frigiditate, & frigiditas est causa indifferens humidi & sicci? quare ergo in coagulatione, quę est à frigido, magis acquiritur siccitas, quàm humiditas? Tertio, quia Aristo. dicit, quòd corpus primo humidum est aqua; sed huius oppositum dixit in secundo de generatione & corruptione, ubi dicit, quòd primo humidum corpus est aer, & siccum primo est terra, & primo frigidum aqua, & primo calidum ignis, et tamen non est nisi unum elementum primo humidum: ergo Aristoteles sibi contradicit. Quarto, quia hic dicit, quòd mixta constant ex humido & sicco, & corpus primo humidum est aqua, & primo siccum est terra: ergo, quæ habent plus sicci, quàm humidi, habent plus terræ, quàm aquæ; quæ uero habent plus humidi, sunt aquæ, uel habent plus aquæ, quàm terræ, & sunt à prædominio aquea; ergo ista habent duo prędominia, scilicet aquæ & terrę: sed secundo de generatione & corruptione 49. dicit Aristote. quòd omnia mixta perfecta sunt à prædominio terrea, quia quiescunt circa terram; & ideo sunt terrea à prædominio: quomodo ergo hic dicit, quòd aliqua mixta à prædominio aquea? Quinto, quia hic dicit, quòd nullum animal est genitum in igne, aut in aere, sed omne in terra, aut aqua, quia materia generationis omnium animalium est humidum & siccum, ideo aqua & terra est eorum materia, & ideo non possunt generari animalia nisi in istis duobus locis, scilicet in terra, aut aqua. Sed, domini, hoc falsum est. primo, quia sunt multa animalia uolatilia & respirantia, quæ degunt in aere, & ibi sunt genita; ergo non omnia in aqua, aut terra: Secundo, quia dicit, quòd nullum animal generatur in igne: sed contra, quia in quinto de historia animalium cap. 19. uel 15. Aristoteles dicit oppositum, ubi dicit, quòd in fornacibus erarijs generātur quædam bestiolæ pennatę paruulæ, quæ sunt maiores muscis, quæ inambulant & uolitant per ignem; &, si ab igne dimouentur, moriuntur: neque hoc est mirum, dicit Aristo. quia etiam sub niue generantur animalia & uermes: etiam salamandra aperto experimento inambulat ignem, & ipsum extinguit: quomodo ergo dicit Aristo. quòd nullum animal generatur in igne? & hoc idem etiam testatur Plinius in 6. de naturali historia cap. *36. 38.* sequens illa uerba Aristotelis in libro de historia animalium cap. 19. de ipsa salamādra: ergo Aristoteles non sibi ipsi est constans. Dico de primo.

Erat heri prima dubitatio, cum isti effectus, scilicet coagulatio & liquatio, attenuatio & crassatio, sint omnes effectus qualitatum passiuarum, scilicet effectiue à calido & à frigido, & passiue & materialiter ab humido & sicco; sic etiam generatio simplex & putredo, quæ operationes, etiam erant communes effectus qualitatum passiuarum: cur Aristo. attribuit illas operationes, scilicet generationem simplicem & putredinem, magis qualitatibus actiuis: istas uero, scilicet coagulationem & liquationem magis qualitatibus passiuis, humiditati, scilicet & siccitati, cum æqualiter omnes sint communis effectus omnium qualitatum passiuarum: Dico omittendo alios modos dicendi, quòd reuera istæ passiones, sicut illæ, sūt communes effectus omnium qualitatum passiuarum, scilicet ita coagulatio & liquatio, & attenuatio & crassatio fiunt ab actiuis qualitatibus actiue, & à passiuis qualitatibus passiue, & materialiter sicut etiam generatio ac putredo: oh cur ergo magis istæ tribuuntur humido & sicco, illæ uero magis calido & frigido? dico, quòd illæ magis attribuuntur qualitatibus actiuis, istæ uero magis passiuis, ex communi modo loquendi, quia ex communi modo loquendo generatio et putredo magis attribuuntur qualitatibus actiuis, crassatio autē & attenuatio, et coagulatio et liquatio, magis passiuis: et ideo dixit, quòd istæ appellantur passiones, et illæ actiones, quia reuera liquatio et crassatio et huiusmodi magis uidentur significare passionem, quàm illæ aliæ; aliæ uero, scilicet generatio et putredo, uidentur magis significare actionem: et ideo Aristot. dicit, quòd illæ sunt actiones, et istæ passiones, tamen ita istæ sunt actiones, sicut illæ; et, sicut illæ sunt passiones, ita et istæ sunt passiones, sed ex communi usu loquendi attribuimus generationem simplicem et putredinē actiuis qualitatibus, et istas alias passiuis. Erat secunda dubitatio, quia, ex quo liquefactio se habet ad liquabile secundum Aristotelem, sicut actus ad potentiā, et dixit quòd humectatio est quæ-

dam

dam liquatio, et coagulatio est quædam exiccatio,modo dubitatur,quia metalla,cum sunt
congelata actu,potentia uero sunt liquida ; &, cum sunt coagulata actu, sunt actu sicca ; &,
cum liquescunt,fiunt ex potentia humida,actu humida,cum liquescunt ; a quo ergo acci-
piunt istam humiditatem ? & ita etiam de liquidis , cum coagulãtur, à quo acquirunt illam
siccitatem ? quia,si dissoluuntur metalla,non acquirunt illam humiditatem ab igne,quia po
tius exiccantur : econtra uero,cum sunt liquefacta,coagulantur, & sic acquirunt illam sic-
citatem : à quo ergo acquirunt exiccationem ? quia non à frigiditate , quia est indifferens
ad exiccandum & humectandum : Dico,domini,quòd coagulatio est quædam exiccatio ;
& signanter dicit Aristot. quædam exiccatio,quia coagulatio fit bifariam,à calido , scilicet
& à frigido : si fiat à calido, reuera est exiccatio, quia calidum resoluit humidum,& consu-
mit ipsum,cum coagulat : ideo dicit Arist. quòd coagulatio est quædam exiccatio ; sicut est
lac,cum coagulatur à sole aut igne,quia caliditas coagulãs consumit & exiccat humidum ;
ergo exiccatur : dum etiam liquescit,acquirit humiditatem,quia,sicut coagulatio est exic-
catio quædam,ita liquefactio est humectatio quædam,quia,cum aliquid liquescit , acquirit
humiditatem,quia,ex quo coagulatum est à calido & sicco,liquescit à frigido & humido,
& in ista liquefactione acquiritur humidiras ab ipso frigore , & ab humido , ut ab aqua : &
hoc patet : & sic faciliter euadimus, quòd coagulatio fiat exiccatione cum à calido fit . Sed
quid dicemus,si coagulatio fiat à frigore,sicut fit in metallis,& ista non uere exiccãtur, si li-
quantur ? quomodo ergo liquescunt,& quomodo acquirunt humiditatem,quia hic nõ in-
teruenit siccitas ? dico, quòd improprie hæc dicuntur coagulari, quia potius ista coagula-
tio est quædam congelatio,quàm exiccatio,quia est priuatio fluxus,quia tollit fluxũ aquæ ;
& ideo ista est uerius cõgelatio quàm coagulatio : si uero postea dissoluitur illud,quod coa
gulatum seu congelatum est à frigido,à quo dissoluitur ? à calido : à quo ergo acquirit flu-
xum & humiditatem ? à calido dissoluente eius coagulationem ; & sic per accidens acqui-
rit humiditatem à calido, quia dat fluxum rei congelatæ ; non autem per se acquirit humi-
ditatem à calido,quia à calore fit,ut illa humiditas fluat : & ideo improprie metalla habent
duritiem : & dissoluuntur à calido, quia dat motum humiditati ; & sic à calido est humecta
tio per accidens,& non per se : frigidum uero,cum dissoluit coagulatum à calido , dat ei hu
miditatem per se, ut de sale . Et sic dico,quòd coagulatio duplex : quædam fit à calido , &
ista est quædam exiccatio ; &,cum ista coagulata liquescunt,liquescunt à frigido & humi-
do,& sic acquirunt humiditatem ab isto humido interueniente : quædam uero est coagula-
tio à frigore,& ista liquescunt à calido : cum ergo hic non interueniat humidum,à quo ha-
bent humiditatem? dico, quòd habent humiditatem per accidens,quia acquirunt humidi-
tatem,cum dissoluuntur à calido,& acquirunt fluxum . De tertio,cum dicis,quòd Aristot.
dixit,quòd aqua erat elementũ primo humidum,& huius oppositum dixir in secundo de ge
neratione & corruptione,ubi dixit,quòd erat aer ; dico,quòd reuera ita est , quòd corpus
primo humidum est aer,& aqua primo frigida,& terra primo sicca,& ignis primo calidus :
oh hic dicit,quòd aqua est corpus primo humidum : dico,quòd reuera aqua nõ dicitur cor
pus primo humidum simpliciter,sed dicitur corpus primo humidum,ex cuius mixtione cũ
sicco fit corpus constans,scilicet quòd primo ex mixtione cum terra fit corpus constans, si-
cut ex farina & aqua fit gluten , non autem ita ex permixtione aeris cum aqua : & ita non di
cit,quòd aqua sit corpus primo humidum simpliciter,sed est primum,ex cuius admixtione
cum terra fit corpus constans : & sic declarauit hic Aristo . quia declarauit,quomodo mix-
ta habeant consistentiam ; & dicit,quòd ex mixtione humidi & sicci,scilicet aquæ & terræ,
habent consistentiam : & sic dicit aquam esse primo humidum , reuera tamen simpliciter
primo humidum est aer . De quarto , quia secundo de generatione & corruptione dixit
Aristo . 49. quòd omnia mixta perfecta,quæ quiescunt circa terram,sunt à prædominio ter
ra ; hic uero dicit oppositum,quia dicit,quòd aliqua mixta à prædominio sunt aquea ; ergo
sibi ipsi contradicit.

De hac dubitatione est duplex modus dicendi . Ioannes Grammaticus secundo de ge-
neratione & corruptione,& Auer . & D. Thomas,sequentes illa uerba Aristo . quòd om-
ne mixtum perfectum, est à prædominio terra,dicunt, quòd reuera omne mixtum perfe-
ctum,

ctum constans ex quatuor elementis, est à prædominio terra, quia omne quiescit circa terram: & ideo dicunt mixtum perfectum, quia dicit Ioannes Grammaticus ibi, si capiatur mixtum imperfectum, ut uapor aut exhalatio sicca, quæ constant ex duplici habitu, ista dicuntur mixta, & tamen ista sunt à prædominio aeris; non tamen sunt mixta perfecta, quia constant tantum ex duobus elementis: oh quid ad Aristotelem in isto loco? quia dicit, quòd quædam sunt à prędominio aqua, & quædam à prædominio terra: Diuus Thomas in 11. distinct. secudi sententiarum, articulo respōdet conformiter cum sua expositione, ubi dicit, quòd reuera omnia mixta sunt à prædominio terra. oh Aristo. hic dicit oppositum: respondet ipse, quòd reuera omnia sunt à prædominio terræ, sed Aristot. hic dicit, quòd quædam sunt à prædominio aquæ, sed non intelligit simpliciter, quia non loquitur simpliciter de omni mixto, sed in comparatione eorum, quæ habent minus de aqua, quia aliqua habent minus de terra, & aliqua plus: tamen omnia simpliciter sunt à prædominio terra; in comparatione autem eorum, quæ habent plus aquæ, non, quia, si ista comparentur alijs mixtis, quæ minus habent de aqua, uidentur ista esse aquea à prædominio, tamen simpliciter omnia mixta perfecta sunt à prædominio terræ. Et, si tu instes iterum contra D. Thomam, quia tunc omnia mixta erunt frigidæ & siccæ complexionis, cum sint à prædominio terræ, quod tamē falsum est, ut patet de sulphure & pice & bitumine, quæ potius sunt à prædominio ignis, quia cito inflammãtur. tum etiam patet in plantis, quia multæ sunt plantæ, quæ sunt calidæ complexionis, ut sinapis, ruta, & multæ aliæ, quæ sunt calidæ: patet etiã de animalibus, quia multa sunt animalia calidi temperamenti, maxime quæ gressilia sunt, quia oportet, quòd sint calidi temperamenti pro progressu, quia indigent multo calore ad motum progressionis; & membra eorum etiam sunt calida, ut caro: Dico, dicit Diuus Thomas, quòd de remanentia elementorum in mixto fuit duplex opinio: quidam dixerunt, quòd remanēt formaliter elementa in mixto secundum suas substantias, ut aqua, terra, aut aer, & ignis; & hęc fuit opinio Auicennæ, & Alexandri, ut ei imponit Auer. & ipsius met Auerrois tertio cœli 67. alia opinio & uerior fuit opinio Arist. & omnium aliorum Græcorum, ut Gal. in libro de elementis, ubi ascribit hanc opinionem ipsi Aristoteli, & est in secundo elementorum in fine libri; quæ opinio uult, quòd elementa remaneant in mixto tantum secundum uirtutē, id est secundum suas qualitates actiuas & passiuas, & qualitates motiuas, ut grauitas terræ, leuitas ignis; & remanet etiam in mixto caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas; & etiam remanet qualitas motiua, quæ mouet mixtum motu elemēti dominantis: & ista est uerior opinio, & uera mens Aristotelis: & in hoc grauiter errauit Auer. & Auicenna, & etiã Alexander: & hæc habetis clare ab Alexãdro in libro de mixtione: & miror, quomodo in hoc recedit ab Aristotele, & insequitur Auicennam, cui semper est solitus contradicere: Dicit ergo Diuus Thomas, quòd aut ponis elementa remanere in mixto secundum sui substantiam, & sic, dicunt isti, in omni mixto prædominatur terra: & quomodo? secundum quantitatem, non autem secundum qualitatem: & quomodo plus quantitatiue remanet de terra? dicit, quia plus de terra est in omni mixto, quàm de alio elemento, sed non prædominatur terra quo ad qualitates, quia potest plus de qualitate ignis remanere in mixto, quã de qualitatibus alterius elementi, ut patet in carne, licet in ea plus sit terræ secundum quantitatē: & ideo, cum replicas, contra, quia omne mixtum est à prædominio frigidæ & siccæ complexionis, dicit ista opinio, nego, quia terra dominatur in omni mixto quantitate, non autē qualitate, & secundum uirtutem. Alij, qui dicunt elemento remanente in mixto tantum secundum qualitates & uirtutes, & non secundum substantiam, dicunt isti, quòd in omni mixto dominatur terra: & quo modo? oh quo ad qualitates motiuas, scilicet quo ad qualitatem, non autem quo ad qualitates . . passiuas, quia in mixto potest aliquando esse plus de qualitatibus alteratiuis alterius elementi, quàm ipsius terræ: Et, cum dicis, oh omne mixtum esset à prædominio frigidum & siccum: nego istud, dicunt isti: & ista est solutio ipsorum, quia non dominantur qualitates primæ actiuæ, sed tantum motiuæ; & sic terra dominatur tantum quo ad eius grauitatem, quæ est qualitas eius motiua: & sic respondent isti cum D. Thoma. . . secundum tenentes plura remanere in mixto formaliter, quàm secundum uirtutem: hæc qui sequuntur D. Thom. Sed, domini, ista opinio longe recedit à ueritate, licet sic

ſit opinio magnorum uirorum, ut Ioan. Gram. & Auer. & D.Thom. & primo omitto uer-
ba Ariſto. hic, quæ ipſi non aduertunt, ubi dicit Ariſtote. quòd omnia mixta habent con-
ſtantiam & terminum ex humido & ſicco; quæ plus habent humidi & ſicci, plus habent a-
quæ, quàm terræ, &, quæ habent plus frigidi & ſicci, habent plus terræ, quàm aquæ: ergo
ſecundum Ariſtotelem ſunt aliqua, quæ habent plus aquæ, quàm terræ: non ergo in omni
mixto dominatur terra: ſi ſic eſt, quia humidum primo conuenit aquæ, & ſiccum primo ter-
ræ, ideo ſunt ſicca, quæ plus habent de terra: ſed hoc clarius dicet in capite ſequenti, ubi di
cit, quòd, quæ quidem ingroſſantur à ſolo igne, plus habent aquæ, quàm terræ: ergo innuit,
quòd aliqua ſunt mixta, quæ habent plus aquæ, quàm terræ: & deinde ſubdit & ſubinfert,
quę uero non incraſſantur à frigore, ſed coagulantur, uerius ſunt aquæ, quàm terræ, ueluti
urina, lixiuium, & uinum & acetum, quia iſta nõ incraſſantur à frigore, ſed coagulantur: er-
go maniſeſte dicit Ariſto. quòd ſunt aliqua, quæ plus habent aquæ, quàm terræ: & hoc pa-
tet ratione, quia, ſi iſta paterentur à uehementi calore, tunc tota eorum ſubſtantia abſume-
retur à calore, & nihil terræ remaneret; remaneret terra, ſi eſſet in eis plus terrę, quàm aquę:
ſed, quia reſoluitur in uaporem, ideo in eo eſt plus aquæ, quia, quæ reſoluuntur & abſumun
tur, ſunt aqua: ergo iſta mixta erant fere totaliter à prædominio aquæ: non dico tantum à
prædominio aquæ, ſed dico fere totaliter aqua. Secundo, & eſt inſtantia manifeſta contra
D. Thomam de ſpiritu animali et uitali: non ne iſta ſunt mixta perfecta? generantur enim
ex ſanguine, & ſecundum Galenum uiuunt & nutriuntur aere, quia dicit Galenus, ideo ani
ma eſt inſpiratio & reſpiratio: primo ut refrigeretur cor: ſecundario ut nutriatur ſpiritus ani
malis; ergo uiuit (ſed reuera hæc non eſt opinio Ariſtotelis) ergo ſpiritus eſt mixtum per-
fectum, & tamen non eſt à prædominio terræ. Tum etiam patet de multis mixtis, quæ ſu-
pernatant aquæ, ut oleum, pix, & reſina & huiuſmodi: quomodo ergo iſta ſunt à prædo-
minio terrea? immo iſta potius ſunt à prædominio aeris aut ignis, quia non ſupernatarent
aquæ, ſi eſſent terrea. Tertio arguitur, quia, dum euadunt ſecundam difficultatem, non ſol
uunt illã, ſcilicet, quia illa mixta ſunt à prædominio terræ, ergo omnia erunt frigidi & ſicci
temperamenti: ergo reſpondent ipſi, quòd aut potius elementa remanent formaliter & ſe-
cundum ſubſtantiam in mixto; &, ſi ſic, tunc terra dominatur in illo mixto perfecto ſecun-
dum quantitatem, non autem ſecundum qualitatem: & ſic non ſequitur argumẽtum, quòd
omne mixtum ſit frigidi temperamenti. Sed contra, primo illa opinio, quæ dicit, quòd re-
manent in mixto elementa ſecundum ſubſtantiam, eſt bipartita, quia non poſſunt elementa
remanere in mixto formaliter & ſecundum totam ſubſtantiam & ſecundum exiſtentiam ſi-
mul, quia ſe penetrarent, quum quodlibet minimum unius in mixto debeat tangere mini-
mum alterius: Et ideo una opinio dicit, quòd remanent in mixto; ſecundum ſubſtantiam, ſe
cundum coexiſtentiam, quia coextenduntur elementa in mixto ſunt ergo coextenſa elemẽ
ta in mixto toto: &, ſi ſic ſunt elementa in mixto, in uno mixto eſt plus terræ, quàm aquæ,
uel alicuius alterius elementi, quia omnia elementa coextenſa ſunt in ſubſtantia mixti: &
iſta fuit opinio Patauinorum. Alia fuit opinio Antonij Parmenſis, & Auicennæ in prima
primi, quòd elementa remanent in mixto non coextenſa, ſed mixta ſepoſita, ideſt per. . .
poſitionem minimorum in eſſe, quia omne minimum mixti conſtat ex quatuor minimis
elementorum, uno terræ, uno aquæ, & uno ignis, uno aeris: &, ſi ſic, ergo omne mixtum æ-
qualiter conſtat ex quatuor elementis, quia omne minimum mixti conſtat ex quatuor ele-
mentis minimis, quod ergo eſt mixtum, quod habet plus terræ, quàm aquæ? quia ſunt ele-
menta æqualia in quantitate; ergo totum mixtum haber elementa in æquali quantitate:
quomodo ergo ſuſtinendo, quòd elementa remaneãt in mixto ſecundum ſubſtantiam, po-
teſt dici, quòd mixtum habeat plus terræ, quàm aquæ, aut econtra? & quòd terra domine-
tur in omni mixto perfecto? nam, ſi elementa ſunt coextẽſa in mixto, quàm ſi ſint iuxta po
ſita inuicem. Si uero dicimus ſecundum aliam opinionem, quòd elementa remanent in
mixto ſecundum uirtutem, id eſt ſecundum qualitates primas, & ſecundum qualitates mo
tiuas, tum dico, dicit iſta opinio, quòd in omni mixto dominatur terra quo ad grauitatem,
aut quo ad qualitates primas. Sed, domini, iſta opinio implicat, quia ſecundo de Generat.
& corruptione dicit Ariſto. quòd qualitates ſecundæ motiuæ, ut grauitas & leuitas, inſe-

quuntur qualitates primas in elementis; ignis enim est leuissimæ substantiæ, non quia calidæ substantiæ, quia sic etiam aer esset calidæ substantiæ, sed quia est calidius & siccus, & leuitas sequitur caliditatem & siccitatem; & ita de alijs: ergo, ubi sunt intensiores qualitates motiuæ, ibi perfectius & intensius sunt qualitates primæ illius elementi: si ergo in omn mixto dominatur terra secundum qualitatem motiuam, idest secundum sui grauitatem, & grauitas sequitur suas qualitates primas, scilicet frigiditatem & siccitatem; ergo etiam in mixto dominatur frigiditas ac siccitas, quas sequitur grauitas: ergo in illo mixto dominantur etiam qualitates primæ terræ: quomodo ergo stat, quòd dominentur qualitates motiuæ terræ, & non dominentur in illo mixto qualitates primæ ipsius terræ? & ideo ista opinio implicat, & non satisfacit argumento: & sic dubitatio est insoluta. Et ideo est alius modus dicendi, quòd non omnia mixta sunt tantum à prædominio terræ, sed quædam sunt à prędominio terræ, & quædam aquæ, immo uniuersaliter in mixto prædominatur aqua, aliquando terra, aliquando aer, in aliquo tantum dominatur ignis, quia minimum mixtum locatū secundum naturam in loco ignis, quia quod est illud . . & esse mixto, ex Aristo. primo cœli, locat secundum naturam in elemento prædominante in eo, quia omnia mixta locantur in loco elementi dominantis: Sed multa locantur in aerem, ut sunt corpora supernatantia aquæ, ut oleum, quia sunt à prædominio aeris, quia non bene descendunt in aquam, cum bene descendit in aerem, quia esset elemétū grauitans in propria sphæra: & ideo, licet ista corpora sint à prædominio aeris, tamen descendunt in aerem: quædam autem sunt à prædominio aquæ, ut dicit Arist. de urina, lixiuio, uino, & aceto, quia, cum calor agit in illis, secundum totum resoluuntur in uaporem; & ideo à prædominio aquæ, quia nihil remanet terrę; quædam uero sunt à prædominio terræ, ut sunt animalia gressilia: nullum autem est à prædominio ignis, quia nullum locatur in igne: locatur etiam in aere, ut spiritus animales, & uitales, & sunt à prædominio aeris. Sed dices, oh dicit Aristot. secundo de Generatione & corruptione, quòd omnia mixta sunt à prædominio terrę de perfectis intelligēdo, quia quiescunt circa terram: dico, quòd hoc non dicunt uerba Aristotelis, sed hoc dixerunt Ioan. & Auerr. ibi, sed Aristo. ibi dicit, quòd omnia mixta, quæ quiescunt circa medium totius, cōstant ex quatuor elementis, non autem, quòd sint à prædominio terræ aut aquæ, ut dicit Io. & Auer. & miratus sum de Ioanne, quomodo accipiat hanc propositionem ex Aristotele eo loco, cum hoc non dicat: & miror etiam de alijs sic dicentibus, quòd non uiderint Aristotelem ibi.

De secunda difficultate, quia tu non euadis, quia sic omnia, aut ad minus omnia uiuentia, erunt à prædominio frigidi temperamenti, quia dicit Aristo. quòd generatio omnium animalium est aquæ aut terræ: domini de hoc infra dicemus. Ad argumenta uero ante opposita, de primo, & erat quinta dubitatio, quia Aristoteles dicit, quòd omnia animalia sunt in terra aut in aqua: in aere uero & in igne non sunt animalia, quia materia eorum est aqua & terra: Sed contra dicis, ex uolatilibus animalibus, quæ uiuunt in aere: Dico, quòd ista animalia dupliciter possunt considerari; uno modo secundum sui materiam; alio modo secundum sui formam: si considerentur secundum sui materiam, sic dico, quòd sunt in aqua aut terra, quia quiescunt secundum naturam in terra, aut in aqua, quia materia generatiōis eorum est terra, aut aqua: si uero considerentur quo ad sui formam, sic dico, quod non omnia sunt in aqua aut terra, sed in aere aliqua, quia ab anima habent motum suum uolūtariū, quia habent motum eorum ab imaginatione & uoluntate; & ideo aliqua apperunt aerem: & sic, licet quo ad formam uiuant in aere, tamen quo ad materiam uiuunt in terra aut in aqua, quia quo ad materiam quiescunt in aqua aut terra; & ideo talia dicuntur uiuere in aqua aut terra.

De secundo, quia quinto de historia Animalium 19. dicitur, quòd in fornacibus ęrarijs Cypri sunt quædam animalia & bestiolæ pennatæ, paulo grandiores muscis, quæ ibi generantur, & per ignem perambulant, & pereunt si ab igne dimoueantur: & etiam de animalibus in niue genitis, ut sunt quidam uermes: & de salamādra, quæ nutritur igne, & per ignē ambulat, & ipsum extinguit: Dico, domini, quòd aliquando licet uobis recurrere ad respōsiones, ut dicunt medici, quòd regulæ medicorum non sunt ueræ semper, sed ut in pluribus

sunt

sunt ueræ, quia etiam aliquando sunt falsæ ex aliquo impedimẽto : & ideo, cum dicit Arist. hic, quòd nullum animal generatur in igne, dico, quòd hic loquitur non uniuersaliter, sed ut in pluribus, & eius dictum est uerum ut in pluribus, quia ut in pluribus animalia generantur in terra, aut in aqua ; in aere uero & igne raro generantur animalia, quia aut nullum aut raro generatur in aere aut igne ; & sic Aristo. dicit nullum ut in pluribus. Sed tu dicis, quia adhuc est dubitatio in exemplo Aristo. quod salamandra non absumitur igne : sed oppositum dicit Galenus de Temperamentis tertio, & Dioscorides in cap. de salamandra, ubi dicunt, absumitur igne ; & tamen Aristo. dicit, quòd non. Secundo probatur ratione, quia, ex quo animal est in sensu tactus, ergo omne animal est cum organo sentiendi : organum sentiendi est quædam commensuratio qualitatum passiuarum : istud organum, puta tactus, corrumpitur ab excellenti sensibili : ergo corrumpitur temperamentum à calido summo, & à frigido summo : ergo corrumpitur animal in igne uel in aqua summe frigida, quia, si potest corrumpi eius sensus tactus, potest etiam & animal corrumpi ab excellenti sensibili. Tum ẽt, quia Aristo. in secundo de generatione & corruptione dicit, quòd exarsione nullum mixtũ generatur, & ex glacie etiam nullum mixtum generatur : si exarsione, id est ex summo calore, & ex glacie, nullum animal potest generari, quomodo ergo in igne generatur animal ? tertio, quia omne animal, si debet conseruari, debet nutriri : ergo animalia, quæ generãtur in elemento ignis, debent nutriri : si debent nutriri, quomodo ergo nutriuntur ? non elemẽto ignis puro, quia nullum simplex nutrit ; nec ibi est aliquod nutrimentum mixtum : quomodo ergo nutriuntur ; & quo modo ibi conseruantur ? Tum etiam, quia omne nutriens debet esse corpus humidum : si sic, quomodo ergo in igne est istud corpus humidum aptum nutrire? quid ergo dicit ibi Aristo. quòd conseruantur illa animalia & nutriuntur ; & moriuntur, si inde recedant ?

De primo, cum dicis, quia Aristo. dicit, quòd salamandra non absumitur *in* igne, dico, quòd falsum est hoc, quod dicit Aristo. & Galenus ei contradicit & Dioscorides, quibus magis credendum est in hoc, quàm ipsi *Aristoteli* : oh Aristo. dicit, quòd non absumitur in igne : dico, quòd dictum Aristotelis est exponendum, quòd salamandra non absumitur in igne non quòd simpliciter non *absumatur* ; sed non absumitur per aliquantulum temporis ; tamen, si diutius permaneret, absumeretur : & sic simpliciter absumitur, sed aliquantulo tẽporis ibi durat, quia sui frigiditate ibi durat, & resistit calori ignis ; tamen, si multo tempore ibi permanet, absumitur igne : & hoc dicunt Galenus, & Dioscotides, & Olympiodorus etiam : & sic non dicit Aristo. quòd reuera non absumatur simpliciter, sed aliquantulo temporis durat.

De alio, quod addis, quia exarsione & *glacie nihil* generatur : & etiam, quia in primo de generatione animalium hoc dicit Aristo. quòd materia generationis omnium animalium est aqua & terra : quomodo ergo ibi dicit Aristo. quòd in igne sunt istæ bestiolæ? dico, cum dicit Aristo. in secundo de generatione & corruptione, quòd exarsione nihil generatur, & ex igne nihil generatur, non dixit, quòd in igne nihil possit generari, sed dixit, quòd exarsione & igne nihil potest generari, quia dicit, quòd exarsione nihil generatur : sed dices, oh quomodo ibi in illis fornacibus reperitur materia generationis animalium ? dico, ut ibi dicit Aristo. quòd ex lapide quodam ibi contento, uocato calcite lapide, generantur ista animalia ; & generantur ex humido uitioso contento in illo lapide, quem Aristot. appellat calciten ; ex humiditate enim illius lapidis possunt huiusmodi animalia generari, sicut ex lapidibus uidemus generari oleum : & sic ibi est materia generationis horum animalium.

De tertio, quia non possunt ista animalia perdurare in igne, nisi nutriantur ; sed quomodo nutriuntur ? quia non est ibi nutrimentum, ex quo simpliciter elementum non nutrit : dico, quòd ista animalia non nutriuntur aliquo extrinseco, sed nutriuntur aliquo intrinseco, scilicet ex humiditate & uitiositate intrinseca sibi, ut animalia, quæ latent in cauernis, & diu dormiunt, ut Glyres & ursi, & ideo nutriuntur intrinseco humido ; & ideo ista animalia non diu perdurant, sed cito moriuntur & absumuntur in igne, quia non locantur ibi naturaliter, quia ille locus non ei naturalis, & ab illo absumuntur.

Sequitur alia dubitatio in uerbis Aristotelis, quia dixit Aristote. quæ habent plus sicci,

quàm humidi,ſunt à prædominio terræ; quæ uero habent plus humidi, quàm ſicci, ſunt à prædominio aquæ: eſt modo dubitatio de metallis,quia metalla habent plus ſicci, quàm humidi,& tamen ſunt à prædominio aquæ,non autem terræ,ut dicit Ariſto.ſecundo Phyſicorum tex.octauo,ubi dicit æs quidem & aurum ſunt aqua; & hoc idem etiam dixit Ariſt. in fine tertij huius,ubi laudauit Platonẽ in hoc,quia dixit metalla eſſe à prædominio aquæ: non ergo eſt uerum,quòd,quæcunque habent plus ſicci,quàm humidi,ſint terra: quod autem ſint aqua,iam idem patuit in fine tertij,ubi dixit,quòd fiunt ab humido uapore, qui potentia proxima eſt aqua. Secundo dubitatur de ligno: lignum enim ex ſui natura plus habet ſicci, quàm humidi,& tamen non eſt ſimpliciter terræ,ſed aeris à prædominio, quia ſupernatat aquæ;ut quarto Phyſicorum dicit Ariſto.& tamen habet plus ſicci;ergo falſum eſt dictum Ariſtoteles,quòd,quæ plus ſicci habent,quàm humidi,ſunt à prædominio terræ, ut patet ex inſtantia manifeſta de lignis. Tum tertio de melle, quia mel habet plus humidi, quàm ſicci,& tamen,ut infra dicet in 41. & etiam Alexander mel eſt terra à prædominio, non autem aqua,quia plus habet ſicci,quàm humidi,ergo.

De primo,cum dicis contra Ariſto. quòd eſt inſtantia de metallis,quæ habent plus ſicci, quàm humidi,& tamen ſunt à prædominio aqua;dico,ut dixit Ariſt.quòd,quæ habent plus ſicci,quàm humidi,ſunt terra à prædominio: &, cum dicis,oh metalla habẽt plus ſicci, quã humidi; & tamen ſunt à prædominio aqua; nego,quòd metalla habeant plus ſicci, quàm humidi: tu probas ex duritie,quia habent uehementem duritiem; & durities ſequitur ſiccitatem; ergo habent maximam ſiccitatem; ergo habent plus ſiccitatis,quàm humiditatis: dico,ut dixi,quòd metalla habent plus humiditatis, quàm ſiccitatis,quia ex ſecundo Phyſicorum, materia metallorum eſt aqua ſeu uapor humidus,ut etiam in fine tertij huius dicit Ariſt.& dico,ſeu uapor humidus,qui eſt proximus naturæ aquæ, quia Ariſt.uoluit, quòd materia horum ſit uapor humidus,proximus naturæ aquæ:Plato uero uoluit,quòd ſit aquę: tamen uerius eſt aqueus uapor,ut dicit Ariſto. & ideo funduntur; ut glacies etiam: & ideo à prædominio ſunt aquæ,quia ibi coagulata fuerunt à uehementi frigiditate: &, quia metalla coagulantur à frigido,ideo calido funduntur: ergo in eis prædominatur uapor humidus, qui idem eſt,quod aqua,ut in primo huius diximus. Quod autem arguis, quòd metalla habent ingentem duritiem,quæ arguit ſiccitatem, dico,ut dicit Galenus tertio de Temperamentis,& quinto eiuſdem,quòd durities non ſemper ſequitur ſiccitatem,ſed aliquando ſequitur congelationem; ſicut in propoſito in metallis durities, quæ ineſt eis, ſequitur congelationem,& non ſiccitatem,quia congelantur metalla,quia congelatione generantur; & ideo habent duritiem; & iſta durities non ſequitur ſiccitatem,ſed congelationẽ humidi uaporis cum ſicco: & ideo nego,quòd ſint mixta à prædominio ſicca,quia habẽt plus humidi,quàm ſicci,quia durities non ſequitur in eis ſiccitatem,ſed congelationem. De ſecundo,de ligno,quod habet plus ſicci,quàm humidi,& tamen non eſt terræ à prædominio, ſed aeris,ex quarto cœli,dico, quòd lignum eſt à prædominio terræ; ut dicit Ariſto. ſecundo Phyſicorum octauo, quòd ligna & oſſa ſunt à prædominio terræ: &, cum probas, quia à prædominio ſunt aeris,quia ſupernatant aquæ,& ex hoc dicit Ariſto. quarto cœli, quòd lignum eſt à prædominio aeris; dico, quòd hoc prædominiũ aeris in ligno extrinſecus eſt, quia in ligno continentur multæ partes aeris in meatibus,ſcilicet & poris ipſius ligni, & ratione huius aeris extrinſeci lignum ſupernatat aquæ; cuius ſignum eſt,quia,ſi ſunt ligna, ut dicet Ariſt.quæ habeant poros anguſtos,ita,quod non poſſint recipere aerem intra poros, ut eſt hebenus, & lignum guayacum, & buxus,& huiuſmodi ligna,nõ ſupernatant aquis, ſed ſubmerguntur; & hoc eſt, quia anguſtiam pororum habent,quæ eſt cauſa,quòd nõ poſſunt aerem extrinſecum recipere in eis: & ideo lignum non ſupernatat aquis,quia in eo intrinſece dominetur aer,ſed quia continetur multus aer extrinſecus in eis poris, quia lignũ à corpore extrinſeco,non autem intrinſeco,ſupernatat aquæ: & ſic dico,quòd, ſicut lignũ habet plus ſicci,quàm humidi,ita etiam eſt à prædominio terræ: & expoſui Ariſtotelẽ quarto cœli,quomodo debeat intelligi,quia intelligit de aere extrinſeco, qui comprehenditur in meatibus ipſius ligni. De tertio,de melle,quia hic dicit,quòd habet plus humidi, quàm ſicci; infra tamen dicit Ariſto.in capite de coagulatione,quòd eſt terræ dominium: de hoc

ibi

ibi dicemus, cum erimus in loco proprio, quomodo intelligi debeat Aristot. & Alexander cum Alexander hic dicat, quòd habet plus humidi, quàm sicci.

Secunda dubitatio principalis est in eisdem uerbis Aristotelis; & est difficilis dubitatio, quia dicit Aristo. quòd omnia animalia sunt à prædominio terra aut aqua: & ideo locus generationis omnium animalium est aqua aut terra, quia animalia habent constantiam & terminum, & omnis constantia est ex humido & sicco inuicem commixtis, quia constantia est ex mixtione humidi cum sicco; & ideo omnia animalia constant ex mixtione aquæ & terræ; & omnia mixta constantia sunt humida & sicca; & ideo degunt in terra aut aqua. Est tamen modo dubitatio, quia eadem erit ratio de Plantis, quia Plantæ habent terminum & consistentiam; ergo generatio eorum erit tantum in duobus elementis, scilicet aquæ & terræ; ergo naturalis complexio omnium uiuentium, tam Plantarum, quàm animalium, est frigida & sicca, quia in omni materia eorum dominatur aqua & terra: sed terra & aqua sunt elementa frigida: ergo complexio omnium uiuentium erit frigida, quia eorum materia frigida est, scilicet aqua & terra: ergo omnia uiuentia sunt frigidi temperamenti; cuius oppositum patet de multis plantis, ut de Pipere, Euphorbio, Cæpa, & Synapi, & de infinitis ferè Plantis, ut dicit Galenus tertio de temperamentis; ubi dicit, quòd multæ sunt Plantæ actu calidæ, quæ non tantum calefaciunt, sed etiam exulcerant, ut patet de uitalpa, quæ sui caliditate exulcerat: Tum etiam patet hoc ex multis animalibus, & pręcipue gressibilibus, quia animalia gressibilia indigent multo calore, ut gradiantur: & etiam patet de eorum mēbris, quia etiam eorum membra, ut caro, sanguis, cor, hepar, sunt calida: ergo ista animalia non sunt à prædominio frigida; & tamen partes eorum etiam debent esse frigidæ, quia eadem est ratio totius & partis. Secundo arguo, quia resoluto quouis mixto, actione ignis, parua portio cineris restat respectu substantiæ combustæ: ergo in mixto parua est portio elementi, quæ est terra respectu aliorum elementorum: ergo non in omni mixto dominatur terra, quia, si dominaretur terra, remaneret magna portio cineris, combusto igne ipso mixto. De primo, cum dicis, quia materia generationis omnium uiuentium est terra aut aqua, ut dicit Aristo. quod etiam illa animalia erunt frigidi temperamenti, & etiam omnia eorum membra; cuius tamen oppositum adductum fuit; dico, ut dicet nobis Aristo. infra, quærens temperamentum sanguinis & genituræ, nunquid terræ sit, an aeris; & ibi Aristo. dicit unum pulchrum dictum, quòd complexio alicuius mixti bifariam potest contrariari; uno modo ex parte materiæ: alio modo ex parte formæ: si contrariatur ex parte materiæ, sic in eo dominatur terra, & sic sanguis est frigidæ & siccæ complexionis: si uero contrariatur ex parte formæ, & ratione formæ, sanguinis, sic in eo dominatur aer, quia sangnis requirit multum spiritus & caloris ad eius formam: ideo sanguis est calidæ & humidæ temperaturæ: & isto calore & spiritu resoluto, dicit Aristo. caro & alia membra grauia & terrestria fiunt: & sic dicatis etiam de genitura, quia ratione materię est frigidæ temperaturæ; ratione uero formę est calidæ temperaturæ: & ita ego dico nunc etiam in proposito, quòd uiuentia possunt ēt bifariam considerari; uno modo quo ad sui materiam, & sic concedo, quòd naturalis complexio eorum est frigida & sicca, quia materia generationis eorum est aqua & terra quę sūt frigida; uel sub alijs uerbis, ut dicunt medici; scilicet per complexionem innatam, & actuatam per influentem, sunt frigidæ complexionis: si uero considerentur uiuentia ex parte formæ, quia requirunt multum caloris & spiritus, & aliquando multum sanguinis, sic ista animalia sunt calidi temperamenti, sicut dicunt medici, ut utar uerbis eorum, si quæratur ista complexio ut innata, sic sunt frigidæ temperaturæ; si autem consideretur innata actuata per influentem, sic sunt calidæ temperaturæ. Sed dices, quid est dictu, complexio innata actuata per influentem? idest actuata per spiritus & sanguinem, ipsa uiuentia sunt calidi temperamenti, in illis præcipue partibus, in quibus ista influens complexio superat innatam, quia est in tanta copia, quod facit ipsum superare, ut est in sanguine & spermate: si uero influens temperatura non superat innatam, tunc illa talia membra sunt frigidi temperamenti, ut est in ossibus & neruis, ubi complexio influens non superat innatam; & istæ partes sunt frigidi temperamenti; & ideo ista membra semper dicuntur frigida: in genitura autem et carne & sanguine est multa copia caloris & spiritus, & ideo sunt calidi temperamenti. Et hoc dicit

cit hic Ariſto. & ſecundo de generatione animalium: & ſic ex parte materiæ ſunt complexionis frigidæ, ex parte uero formæ ſunt complexionis calidæ. Sed dices, tu non ſoluis adhuc dubitationem, quia, ſi hac ratione uiuentia ſunt frigidi temperamenti, ſcilicet ratione materiæ; & ratione formæ ſunt calidi temperamenti; remoueamus ergo formam ab iſtis uiuentibus, ut à Plantis remoueatur anima uegetatiua, tunc ergo non erunt amplius calidi temperamenti, ſed frigidi; quod falſum eſt, ut patet de pipere & ſinapi & multis alijs plantis, in quibus remota anima uegetatiua adhuc ſunt calidi temperamenti. Dico, ut dicit Galenus ſecundo & tertio de temperamentis, ubi docet nos inuenire complexiones temperatas in mixto, & gradus earum in omnibus mixtis, quòd, ſi ſeparetur forma ab iſtis plantis, & à multis etiam animalibus, quia multa animalia mortua exulcerant ſuo calore, ut ſtella piſcis, quæ urit, ſic dico, quòd iſta, quæ exulcerant, non ſunt calidi temperamenti actu, ſed ſunt calida potentia & uirtute: & declarat hoc Galenus, quòd, ſcilicet iſta non ſint calida actu, immo actu frigida, & potentia calida & uirtute, quia comparamus iſta penes temperamentum corporis humidi, quia, ſi iſta mixta patiuntur à calore naturali, puta ipſius hominis, ſic dico, quòd iſta ſunt actu calida, & ideo calefaciunt: cum uero per ſe ipſa accipiuntur ſine hoc, quòd patiantur à calore naturali hominis, ſic ſunt potius frigidæ complexionis. Sed dices, quomodo eſt hoc? oh multis modis. Primo quia aliqua, cum patiuntur à calore terræ, diſſoluuntur in tenues partes, & ſic diſſolutæ, propter tenuitatem partium facilitet inflammantur à calore terræ, & ſic inflammatæ inflammant corpus noſtrum, quia, cum illæ partes ſunt refractæ, ſuperantur facilius à calore naturali diſſoluente illa, & ſic uehemẽter inflammant noſtrum corpus, ſicut eſt piper, cum diuiditur in paruas partes, & ſic diuiſum, ob tenuitatem & gracilitatem partium faciliter inflammatur, & inflammatum inflammat corpus noſtrum: ergo prius, antequam à calore naturali pateretur, potentia calida; &, ſi tangebantur, non erant calida, paſſa autem à calore naturali ſunt iſta actu calida. Secũdo, dicit Galenus, ex affinitate qualitatis, ſicut uinum, uinum enim ualde inflammat corpus noſtrum, & tamen, ſi tangatur, actu eſt frigidum: quomodo ergo calefaciunt? oh hoc eſt propter affinitatem & familiaritatem qualitatis, propter cognationem, ſcilicet quam habet uinum cum ſanguine & ſpiritu, quia facile tranſmutatur in ſpiritum & ſanguinem; ſpiritus uero & ſanguis ſunt calidi, & ideo immediate calefaciunt corpus noſtrum: & ideo hoc eſt ratione affinitatis qualitatis. Tertio aliqua facile fiunt calida è potentia calidis, quia facile inflammantur, quia, ſcilicet multum habent humidi aeris in ſe, ut oleum. Quarto propter putredinem, aliqua ſunt enim, quæ ſunt frigidæ complexionis in ſe; ſi autem intus ſumantur, inflammant corpus noſtrum; ut eſt ſalamandra, quæ eſt frigidiſſimi temperamenti, & tamen non tantum calefacit corpus noſtrum, ſed exulcerat illud, cum putreſcit: & cantharides etiam, ut dicit Galenus in ſecundo de ſimplicibus, & Theophraſtus in capite proprio de cantharidibus, quæ non tantum calefaciunt ueſicam, ſed etiam exulcerant illã, cum putreſcunt; & tamen ſunt frigidi temperamenti: & unde hoc? quia iſta animalia facillimè putreſcunt, quia, cum patiuntur à calore noſtro, facile educitur calor naturalis eorum; & iſto educto ita relinquuntur ſine regimine, & ita facillime putreſcunt, & putrefacta exulcerant, & poſtea calefaciunt noſtrum corpus: & ideo dico in caſu noſtro, quòd iſtæ plantæ, & iſta animalia ſunt calida potentia, & non actu, remota eorum forma: & ideo non ſequitur, calefaciunt corpora noſtra, ergo ſunt actu calida, uel econtra, ut patet de inſtantijs daris: & ita etiam dicemus de corde & hepate, quòd eorum naturale temperamentum, eſt frigidum, & etiam complexio cordis, quia in eo dominatur terra, quia illud eſt graue: unde ergo habet tantum caloris? dico, quòd non habet tantum caloris ratione complexionis innatæ, ſed ratione influentis, ratione formæ ſuæ, quia eius forma requirit multum ſanguinem & ſpiritum, quia forma eius requirit tantam caliditatem, quantam habet cor ipſum; & ſic habet illam caliditatem ex forma ſua, ſicut dicebamus de ſanguine & ſpermate hic infra, & in ſecundo de generatione animalium: & etiam diximus, quòd ſanguis & genitura ex parte materiæ ſunt frigida, ex parte uero formæ ſunt calida; & hoc eſt, quia eorum forma requirit caliditatem & ſpiritum multum, & ideo ſunt multũ calida: & ita etiam de uino, cum habeat plus humidi, quam ſicci; ergo à naturali temperamento eſt aqua: quomodo

ergo

ergo calcefacit? dico, quòd quantum est ex parte materiæ, eius temperamentum est frigidum; quantum uero est ratione formæ huius uel illius uini, est calidum: & non dico omnis uini, sed huius uel illius uini, quia aliqua sunt uina, quæ sunt frigida etiam ratione formæ; sed ratione huius uel illius talia uina sunt calida. Tertia dubitatio principalis est de duro & molli; & est dubitatio Galeni in quinto de simplici medicina capite quinto, ubi dubitat contra hanc definitionem positam ab Aristotele de duro & molli; & dicit, quòd ista fuit etiam definitio Platonis: & dubitario Galeni est, quia Aristo. hic dicit, quòd durum sequitur siccitatem, molle uero sequitur humiditatem; & molle est id, quòd facile cedit digito comprimenti, & durum econtra: Icciico est dubitatio, quia non uidetur uerum, quòd durum & molle sequantur has qualitates passiuas, quia non uidetur, quòd durum sequatur siccitatem, & mollities humiditatem, quia terra est summe sicca, nó autem summè dura, immo multa sunt duriora, quàm terra, non tamen sunt ficciora, ut sunt cornua, ungues, & multa alia. Secundo, quia aqua, quæ est summe frigida & humida, cum cógelata est, dura est, & non sicca, immo est summè humida: ergo durities uehemens stat cum frigiditate & humiditate: ergo durities non sequitur siccitatem, sed stant etiam cum humiditate. Tertio, quia, quæ absoluta sunt, debent per absoluta definiri, & non in respectu, ut dicunt Parisienses, quia tria sunt prædicamenta absoluta, scilicet substantia, qualitas & quãtitas, & ista tria prædicamenta debent definiri absolute, non autem in respectu: sed durũ & molle sunt qualitates absolutæ, & non in respectu: ergo non debent definiri in respectu, sed absolute: quare ergo Aristo. definit per respectum ad tactum, ut quòd durum est, quod non cedit tactui, & ita de molli. Quarto, quia hæc definitio habet instantiam, quia capiatur corpus durum, ut pura aceruus frumenti & lanæ, ambo ista corpora cedunt tactui comprimentis, & tamen in genere frumenti, & pili lanæ est uehemens durities, & non moll ries: ergo non durũ, quod non cedit tactui, quia aliqua sunt corpora, quæ cedunt tactui, & tamen sunt dura. Tũ etiam ex alia parte, uter inflatus plenus aqua non cedit tactui comprimenris, & tamen non est corpus durum neque molle, quia non cedit tactui comprimentis ratione aquæ constantiæ; & tamen aqua non est corpus durum neque molle: & confirmatur, quia, si quis applicaret manus ipsi cœlo, non posset penetrare cœlum, quia non patirur peregrinas impressiones; & sic non cederet comprimenti: ergo cœlum non potest diuidi, neque etiam cedere tactui comprimentis, & tamen cœlum neque est molle neque durum, quia non est mixtum ex qualitatibus; &, ubi non sunt primæ qualitates, non sunt etiam secundæ; & sic debemus dicere optime philosophando: & ideo ego dico, soluendo dubitationes, quia Galenus partim soluit, & partim non, quia non soluit omnes: & ideo ego soluo omnes. De primo, cũ dicis, quòd sunt multa corpora summè sicca, & non sunt dura, quemadmodum est terra, dico, ut dixi, cum Aristo. quòd Galenus non soluit hoc dubium, & nescio quare forte est, quia ignorabat hoc, quia, ut ipse met fatetur in libro de placitis Hipp. & Plat. non multum sciebat de radicibus philosophiæ: & ideo ego dico, ut dixi, quòd duriries sequitur siccitatem, & terra est summè sicca, non tamen est summè dura, dico, quòd durities est passio mixti, & non est passio sicci seorsum, quia durities non sequitur solam siccitatem, quia terra simplex non est corpus durum, quia durum & molle sunt passiones mixti: & sic est passio sicci, non seorsum, sed sicci commixti cum humido: terra autem, ut supra dixi, neque est dura, neque mollis, sed est corpus siccum; &, si terra aliquando dicatur esse corpus durũ, est impropriè, id est siccum: quod si terra resistat tactui, hoc non est ex duritie eius, sed est ex eius siccitate & continuitate, quæ non permirtit ingressum: & sic durities non sequitur siccitatem simpliciter, sed siccitatem commixtam humiditati; in terra autem non est siccitas commixta cum humido; ergo neque in ea est durities: & sic patet solutio huius difficultatis.

De secundo, de aqua congelata, respondet Galenus, quòd durities non semper sequitur siccitatem, sed aliquando congelationem, ut patet in aqua, quæ uehementer congelatur; quæ est dura non propter siccitatem, sed propter congelationem: &, si Aristot. dicat, quòd semper sequitur siccitatem, hoc est nequaquam uerum, sed aliquando sequitur congelationem; & dictum Aristotelis intelligitur ut in pluribus: sed tamen debetis aduertere, quòd etiam in aqua congelata est aliqualis siccitas, quia in congelatione aquæ miscetur exhalatio

exhalatio ſicca terrea, quæ tollit fluxum aquæ,ex attritione ipſius terræ cum aqua : à frigido ſolo aqua non poteſt congelari,ſed congelatio fit à frigore ratione ſiccitatis permixtæ cum ipſa aqua,ut in ſecundo de Generatione & corruptione diximus. De tertio,quia,quę ſunt abſoluta,non debent definiri in reſpectu; dico,quòd uerum eſt,quòd abſolutum nõ debet definiri,niſi abſolute ; ſicut,cum definimus hominem,eius definitione non ponimus aliquod reſpectiuũ,ut patet, quia dicimus, quòd homo eſt mortale, & ideo dico,quòd iſtæ definitiones nõ ſunt ueræ,ſed ſunt deſcriptiones,& ſunt à poſteriori,quia philoſophus aliquãdo ignorauit eorum genus,& ueram differentiam,& ideo philoſophus deſcribit per poſteriora,cum ignorat uerum genus & ueram differentiam,ut facit hic,quia definit iſtas paſſiones per earum potentias, quarum reſpectu innoteſcunt nobis : & ideo deſcribit illas per reſpectum ad tactum,quia omnis ſenſus eſt certus iudex ſuarum qualitatum ſenſibilium , &, quia iſtæ ſunt qualitates tactus,ideo definiuntur per tactum . Sed uos dicetis , ſi durities & mollities ſunt ſenſibilia tactus, aut ergo ſunt ſenſibilia propria, aut communia,aut per accidens : non autem ſuñt ſenſibilia communia, quia iſta ſunt tantum quinque , ut ſecundo de anima nos docuit Ariſto . nec etiam ſunt ſenſibilia propria,quia hęc ſunt tantum qualitates primæ, quia tantum qualitates primæ ſunt ſenſibilia propria tactus : nec etiam ſunt ſenſibilia per accidens , quia ſecundo de anima 236. Ariſto . definit, quid ſit ſenſibile per accidẽs, & quid proprium; & dicit, quòd ſenſibile proprium eſt id,quod percipitur à proprio ſenſu ſuo;ſenſibile uero per accidens eſt illud ſenſibile per ſe,ideſt quod coniungitur proprio ſenſibili alterius ſenſus; ut dulcedo eſt accidens ſenſibile uiſui in ipſo zuccharo,quia ex albedine in zuccharo uiſus per accidens iudicat eius dulcedinem : ſed eius durities & mollities non coniunguntur cum ſenſibili proprio alterius ſenſus : ergo minime ſunt ſenſibilia per accidens : ergo non uidetur, quòd aliquo modo ſint ſenſibilia ſenſus tactus : dico quòd poteſt dici, quòd eſt ſenſibile commune ; ideo ſunt tantum quinque ſenſibilia communia : dico, quòd uerum eſt, quòd principalia ſunt tantum quinque,ſed durum & molle reducuntur ad unum illorum,quia reducuntur ad motum, quia durum ac molle percipiuntur à tactu mediante motu . quia durum eſt, quod non cedit tactui,& hoc apprehenditur per motum; molle uero eſt, quod dicit tactui, & hoc etiam comprehenditur per motum : & ſic reducuntur ad motum,& poſſunt dici ſenſibilia communia . De tertio, quod addis de cumulo lanæ & frumenti,qui cedunt tactui comprimentis , & tamen granum frumenti & lana ſunt corpora dura ; reſpondet Galenus, in iſta definitione Ariſto . deficit genus,& ideo debet dici deſcriptio,quòd durum,eſt corpus tangibile, quod non cedit tangenti corpori : & tunc,ſi addatur genus huic deſcriptioni,ſcilicet ly corpus, ſic argumentum non concludit, quia tunc hæc definitio non conuenit eis, quia cumulus frumenti non eſt unum corpus , neque corpus continuum ; ſed ille cumulus eſt plura corpora ſimul,non eſt continuus , ſed eſt aggregatus ex pluribus corporibus : ergo neque eſt durus . De alio , quod addis de utre pleno aquæ, quæ non cedit digito comprimentis,& tamen aqua non eſt dura ; reſpõdet Galenus,quòd iſta durities in propoſito ſequitur uehementem compreſſionem humidi , quia dicit ipſe, duplex eſt cauſa duritiei ; prima eſt ſiccitas,& hanc cauſam exprimit Ariſtoteles; ſecunda eſt congelatio,quam egò expreſſi,dicit Galenus ; tertia eſt coactio,ſeu uehemens compreſſio & fluxus humoris, quem ego etiam expreſſi,quia Ariſto. non expreſſit niſi unã cauſam tantum: aliæ ſunt ſubintelligendæ . Sed,domini, poteſt aliter dici , non recedendo à uerbis Ariſtotelis,& ipſius etiam Galeni : ſi enim accipiamus genus illud, poſitum ab ipſo Galeno in definitione duri,ſoluitur etiam hæc dubitatio,ſcilicet durum eſt corpus tangibile, quia durities iſta, quæ eſt in utre,& quæ eſt in apoſtematibus uehementer tenſis, quia actu non ſunt dura : oh non ne cedunt tactui tangenti ; dico, quòd addendũ eſt genus, quia iſta non ſunt corpora dura, quia in eis deficit genus, ſcilicet quod ſit corpus tangibile : ſed iſta non ſunt corpus tangibile, quia non eſt unum corpus,ſed conflatum conſtans ex pluribus,ut ex utre & aqua; & ſic etiam in apoſtematibus eſt aggregatum ex humoribus & cuti : & ita non recedo ab Ariſtotele, neque dico, quòd Ariſto . ſit diminutus, & ſoluo ipſum per dictum ipſius Galeni.

De

De alio, de aqua congelata, dico, quòd eſt dura etiam ratione ſiccitatis, quia in ea permiſcetur exhalatio ſicci.

Omiſi duas dubitationes heri in alia lectione, quas non ſolui: & prima fuit, quòd non in omni mixto perfecto etiam quieſcente circa terram, dominetur terra, quia, ſi aliquod mixtum comburatur, puta lignum, relinquitur modica & parua portio terræ reſpectu totius mixti, id eſt reſpectu totius magnitudinis & ſubſtantiæ mixti, quia pauxillum cineris, quod remanet, eſt loco terræ, ergo: Dico, quòd, ſi teneamus elementa ſecundum ſui ſubſtantiam remanere in mixto, ut uoluit Auer. & Them. & Auicen. ſic dico, quòd cinis reuera, qui relinquitur ex combuſtione ligni, eſt portio terræ, quæ erat in mixto, quia reſoluto humido ipſius mixti partes eius non conſtant, ſed remanent diſiunctæ: ſed tunc dico, quòd combuſta eſt multa pars ipſius terræ, quia multa eius portio fuit conſumpta ab igne: Si uero teneamus cum Ariſto. Alexandro & Galeno, quòd elementa remaneant in mixto ſecundũ uirtutes eorum, ut clare ait Ariſto. in ſecundo de partibus animalium capite primo, & hæc eſt uerior opinio; ſic dicemus, quòd cinis remanens exuſto ligno non eſt terra, quæ erat in mixto; ſed, quia reuera omne mixtum eſt heterogeneum, licet aliquod uideatur homogeneũ, ideo quædam partes ipſius mixti actione ignis euanuerunt, quia, cũ euaneſcebat ipſum humidum, etiam cum eo reſolutæ ſunt multæ partes terræ minus ſiccæ, & remanſerunt partes ſicciores terræ, quæ erant in mixto: ideo ille cinis non eſt pars terræ, ſed eſt pars ſiccior terræ, non ergo eſt terra ſimpliciter. Fuit alia dubitatio omiſſa, cum poneremus argumenta Galeni contra Ariſtotelem, & definitionem de duro & molli; & fuit argumentum de utre, quia uter, dicebat ipſe, plenus aqua non cedit tactui, & tamen non eſt corpus durum, quia, quod reſiſtit, eſt aqua, quæ non eſt corpus durum: & hoc ſoluimus ſecundum Galenũ, quòd hoc erat ratione multitudinis humoris, quia aliquando durities conſequitur fluxum multum humoris, non autem ſemper ſequitur ſiccitatem: & ego dixi uobis, quòd Galenus rectius potuit ſoluere illud argumentum, quia potuit ſoluere, ſicut ſoluit argumentum de cumulo frumenti & lanæ, quæ cedunt tactui, & tamen ſunt corpora dura; & dixit ſoluendo, quòd in definitione deficit genus, ſcilicet corpus durum: modo aceruus frumenti non eſt corpus durum, ſed corpora dura; & ideo argumentum non concludit, quia non eſt unũ corpus, ſed plura, quia non eſt unum corpus continuum. Et poſt argumentum Gal. addidi ego argumentum de cœlo, quia, ſi quis applicet manum ipſi cœlo, nõ poſſet penetrare cœlum, quia non cederet; & ſic ſequeretur, quòd cœlum eſſet corpus durum, quod tamen falſum eſt, quia cœlum non eſt corpus durum neque molle, quia durities & mollities ſunt paſſiones mixti, conſequentes qualitates primas: ſed in cœlo non ſunt qualitates primæ, ergo: dico ſoluendo, quòd iam hoc argumentum ſolutum fuit, ex quo diximus, quòd in definitione Ariſto. ſubintelligebatur genus, ſcilicet corpus durum, & corpus tangibile, quod non cedit: ſi ſubintelligamus ergo iſtam particulam in deſcriptione, quòd ſit corpus tangibile, ſcilicet affectum qualitatibus primis, & generabile & corruptibile, ſic ſoluitur argumentum, quia cœlo non conuenit iſtud genus, ſcilicet omne affectum qualitatibus primis tangibilibus corruptibilibus.

Alia dubitatio fuit de coagulatione, quia, poſtquàm Ariſtote. dixit, quòd declarandæ erant operationes qualitatum paſſiuarum, ſcilicet humidi & ſicci, & quod prima eorum operatio erat durum & molle, nunc addit de coagulatione & liquefactione, quia iſtæ duæ paſſiones ſequuntur duritiem & mollitiem, quia omne corpus durum & molle eſt terminatũ; ſed corpus terminatum eſt coagulatum; ergo agendum eſt de coagulatione & liquefactione: ſed, quia omnis coagulatio eſt quædam exiccatio; ergo exiccatio præcedit coagulationem: ergo prius agendum eſt de exiccatione & humectatione, dicit Ariſto. Et ideo hæc eſt dubitatio prima, quia non uidetur uerum, quòd humectatio & exiccatio ſint priores, quàm coagulatio & liquefactio, ut ideo prius agendum ſit de humectatione & exiccatione, immo uidetur oppoſitum, quia omnis coagulatio reſultat ex commixtione humidi cum ſicco, ut dixit ipſe in definitione coagulationis: modo, ſi coagulatio reſultat ex commixtione humidi cum ſicco, & coagulatio eſt paſſio mixti, ſicut etiam durum & molle ſunt paſſiones mixti; & mixtum, eſt corpus terminatum & conſtans; & corpus non eſt terminatum ac conſtans,

ſtans,

ſtans,niſi ex commixtione humidi cum ſicco: ergo prius mixtum,eſt coagulatum,quàm du
rum aut molle ; ergo coagulatio præcedit duritiem & mollitiem ; ergo durities & mollities
non præcedunt coagulationem,ut uoluit Ariſto. quia terminatio eſt ex permixtione humi
di cum ſicco, quæ eſt coagulatio quædam ;ergo. De ſecundo etiam, quod dicit,eſt inſtan-
tia manifeſta, quia ipſe dicit, quòd omnis coagulatio eſt exiccatio , & de hoc eſt inſtantia,
quia in coagulatione aquæ à frigore non eſt exiccatio, quia nulla pars aquæ exiccatur : er-
go & ſtatim dicemus,exiccatio fit, quando à calido uel à frigido agentibus in mixto, reſol
uitur uel exprimitur humidum interius,& ſimul cum illo calido interiori exprimitur ſeu e-
uaneſcit humidum illud etiam interius : ergo omnis coagulatio eſt exiccatio. Tum eſt in-
ſtantia de metallis,ut de auro argento & huiuſmodi ; quia, ſi coagulatio eſſet exiccatio, er-
go aurum diſſolutum & liquefactum,& poſtea iterum coagulatum , exiccatur ; ergo aliqua
eius pars euaneſceret ; ergo tantum eſſet maioris ponderis, antequàm eſſet liquefactum &
coagulatum, quia exiccaretur eius humidum, poſtquàm eſſet coagulatum ; ſi coagulario eſ
ſet exiccatio ; cuius tamen oppoſitum patet experientia,quia aurum per liquefactionem &
coagulationem non fit minoris ponderis . Tertio dubitatur in exemplo Ariſto. de farina &
aqua,ex mixtione,ex qua mixtione dicit, quòd fit corpus conſtans proprio termino, quia,
ſi miſceantur fit coagulatio, quia iſta mixtio eſt quædam coagulatio aurhorirate Empedo-
clis : ſed in iſta coagulatione nulla eſt exiccatio,ut patet, quia nec farina,nec aqua exicca-
tur : ergo non omnis coagulatio eſt exiccatio. De primo, cum dicis, quòd omnis durities
& mollities eſt paſſio mixti, dico, quòd uerum eſt,quòd durities & mollities ſunt paſſiones
mixti ; & propterea ſupta dixi, quòd terra non dicitur dura , ſed ſicca ; neque aqua mollis,
ſed humida : &,cum dicis, ſed mixtum, qua mixtum,coagulatur,& habet terminum ab ip-
ſa coagulatione ; ergo ipſa coagulatio præcedit natura durum & molle; quid ergo dicit Ari
ſto. quòd prius dicendum eſt de duro & molli : quia coagulatio eſt paſſio duri , & ideo eſt
prior ipſa coagulatione ; Dico, quòd fortè loquitur Ariſto . quo ad ſenſum,& quo ad appa
rentiam, quia uidetur, quòd durities & mollities immediatius reſpiciant humidum & ſic-
cum, quàm coagulationẽ & liquefactionem ; & ideo appellat ipſam Ariſto . natura priorẽ:
reuera tamen coagulatio & liquefactio ſunt natura priores,& maxime, ſi reſpiciamus uer-
ba Ariſtotelis,quia coagulatio de facto præcedit. De ſecundo,quia non omnis coagula-
tio eſt exiccatio;dico, quòd poteſt dici,quod impropriè ſit aliqua exiccatio,in aqua coagu
lata,quia admiſcetur exhalatio ſicca, quia non poteſt aqua coagulari, niſi admiſceatur pars
terræ ſecum,ex cuius admixtione tollatur fluxus aquæ : & ideo impropric dici poteſt,quòd
iſta coagulatio,eſt exiccatio quædam,ſcilicet quatenus cum aqua admiſceatur exhalatio
ſicca . Quod addis tertio de metallis,idem dico, quòd etiam eſt quædam exiccatio , quia
euanuit ab ipſis quoddam humidum; cuius ſignum eſt, quòd in omni metallo,quod ſcilicet
liquefit,remanet ſcoria ſecundum magis & minus, quia in auro mious , quàm in plumbo:
ergo ſignum eſt, quòd euanuit aliquod humidum : in aliquibus tamen hoc fit magis , & in
aliquibus minus ; in auro autem eſt ualde parua illa euaneſcentia,& ideo non uariatur quic
quam eius pondus ex illa exiccatione : & ideo dico,quod liquefactio & exiccatio auri , eſt
exiccatio huiuſmodi , ſed pauca & incomprehenſibilis,quia non remanet ſcoria,ut in aliis.
Quod addit de alio exemplo Ariſto . de farina admixta aquæ, dico, quòd hic etiam impro
prie eſt exiccatio quædam,quia eſt permixtio ſicci cum humido : poteſt etiam dici ſecũdo,
quòd omnis coagulatio eſt quædam exiccatio uere, non quia eſt tantum admixtio ſicci &
humidi , ſed eſt uera exiccatio,ſcilicet reſolutio humidi, aut à frigido, aut à calore: ſed tũc
dicemus, quòd Ariſto. non loquitur de coagulatione ſimplici elemenri,ſed tantũ loquitur
de coagulatione mixti,nec uniuerſaliter de coagulatione mixti , quia non de ea coagula-
tione, quæ fit ab arte,ut de farina & aqua,ſed de ea, quæ fit à natura tantum,ut de coagula-
tione metalli : & ſic tollitur tertia inſtantia.

TEXTVS TRIGESIMVS PRIMVS.

Exsiccantur autem quæcunque sunt aqua, & aquæ species, aut habent aquam siue super inductam, siue connatam. Dico autem superinductam quidem, uelut in lana: connatam autem uelut in lacte. Aquæ autem species talia, uinum, urina, serum, & omnino quæcunque nullam, aut paruam habent subsidentiam.

TEXTVS TRIGESIMVS SECVNDVS.

Non propter uiscositatem. quibusdam enim causa non subsidendi aliquid uiscositas, sicut oleo, aut pici.

His expeditis, quia Aristo. promisit, quòd agendum erat de coagulatione & liquefa- ctione; &, quia coagulatio est quædam exiccatio, & liquatio est quædam humectatio; prius dixit, quid exiccatio, & quid humectatio, & à quo fiant; & nunc primo declarat, quòd triplex est corpus exiccabile; primo, quæcunque sunt aquea; secundo, quæcunque sunt spe cies aquæ, ut uinum, acetum, utina, & lixiuium: quid est dictu species aquæ? idest quæcun- que sunt aqua à prædominio: & generaliter, dicit, exiccabilia sunt, quæcunque mixta, cum patiuntur à calore, aut nullam aut paruam habent resistentiam; ista sunt exiccabilia, quæ sunt species aquæ, & sunt secundo modo exiccabilia, & dicuntur species aquæ, idest mixta à prædominio aquea. Sed tu dices, si agat ignis in oleũ, oleũ non exiccatur; & solum absu mitur ab igne: respondet Arist. ad hoc dirigẽs sermonem suum, dicens, quòd illa corpora sunt species aquæ, quæ nullam aut paucam habent hypostasim, si illa corpora non sint len- ta aut uiscosa & tenacia, ideo, quia habent paucam hypostasim propter uiscositatem illam, quæ non seruat residentiam; quia, si sint tenacia, non sunt exiccabilia, sicut est oleum, quod est tenax, & quod est uiscosum, & propter hoc habet hypostasim; & ideo non est exiccabi- le, quia eius partes ita lentæ sunt, quòd eius humidũ resolui non potest: & ideo dicit, quòd, si est corpus exiccabile, oportet, quòd nulla aut pauca fiat subsidentia, sed oleum proprer subsidentiam non exiccatur: &, cum dicit, quòd est corpus exiccabile, quod haber aquã, hoc duplex est, quia aur habet aquam sibi aduentitiam & actualem, ut est in lana madefa- cta; aut habet aquam sibi connaturalem, ut est lac, quod habet aquam sibi connaturalem; & ista omnia sunt exiccabilia: & sic triplicia sunt ista corpora, quæ exiccantur.

TEXTVS TRIGESIMVS TERTIVS.

Exsiccantur autem omnia, aut calefacta, aut frigefacta. ambo autem calido, & ab interiori calidita- tes, ut exteriori.

TEXTVS TRIGESIMVS QVARTVS.

Etenim quæ infrigidatione exsiccantur, sicut uestimentum, si fuerit separatum ipsum secundum seip- sum humidum, ab interiori calido coeuaporare faciente humidum exsiccatur, si paucum fuerit humi- dum, exeunte caliditate à circunstante frigido. Exsiccantur igitur, sicut dictum est, omnia, aut calefacta, aut frigefacta. & omnia calido, aut interiori, aut exteriori, coeuaporare faciente humidum. dico autem ex tra quidem, sicut quæ elixantur, intra autem, quando ablato humido à caliditate, quam habet, consumptũ fuerit expirante. De exsiccatione igitur dictum est. Humectari autem est, unum quidem, aquam fieri con sistentem, unum autem liquefieri concretum. Horum autem in aquam cogitur frigefactus spiritus. De lique factione autem simul, & concretione erit manifestum.

Quomodo autem fit ista exiccatio? oh dico, dicit Aristo. quòd omnis exiccatio fit à ca lore, sed bifariam, quia quædam frigefacta exiccantur; quædam uero calefacta exic cantur; omnis tamen exiccatio est à calore: quædam enim frigefacta exiccantur, ut uestis madefacta

madefacta exposita frigori exiccantur in hyeme: & quo modo exiccatur à calore? oh hoc modo, quia frigus exterius agit in calorem interiorem illum exprimendo, & simul cum calore intetiore exprimitur etiam humidum interius, quia calor ille, cum resoluitur, secum trahit humidum illud, quo humido expresso fit exiccatio; & sic ista exiccatio est à calore interiori: & addit, si illud humidum interius fuerit per se ipsum non naturale, sicut lac. Alio modo etiam fit exiccatio, quia sunt, quæ exiccantur calefacta à calore exteriori & interiori, quia calor exterior agens in calidum interius, educit ipsum, & educendo, simul cum ipso educit etiam humidum ipsum; & ista sunt, sicut lac, & ea, quæ elixãtur. Et addo uerba, quæ omisi in textu: dicit enim Aristo. si calidum interius & etiam humidum, fuerit paucũ; quia, si multum humidi fuerit, non exiccabitur à frigido; &, si fuerit in se ipso, quia non debet esse in se ipso istud tale humidum, sed separatum & non connaturale: & sic alio modo sunt à calore exteriori, cum ad se educit exterior interiorem, & calor interior secum trahit humidum: & declaro exemplo, ut in ijs, quæ elixantur: & ideo declarauit exemplo, dicẽs, quòd, quæ exiccantur primo modo, similia sunt elixis: sunt enim similia, scilicet dum opponuntur aquæ feruenti, idest quia trahitur calidum interius simul cum humido exteriori: ea uero, quæ exiccantur secundo modo humida, scilicet quæ exiccãtur à calore, ista, scilicer sic exiccata, dicit, quòd similia sunt elixationi, dũ subsunt aquæ feruenti, ut caro elixa, & lac, quia hæc exiccatio est quædam elixatio, quia calor exterior aquæ attrahit calidum interius carnis & humidum exterius: & quare, dum subsunt aquæ fetuenti? oh dicit Aristo. quia extrahitur humidum interius à calore exteriori aqueo, dum permanet in illo calido humido; & ita etiam sunt uestes; & sic assimilatur primo: & ita exiccatio primo modo, quæ est à frigore, assimilatur exiccatis elixatis: & dicit, cum amplius non sunt in aqua, quia, dum extractę sunt ab aqua carnes elixatæ, adhuc euaporant, & sic exiccantur per se ipsas, & euanescit calidum interius, & cum calido euanescit humidum: & sic semper, quæ exiccantur primo siue secundo modo, assimilantur elixatis, dum abstracta sunt ab aqua: & sic etiam secundo modo assimilãtur elixis, sed diuersimode, quia, quæ primo modo assimilantur elixis, assimilantur eis, dum sunt in aqua feruenti; quæ uero secundo modo assimilantur, assimilantur elixis, dum abstracta sunt ab aqua, quia euaporat caro, & calor interior cum humido etiam; & sic assimilatur elixæ carni, quando non est in aqua. Lego uerba. Humectari autem. Arist. dicit, quòd corpus humectabile est bifariam, & bifariam humidũ corpus humectatur: uno modo humectatur, quando frigesit, & sui frigiditate condensatur, & conuertitur in aquã; ut uapor, si frigefiat, condensatur, & conuertitur in aquam: secundo modo humectatur, quando corpus coagulatum dissoluitur & liquescit, illa liquario est humectatio, & sic humectare; sicut dicet ipse statim, quando de coagulatione erit sermo. Et runc, dicit ipse, simul etiam dicemus de coagulatione & liquatione. Horum autem, scilicet horum duorum humectabilium, spiritus constans sui natura, idest densior factus, & coagulari & liquefieri & humectari dicitur.

Erat dubitatio in uerbis Aristo. quia enumerando corpora exiccabilia, enumerauit tria, scilicet aquam, aquæ species, & habentia aquam: est modo dubitatio, quia aqua non est corpus exiccabile, quia humiditas est passio inseparabilis ab aqua; ergo non separabilis ab ea, ut dicit Auer. secundo de anima, ubi dicit, quòd frigiditas est separabilis ab aqua, humiditas uero minime: & confirmatur experientia, ut habetur à Galeno secundo de temperamẽtis, ubi dicit, quòd sensu patet, quòd aqua non potest immediate transmutari in ignem; sed prius in aerem transmutatur; & hoc ideo est, quia humiditas est inseparabilis ab aqua; & sic non potest exiccari, quia exiccatio est alteratio, quæ debet habere idem . . subiectum permanens in utroque termino, scilicet à quo, & ad quem: quomodo ergo hoc dicir Arist. Secundo dubitatur, quia enumerans causas exiccationis, enumerat tantum duas, scilicet calidum & frigidum; calidum, ut educens calorem inrerius existenrem, & cum eo similirer humidum interius; frigus uero, quia est exprimens humidum inrerius, & cum eo calidum etiam simul: sed, domini, istud est per accidens, quòd calidum uel frigidum exiccent educendo uel exprimendo humidum, & cum eo calidum, quia istæ sunt causæ per accidens. s. quòd frigidum exprimendo exiccet, & calidum euaporando exiccet; sed per se causa exiccationis

cationis est sicciras, sicut humidiras est per se causa humectationis; sicut per se caloris est calefacere, & frigoris frigesacere: quare ergo Aristoteles ponit causas per accidens, & non assignat causas per se? Tertio, quia Aristo. exponens, quomodo frigus exiccet, dicit, quòd frigus exprimit interius calidum, & cum calido etiam humidum: sed huius oppositum dixit supra, quia dixit, quòd frigus circunstans corpori calido, intropellit calorem interius . . quomodo ergo hic dicit, quòd exprimit ipsum? quia ista opponuntur, quòd exprimit ipsum humidum, & quod intropellit ipsum: ergo Arist. non sibi constar. Quarto, quia diffusius dicens corpus exiccabile, aquæ species, dicit Aristo. quòd sunt mixta à prædominio aquæ, & hæc sunt, quæ, cum patiuntur à calore, nullam aut paucam habent residentiam, & non propter humorem, sicut dixit de oleo, & dat exemplum, ut uinum, urina, acetum: dubitatur modo, quia uinum habet multam residentiam; & etiam urina haber multam residentiam: quare ergo dicit, quòd mixra, aquea sunr ea, quæ passa à calore nullam aut paucam habent residentiam? De primo, cum dicis, quod aqua non potest exiccari, quia humiditas non potest separari; ab ea, dico, quòd uerum est: &, si Aristo. dicit aquam exiccari, impropric dicit & impropric loquitur, quia est impropria locurio; & est ira, ac si diceret, aqua à calore absumirur, & hoc pacto transmutatur & exiccatur: sed, quòd transmutetur ab humiditate in siccirarem hoc est impossibile, nisi prius transeat & transmutetur eius substantia: & ideo Aristo. intelligit in hoc sensu exiccatur, idest absumitur à calore, quia conuertitur in uaporem, & deinde absumitur; & hoc modo loquuntur uulgares. De secundo, quia calor & frigus sunt causæ per accidens sicciratis, sed per se causa est siccitas, uerum est, & potest argumentum declarari pluribus exemplis, & exemplo Aristotelis quarto Physicorum: si enim sir cyathus, qui impleatur aqua, & postea extrahatur aqua, & imponatur cinis, & super cinerem iterum imponatur aqua, tunc tanrum aquæ recipit, quantum prius recipiebat solius aquæ; & sic tantum utriusque recipit, quantum prius minus cuiusque per se recipiebat, quia cinis absumit aquã, quia absumit intra se multam partem aquæ, & sic exiccat: ira etiam, si ignis sui siccitate conuertit aquam in sui naturam, quomodo ergo Aristo. numerauit causas per accidens: Dico, quòd reuera ita est, quòd Aristote. numerauit istas causas exiccationis, quę sunt per accidens, quia causa per se exiccationis est sicciras: sed Aristo. omisit causam per se, quia hic intendir loqui non de qualicunque exiccatione, quia non de ea, quæ conuenir corpori simplici, ut elemento, quæ exiccario est passio simplicis elementi, sed intendit loqui de alia exiccatione, quæ est passio mixti, quæ sequitur qualitates passiuas; & de ista inrendit loqui, quia est in mixto, quia ad istam exiccationem hoc modo sequitur coagulatio, quia dicit, quòd postea inrendebar loqui de coagulatione; sed hoc modo coagulatio sequitur exiccationem istam humidi in ipso existenris, à calido uel frigido absumente: &, quia coagulatio est quædam exiccatio, ideo dixit uelle loqui de exiccatione: & ideo dicir, quòd exiccationis huius causæ est calidum uel frigidum, quia fit à calido educente humidum simul cum intrinseco calido; & à frigido comprimendo calidum, & simul cum eo humidum; & sic fit ab istis consumprione humidi: & ideo Aristo. diuersimode loquitur de exiccatione, tamen absolure per se causa eius est siccitas. De tertio, quia Aristo. sibi contradicit, quia supra dixir, quod frigus circunstans calido, unir calidum, & intropellit; hic uero dicit, quòd exprimit; dico, ut dicit Galenus eo Aphorismo, Vẽrres hyeme & uere, ubi dicit, si calor naturalis interior fuerit multus, magis uigoratur & nutritur à frigore circunstanre: si uero calor fuerit paucus, tunc dispergitur & dissiparur à frigore exteriori propter imbecillitatem caloris, & extinguitur: & ideo animalia pauci caloris dissoluuntur in hyeme à frigore exteriori, quia dissoluirur illud paucum caloris: & ira dico in casu, quòd, si calor interior fuerit multus, uigoratur à frigore circunstante; si uero fuerit paucus, destituitur: non est ergo contradictio in uerbis Aristo. propter hoc, quia ista non implicant, quòd frigus circunstans intropellat calorem, & quòd etiam calor à frigore expellatur. De quarto, quia in uino & urina mulra fit subsidentia, dico, quòd, si capiarur mustum, est corpus heterogeneum, & ideo multam facir residentiam: si uero capiamus urinã, pauca residentia fir respectu totius molis urinæ; & ita in urina pauca est residentia: & ideo dixit, aut multa, aut pauca.

TEXTVS TRIGESIMVS QVINTVS.

Concrescunt autem quæcunque concrescunt, aut aquæ existentia, aut terræ, & aquæ.

HIs expeditis nunc Aristo. aggreditur sermonem de coagulatione & liquatione, simul dicto de exiccatione & humectatione, & primo declarat quæ corpora coagulabilia sint; secundo, à quo coagulentur, & quomodo coagulentur. De primo dicit, quòd corpora coagulabilia & liquabilia, sunt corpora mixta, à prædominio aquæ, aut à prædominio aquæ & terræ simul: & dicit, à prædominio aquæ, aut aquæ & terræ simul, quia, si à prædominio fuerint ignis aut aer, non sunt coagulabilia, quia, si fuerit aliquod à prædominio ignis, quia fortè nullum datur mixtum à prædominio ignis, si tamen datur, ratione eius raritatis non uidetur, quòd possit coagulari. Sed uos dicetis, quomodo mixta possunt esse à prædominio aquæ & terræ simul? quia mixtum debet quiescere in uno loco naturali tantū, sed quiescit in eo loco naturali secundum plurimum, quod in eo dominatur: si ergo aqua & terra prædominantur in istis mixtis, ergo naturaliter locabuntur in duobus locis specie distinctis, secundum quòd elementa sunt specie distincta: ergo impossibile est, quòd duo elementa dominentur in eodem mixto, quia tantum unum debet dominari: oh quomodo ergo Aristo. dicit, quòd duo dominantur? dico, quòd Aristo. intelligit, quòd dominantur duo elementa in mixto, non simpliciter, sed respectu aliorum duorum, quia maior portio aquæ & terræ est in istis, quàm aeris & ignis, tamen simpliciter unum tantum dominatur, & non duo simpliciter, quia inter se unum superat aliud, sicque ex æquo non dominantur, sed unū simpliciter dominatur; & ista sunt corpora coagulabilia, dicit Arist.

TEXTVS TRIGESIMVS SEXTVS.

ET hæc aut frigido, aut calido sicco. quapropter & soluuntur contrarijs, quæcunque soluuntur concretorum à calido, aut à frigido. quæ enim à sicco calido concreuerunt, ab aqua soluuntur, quæ est humida: quæ uero à frigido concreuerunt, ab igne soluuntur, qui est calidus. Concrescere autem quædam utique putabuntur ab aqua, ut mel elixatum. concrescunt autem non ab aqua, sed ab eo, quod in ipsa est, frigido. Quæcunque igitur sunt aquæ, non concrescunt ab igne. soluuntur enim ab igne. idem autem eidem secundum idem non est causa contrary. Amplius, dum abscedit calidum, concrescunt. quare palam quòd dum ingreditur soluentur: quare faciente frigido, concrescunt. Quapropter & non incrassantur talia concreta. Incrassatio enim humido quidem abeunte fit, sicco autem consistente.

TVnc Aristo. subdit, declarando, à quo nam coagulentur & dissoluantur ista talia mixta; & dicit, quòd à triplici agente fit coagulatio, scilicet à calido, & frigido, & à sicco: ab humido autem, dicit, quòd minime fit coagulatio: & probat Aristo. de calido & sicco simul, & sic probat: aliqua mixta dissoluuntur à frigido & humido; ergo coagulantur à calido & sicco; quod patet, quia coagulatio & liquatio opponuntur, & contrariorum esse ctuum contrariæ sunt causæ: si ergo aliqua mixta dissoluuntur à frigido & humido; ergo à contraria causa coagulantur, ergo à calido & sicco coagulantur: quòd autem aliqua mixta liquescant à frigido & humido, patet de sale, quod dissoluitur frigido & humido; ergo coagulatur à calido & sicco: ergo coagulatio fit tum à calido, tum à sicco: & de hoc erit dubitatio infra, quia est dubitatio Alexandri, quod sal etiam liquefiat in aqua calida, ut cum apponitur in olla: tamen reuera dixi, & infra etiam dicemus, quòd sal no liquescit, nisi ab humido & frigido, quia ab aqua feruente uere non liquescit sal, quia in aqua feruente ooo fit propria liquatio, sed per se proprie liquescit ab humido & frigido; & ideo per se coagulatur à calido & sicco. Quædam autem, dicit Aristo. à frigido coagulantur: & quomodo à frigido coagulantur? quia à calido dissoluuntur; sicut glacies, quæ dissoluitur à calido: si dissoluitur à calido, ergo coagulata fuit à frigido, quia sunt contraria, & contrariorum effectuum causæ sunt contrariæ: ergo à contrarijs causis fit coagulatio & liquatio horum: iam

ergo

ergo patet, quòd à calido & ficco,& etiam à frigido, fit coagulatio. Quòd autem coagulatio non fiat ab humido, oftendit Ariftot. optime, licet fit difficile, dicens, quòd,fi capiatur mel prius elixum,& fuperinfundatur ei aqua, coagulatur mel ab aqua fibi fuperfufa, & tamen non aqua humida, fed aqua frigida : ergo aqua frigida, dicit Arifto. ergo humiditas non eft caufa coagulationis, quia non ab humido : patet, quia etiã,fi ab humido poffit coagulari mel,tunc hoc mel prius elixum,prius coagularetur etiam ab humiditate aquæ, quando erat calida, quàm à frigiditate : ergo humiditas non eft caufa per fe coagulationis. Sed uos dicetis,Arifto. petit & foluit litem lite, quia primo dicit, fi mel fuerit prius elixum, & deinde fuperfundatur aqua fibi : cur dicit prius elixum, ideft cur addit,fi fuerit prius elixũ ? quia,fi non effet elixum, non etiam ex infufione coagularetur, quia,etiam fi aqua fuperfundatur in melle crudo, coagularetur ab ea : & non intelligatis, quòd mel fit elixum in aqua, fed elixum in uafe prope ignem, ita, quòd mel fuerit paffum ab igne in uafe, & quòd feparata fuerit pars fubtilior à parte eius craffiori ; ut etiam diximus de mufto & lacte, quæ dicuntur elixari in igne,non quia ponantur in aqua,fed quia ponuntur in uafe prope ignem, & feparatur fuperfluum humidum interius, remanente parte craffiori ; & fic etiam de melle : cur ergo ita elixum accipit mel Ariftoteles ? Secundo dubitatur, quia dicit, quòd aqua fuperfufa melli elixo coagulat mel, non quà humida,fed quà frigida ; & Arifto.hoc nõ probat : ergo petit, quod debet probare, quòd aqua,non quà humida, coagulat mel, & iftud accipit. De primo, domini, dicam,ut fcio,quia alij nihil dicunt de hoc : & ideo dico,quòd forte Arifto. accipit mel prius elixum, quàm fit fuperfufa aqua frigida, quia tunc magis euanuit in elixatione humidum illud ; & ideo facilius coagulatur poft elixationem,ex aqua frigida fuperfufa,quafi magis paffum ab igne, quia citius coagulatur : & ego nefcio aliter dicere,cogitetis etiam uos. De fecundo, quia Arift.uidetur petere,quia fupponit id,quod debet probare,fcilicet,quòd mel non coagulatur ab humiditate,fed à frigiditate aquæ : dico, quòd Arifto. non probat, quia probatio patet. Et ideo Alexander dupliciter probat, primo quia nullum corpus,ut experientia conftat, coagulatur ab humido per fe fine frigore,ideft feorfum fumptum à frigore, quia nunquam humidum fine frigore facit coagulationem : & ideo recte dixit Arifto. quòd aqua fuperfufa melli coagulat ipfum, non quà humida,fed quà frigida. Secundo probat Alexander,quia Arifto. dicit, quòd humiditas eft qualitas paffiua & materialis,& ideo eft ut materia coagulationis, quia materia eft paffio humidi : ergo, fi eft materia,& materia & effectus non coincidunt,& humiditas eft materia, ab humido non fit coagulatio, quia,fi eft caufa materialis,non poteft effe caufa efficiens eius. Sed dices, contra, quia ifta fecunda ratio Alexandri habet manifeftam inftantiam, quia, fi humiditas,ex quo eft materia coagulationis, non coagulat ; ergo neque etiam ficcitas poterit coagulare per eandem rationem, quia eft materia coagulationis, quia coagulatio eft paffio humidi & ficci ; & tamen Ariftoteles dicit, quòd coagulatio eft etiam à ficco : dico, quòd re uera fecunda ratio Alexandri eft pauci ualoris,quia eft inftantia manifefta de ficcitate : quomodo ergo foluitur inftantia Alexandri? quia materia & effectus non coincidũt: dico, quòd materia & effectus principalis non coincidunt,fed materia & effectus inftrumẽtalis bene poffunt coincidere : & ideo non inconuenit,quòd caufa materialis dicatur etiam effectus inftrumentalis,difponens materiam,ficut qualitates primæ funt caufæ efficientes inftrumentales complexionis quocunque modo,& funt etiam caufa materialis : & fic caufa & effectus inftrumentalis poteft coincidere cum materiali ; & fic dico, quòd poteft fieri coagulatio à ficcitate,ut, quando ab igne fit coagulatio mediante caliditate & ficcitate : & ideo fecunda ratio Alexandri nulla eft, & ideo adhærendum eft fecundæ rationi fuæ. Sed uos iterum dicetis, oh ego dicam,ficut tu dicis, quia coagulatio non fit abfolute & primario à ficco,fed fit à ficco, cum eo fimul concurrente caliditate ; ita ego dicam, quòd coagulatio non fit ab humido primario,fed concurrente frigido,& fic per te fit ab humiditate , ficut à ficcitate : dico, domini,quòd,fi quis ita diceret contra Ariftotelem effet difficilis redargutio contra ipfum, quia re uera concurrit fecundario humiditas : fed,domini, fatis eft Ariftoteli, quòd iftæ fint paffiones,à quibus fit coagulatio,& quòd non fit ab humido, nifi fecundario,ut à ficco. Et tunc Ariftoteles ultra declarat fpeciatim, quando coagulatio fit

à calido,& quando fit à frigido,& quando ab utroque ſimul ; & dicit, quòd ptima corpora mixta aquæ,ſcilicet ſunt à prædominio aqua,ut urina uinum & acetum,hæc tantum à frigido,& non à calido neque à ſicco, ſunt coagulabilia : quòd autem non à calido, probat Ariſto.quia diſſoluuntur à calido, ergo non coagulantur à calido,quia idem non eſt per ſe cauſa contrariorum,ſed contrariorum effectuum contrariæ ſunt cauſæ : ſi ergo calor eſt cauſa diſſolutionis ; ergo coagulatio eſt à frigore,quia,ſicut urina & aqua coagulantur à frigido, ita à calido diſſoluuntur . Tum ſecundo dicit Ariſtoteles,quia iſta corpora aqua à prædominio, calido agente in ipſis,non craſſeſcunt,ergo neque à calido coagulantur : quòd autem à calido non craſſeſcant,Ariſtoteles dimittit,tanquam manifeſtum : quòd auté non coagulentur,etiam patet, quia coagulatio non eſt aliud, niſi quædam craſſities , ſed à calido non poſſunt craſſeſcere,ergo neque coagulati.

TEXTVS TRIGESIMVS SEPTIMVS.

AQua autem humidorum non incraſſatur,ſola . Quæcunque autem communia terræ,& aquæ,& ab igne concreſcunt,& à frigido . incraſſantur autem ab ambobus,eſt quidem ut eodem modo,eſt autem ut aliter . à calido quidem humidum educente : euaporante enim humido,incraſſatur ſiccum,& conſiſtit . a frigido autem, calidum exprimente, cum quo humidum ſimul recedit , coeuaporante.

Quæcunque igitur mollia,ſed non humida, non incraſſantur,ſed concreſcunt, exeunte humido, uelut aſſatum fictile . Quæcunque autem miſtorum humida ſunt,& incraſſantur,uelut lac . Multa autem & humectātur primo, quæcunque aut craſſa, aut dura a frigido præextiterint . quemadmodum & fictile primo , dum aſſatur,euaporat,& mollius fit . quapropter,& inuertitur in fornacibus.

PRobat Ariſto. aſſumptum, quia aqua ſola,id eſt ſeorſum ſumpta,& nullus humorū poteſt craſſeſcere ab igne,quia aqua ſeorſum ſumpta ſine admixtione nō poteſt craſſeſcere ab igne,quia ea craſſeſcunt ab igne,in quibus pars humida ac tenuis reſoluitur,remanente craſſiore parte terrea : ſed aqua eſt cotpus ſimplex, non habēs iſtas partes heterogeneas craſſas & tenues : ergo aqua non poteſt ctaſſeſcere ab igne, immo tota potius euaporat: ergo non poteſt coagulari ab ipſo igne : ergo,quæ à prædominio aqua ſunt,non poſſunt craſſeſcere neque coagulati à calido . Et lego uerba . A qua autem humidorum &c. Quæcunque autem terræ & aquæ communia . Cum dixerit Ariſto. de ijs, quæ aqua ſunt à prædominio , quòd coagulantur à frigido, & diſſoluuntur à calido, nunc aggreditur ſermonem de ijs, quæ ſunt communia duorum elementorum , & dicit, ſi fuerint maxime cōmunia aquæ & terræ, & non tantum aquæ,quid dicemus ? inquit Ariſto.quòd, ſi mixta,fuerint communia aquæ & terræ,aliquando coagulantur à calido,& aliquando à frigido, quia quædam horum diſſoluuntur à calido, & quædam à frigido : quæ enim à calido coagulantur, diſſoluuntur à frigido; &, quæ à frigido coagulantur, diſſoluuntur à calido : ſed diuerſimode coagulantur,dicit Ariſto. quia, quæ coagulantur à calido,hoc modo coagulantut , quia calidum exterius educit calidum interius,& ſecum humidum,& ſic remanent coagulata ; quæ uero à frigido coagulantut, alio modo coagulantur,quia frigidus exterius exprimit humidum, quod eſt interius, ad exteriora,quia exprimit calidum , & cum calido humidum ſimul , ad exteriora : ſecundo differunt,dicit Ariſtoteles, quia, quæ ſunt à prædominio duplicis elementi,& ea, quæ ſic coagulantur, quædam ſunt mollia, & quædam ſunt humida : mollia uero ſunt ſicut later ; humida,ſicut lac : & ea, quæ ſunt mollia, quando in principio coagulantur, non craſſeſcunt in principio à calido ; humida uero, cum incipiunt coagulari , in principio craſſeſcunt : & dat rationem huius Alexander, dicens,quòd ea, quæ ſunt mollia,ut later crudus,cum incipiunt coagulari, à principio non craſſeſcunt ab igne,& lac ſic, quia later,& ea, quæ ſunt mollia,ut later crudus,incipiunt à principio coagulari ; ideo à principio non craſſeſcunt ab igne, quia later iſte haber interius humidum coagulatum,& à calido circunſtante,in principio diſſoluitur illud humidum , & fit extrinſece ; & ideo fit mollius : ecōtra uero in lacte,in principio, cum coagulatur, craſſeſcit à principio, quia habet humidum ſubtile & tenue,quod ſeiungitur ab eo actione ignis ; & ideo à principio,cum lac coagulatur,

tur,crassescit. Et addit Aristoteles unum uerbum, quia later non crassescit à principio, cũ coagulatur, ideo facile contorquetur later in fornace: & hæc uerba uario modo exponuntur à latinis,& ab Alexandro aliter; quia Alexander dicit: quòd contorquetur facile in fornace,idest recedunt à sui tectitudine,& faciliter fiunt tortuosi lateres, quia calor ignis, cum incipit agere in laterem,reuocat humidum exterius,& sic fit mollior; & ideo,si contingat, quòd ignis inæqualiter agat in laterem,& magis in una parte,quàm in alia, Aristo. ait, ne detur uacuum, detorquetur later, cum coquitur,in fornace: cum uero calor ignis æqualiter agit in humidum interius lateris,ad extra reuocando ipsum, non contorquetur in fornace,quia contorquetur, cum ignis agit in ipsum,prius exiccando unam partem, & postea aliam, quia ne detur uacuum ibi, concurrit humidum,& later contorquetur. Sed tu dices, non ne mollities est effectus humiditatis? quomodo ergo hic Aristoteles distinguit corpus molle contra corpus humidum, cum hæc non sint opposita? Tum quia dicit, quod eadem est causa contrariorum, & supra dixit, quòd eadem sit causa non potest esse causa contrariorum: quòd autem hic concedat,quòd eadem sit causa contrariorum,patet,quia dicit,quòd calor ignis in fornace,cum agit à principio in laterem crudum, humefacit ipsum,& postea exiccat ipsum,& coagulatur later ab ipso igne,& induratur: ergo ignis est causa humectationis & exiccationis: ergo eadem est causa contrariorum. De primo dico, quòd uerum est, quòd omne corpus molle,est humidum: oh quid ergo dicit Aristo. dico, quòd sensus Aristotelis est, quòd corpora humida, sunt duplicia; quædam mollia,& quædam non: mollia sunt, sicut later, qui dicitur mollis,quia cedit in profundam sui superficiem: aliqua sunt corpora humida non mollia, sicut lac, quod non est molle, quia non cedit in profundum secundum eius superficiem, sed eius superficies dissumpitur in profundum,non autem cedit interius digito comprimenti; & sic distinctio Aristot. est diuersa: & ideo Aristo. dat istam distinctionem. Quod dicis de secundo, quia Aristo. hic ponit eandem esse causam còtrariorum, & supra dixit oppositum; dico, quòd non inconuenit, quòd idem per se sit causa contrariorum,cum materia est diuersa; sicut sol liquefacit terram,& lutum indurat: ita etiã est in proposito, quia in principio later habet humiditatem intrinsecam congelatam, & in fine est dissoluta,& exiccatur: & ideo est alia & alia materia & subiectum.

TEXTVS TRIGESIMVS OCTAVVS.

Qvæcunque igitur à frigido concrescunt,communium terræ,& aquæ,plus autem habentium terræ: quæ quidem,quia calidum egreditur, concrescunt, hæc liquefiunt calido, ingrediente iterum calido, uelut lutum, cum concretum fuerit.

CVm docuerit nos Aristo. modum coagulationis, ubi dixit quæcunque mixta sunt à prædominio terra aut aqua,à calido & à frigido coagulari possunt; quia quædã erant mixta, à prædominio aqua, & hæc tantum à frigore possunt coagulari,quædam uero à prædominio terra, & hæc à calido; quædam à prædominio aqua & terra, & hæc à calido & à frigido coagulari possunt: & dederit exemplum Aristo. dicens, quòd hæc mixta à prædominio aqua & terra, sunt duplicia; quædã enim sunt humida,& quædam mollia: quæ uero sunt mollia, quam primum ab igne patiuntur, statim in principio crassescunt seu accipiunt crassitionem: his sic explicitis nunc Aristo. declarat & ponit sermonem de liquatione, quæ est passio opposita coagulationi: & aduertatis bene, quia hic ualde difficilis est Arist. Declarat igitur liquationem, quæ opponitur coagulationi, dicens, quòd, quæcunque mixta sunt communia terræ & aquæ, si à frigido coagulantur, à calido dissolui debent: & dat causam Aristo. dicens,quia contrariorum effectuum contrariæ dicuntur esse causæ: sicut ergo ista mixta communia terræ & aquæ à frigido in eius ingressu coagulata sunt, quia euanescente calido sunt coagulata; ita deinde ingressu calidi in ea dissoluuntur,quia ingrediente calido expellitur frigidum,& liquefit humidum,quod remansit, & dissoluitur illud; quia, si egrediente calido,coagulata sunt à frigido; ergo ingrediente calido debent dissolui ista,mixta à calido,quia proximum calidum exterius generat calidum interius; ideo ingrediente

calido mixtum, ab eo debet dissolui & liquefieri: & sic est generalis regula, quòd omnia mixta communia aquæ & terræ, quæ à frigido coagulantur, à calido dissoluuntur, quia præsentia calidi ingredientis dissoluuntur; & ita econtra, quæ istorum mixtorum à calido coagulantur, à frigido dissoluuntur.

TEXTVS TRIGESIMVS NONVS.

QVæcunque autem propter infrigidationem, & calido coeuaporante omni, hæc insolubilia sunt, nisi superabundet caliditas, sed mollificantur, uelut ferrum, & cornu. Liquescit autem & elaboratum ferrum, ita ut humidum fiat, & iterum concrescat. Et stomomota faciunt sic. subsidet enim & purificatur subtus recrementum, cum autem sæpe patitur, & purum fit, hoc stomoma fit. Non faciunt autem sæpe ipsum, propterea quòd deperditio fit multa, & pondus minus purificato. Est autem melius ferrum, quod habet pauciorem purificationem. Liquescit autem & lapis Pyrimachus, ut stillet, & fluat. quod autem concrescit, cũ fluxerit, iterum fit durum. Et molæ liquantur, ut fluant. fluens autem concretum, colore quidem nigrum, simile autem fit calci. Liquescit autem & lutum, & terra.

VLtra dicit, quòd ista mixta communia aquæ & terræ bifariam sumuntur, quia quædã coagulantur à moderato frigore, & ita etiam soluuntur à moderato calido, ut glacies & alia huiusmodi: quædam uero coagulantur non nisi à uehementi frigiditate, & metalla, præcipue ferrum; & ista non coagulantur, nisi à uehementissimo frigore, exprimente à ferro totum humidum: &, sicut ista coagulantur à frigore uehementissimo, ita etiam non soluuntur nisi à uehementissimo calido ipsius ignis: & declarat id, quod assumpsit, multiplici exemplo, & primo de ferro, dicens, quod coagulatum fuit à uehementissimo frigore exprimente à ferro totum eius humidum, & cum eo ferre totum calorẽ, quia in ferro præcipue, & in omnibus metallis etiam, cum toto fere humido totus calor euanescit etiam; & ideo non nisi à uehementissimo calore dissoluitur; &, cum iam est dissolutum & liquefactum, iterum coagulatur; & sic multoties iteratur coagulatio & liquefactio ferri, & expurgatur ferrum; & per istam reiteratam coagulationem & liquationem generatur stomoma: & dicũt fabri, quòd ab ista multiplici expurgatione fit minus aptum ferrum flecti; & ideo cauent fabri ab ista multiplici expurgatione ferri: & quare? oh quia ferrum absumitur & minoratur ex hac purgatione, & etiam redditur inflexibile, quia fit durius, & ideo minus potest flecti & contorqueri: quicquid tamen sit, dicit Aristo. quòd ferrum eo melius est, quo minus habet expurgationis, id est quo minorem habet portionem scoriarum, idest quo minor portio scoriarum potest abstrahi ab ipso per liquationem: & sic melius est illud, quod minus de scoriis relinquit per expurgationem; & ita debet exponi, & non ut exponit Albertus & latini: & hoc est primum exemplum Aristotelis: & sic iam patet, dicit Aristote. quòd quæ à uehementi frigore coagulantur, non soluuntur nisi à uehementi calore. Secundum exemplum, dicit Aristo. est de lapide pytimacho, qui, cum sit coagulatus à uehemẽtissimo frigore, non liquatur nisi à uehementissimo calore; & iste habet, ut calx, quæ, dum liquefit, alba fit; & postea, cum coagulatur iterum, nigrescit, ut calx nostra, quæ cum coagulatur, nigrescit, quia calx romana albescit, cum coagulatur. quid autem sit iste lapis Pyrimachus, aliqui dicunt; quòd est lapis, qui uulgo dicitur Marchesita, & à Græcis pyrithes, ex quo excutitur ignis, si percutiatur cum calybe: sed ego nescio, an ita sit, quòd iste lapis liquescat à calore: si enim liquescit iste lapis à calore, potest esse, quòd sit lapis, quem Aristo. intendit: si uero non liquescit, non erit ille: ego tamen nescio experimentum, quia forte Aristo. intelligit alium lapidem. Tertium exemplum, quod dicit Aristot. est de mola, quæ non nisi à uehementissimo frigore coagulatur; & ideo non dissoluitur nisi à uehementissimo calido: & per mollem intelligit Albertus & Gaetan. plumbum: sed, domini, hoc falsum est, quia etiam plumbum modico calore liquescit; & uerbum Græcum Aristotelis nullam affinitatem cum plumbo habet. Sed aliter exponit Vatablus, dicens, quòd Aristo. intelligit per molem, lapidem molarem; quod est etiam falsum, quia parum infra Aristo, dicit oppositum de lapide molari; ubi dicit, quòd nullo pacto lapis molaris potest dissolui,

diſſolui,nec à calido,nec à frigido : & Alexander etiam contradicit huic, quia dicit, quòd lapis molaris inſolubilis eſt à calore. Alcionius autem aliter intelligit, & tranſtulit mole; quid tamen ſit mole, non declarauit. tamen ſic trãſtulit. Et ideo Alexander intelligit per mole,lapides quoſdam,& non dico molares lapides,ſed quoſdam lapides nobis ignotos; & ego ignoro cum eo,quid ſint; & de iſtis loquitur Ariſto. Sunt ergo,dicit Ariſto. quidam lapides,qui,ſicut coagulantur à uehementiſſimo frigore, ſic etiam non ſoluuntur niſi a uehementiſſimo calore. Quartum exemplum, dicit Ariſto. eſt de luto & terra; lutum enim coagulatum à uehementi frigore, non poteſt diſſolui & liquari,niſi à uehementiſſimo calore, quia frigus expreſſit ab eo ferè totum humidum: & ſic etiam terra; & dicit Alexander, quòd Ariſto. per terram non intelligit terram ſimplicem,ſed terram admixtam humido,et proprie eam terram,ex qua generatur uitrum, dicit Alexander: & iſta terra non diſſoluitur niſi à uehementi calore. Et ſic patet, quòd, quæ a frigido coagulantur,etiam a calido diſſoluuntur; &, ſi a moderato frigido coagulantur,etiam a moderato calido diſſoluuntur;&, ſi a uehementi frigido coagulantur, etiam a uehementi diſſoluuntur calido. Sed tu dices, & eſt dubitatio Alberti hic,quia Ariſto. ſibi contradicit, quia ſupra in fine tertij libri dixit, quòd metalla ſunt duplicis generis; quædam ſunt ductibilia & liquabilia; quædam autem ſunt tantum ductibilia & mollificabilia, non autem liquefactibilia; ſicut ferrum,quod tantum malleo ducitur,dicit Ariſto. non autem liqueſcit; hic uero dicit, quòd ferrum etiam liqueſcit: ergo ſibi contradicit. Secundo,quia iſta metalla,cũ coagulata ſunt,ſunt ſicca: quomodo ergo actione ignis poſſunt iſta metalla acquirere humiditatem, propter quam fluat, ex quo calor ignis potius diſſoluit & conſumit humidum, quàm ipſum generet? Tertio dicit Albertus, quia Ariſto. non diſtinguit ferrum a calybe, niſi realiter,ſcilicet per expurgationem pluries factam,ſcilicet per iteratam liquefactionem & coagulationem, quia dicit, quòd generatio calybis eſt ex ferro,iterata ſæpius expurgatione eius per liquationem, & coagulationem: ſed huius oppoſitum dicunt experti fuſores, qui dicunt, quòd calybs eſt metallum diſtinctum a ferro,ſicut aurum ab argento,quia ſunt diuerſa mineralia ſpecie; & etiam dicit Albertus in his expertiſſimus: quid ergo dicit Ariſto. hic, quòd calybs generatur ex ferro,& fuſores dicunt, quòd ſunt mineræ diuerſæ? De primo,cum dicis,quòd Ariſto. contradicit ſibi ipſi,hic & in fine tertij huius,quia ibi dicit, quòd ferrum non liquatur, ſed tantum ducitur malleo; hic uero dicit,quòd liquatur: dico, conciliando Ariſtotelem, ut etiam ibi diximus, quòd, cum Ariſto. ibi dicit, quòd ferrum non erat fuſibile, ſed tantũ ductibile,intelligit a moderato & mediocri igne, quia à moderato igne tantum molleſcit, ut poſſit duci; nõ autem molleſcit, ut liquetur a moderato igne: reliqua uero metalla a moderato igne molleſcunt, & liquantur etiam, ſed ferrum non liquatur, niſi a uehementiſſimo igne: & hoc modo intelligit Ariſto.hic, quia a uehementiſſimo igne bene liquatur; & ita teſtatur hic etiam Alber. immo addit, quòd ſuperadditur ferro,cum uolumus ipſum liquare, aut ſulphur, aut auripigmentum, ut ferrum magis igniatur;& hoc additur artificio: & ſic conciliantur uerba Ariſtotelis,quia,cum dicit, quòd ferrum poteſt fundi, intelligit a uehementi igne: &, cum dicit, quòd non poteſt fundi, intelligit a mediocri & moderaro igne. De ſecundo, cum dicis, quòd metalla actu coagulata ſunt dura,ergo ſicca: quomodo ergo actione ignis inducitur humiditas,& acquirunt humiditatem, cum potius ignis inducat ſiccitatem? Reſpondet Alexander, & certe hoc declarat recte hic,ſcilicet quomodo iſta mixta liqueſcant,& quomodo acquirant illam humiditatem actione ignis: & ideo, cũ dicis, quomodo acquirunt humiditatem, quia, cum ſunt actu coagulara,ſunt dura & ſicca, reſpondet Alexander, quòd uerum eſt,quod dicis: oh a quo acquirunt iſtud humidum? dico, quòd a nullo de nouo acquirunt iſtam humiditatem, quia prius habebant illam humiditatem in ſeipſis: oh quid ergo acquirunt ab igne? oh hoc acquirunt,quia ignis ipſe diſſoluit illam coagulationem ſicci cum humido uapore, quia ſciris, quòd in metallis eſt coagulatio humidi uaporis cum ſicco terreo; & ſic humiditas aquæ diſſoluta fluit; ut patet in aqua congelata,quia, cum diſſoluitur glacies actione ignis, non acquirit glacies humiditatem a calore,ſed tantum diſſoluitur illa humiditas,& coagulatio illa aquę & terræ,& ſic acquiritur fluxus,& non humiditas: ſic etiam in caſu noſtro, quia diſſoluitur illa humiditas

actione

actione ignis, quæ erat congelata actione uehementissimi frigoris: & hanc dubitationem tetigi ego etiam supra uobis. De secundo, cum dicis, quòd calybs est metallum specie distinctum à ferro, ut dicunt fusores, non autem generatur ex purgatione iterata ferri, ut uult Aristo. hic: dico, dicit Albertus, quòd, sicut duplex est aurum & argentum, ita etiã est duplex calybs, unum ab arte, & aliud à natura: ab arte enim, cum multoties expurgatur plũ bum, fit argentum; & plumbum etiam fit à natura in mineris: ita etiam dico, quòd fit ab arte expurgatione ferri iterata; fit etiam à natura in mineris: & iste distinguitur a calybe facto ab arte; & distinguitur specie a ferro: calybs autem factus ab arte tantum per accidẽs distinguitur a ferro, quia tantum distinguitur per minorem exiccationem: & etiam Albertus docet facere calybem perfectissimum ipsis militibus, quod scindit & frangit quod uis aliud ferrum: uideatis Albertum, quia multa pulchra dicit in hac materia. Lego uerba. Non faciunt hoc sæpe ipsum fabri fertarij. non multum expurgant, quia multum absumitur ab eo, & minus flectitur: & non dicit, quòd fit melius, quia minus fuit expurgatum, ut dicit Gaetanus, sed quia minus de scoria naturaliter amittit, cum sæpius expurgatur. Et mole. Hæc uerba continuantur cum uerbis superioribus, non autem referuntur ad immediate dicta &c.

TEXTVS QVADRAGESIMVS.

QVæcunque autem a sicco calido concrescunt, hæc quidem insolubilia, hæc autem soluuntur humido. Fictile igitur, & lapidum quorundam genera, quæcunque ab igne terra combusta fiunt, uelut molares, insolubilia. Nitrum autem, & sales solubilia humido: non omni autem, sed frigido. Quapropter aqua, & his, quæcunque aquæ species, liquescunt, oleo autem non liquescunt: sicco cum calido contrarium frigidum humidum. si igitur coegit alterum, alterum soluet: sic enim contrariæ erunt causæ contrariorum. Crassantur igitur ab igne solum, quæcunque aquæ plus habent, quàm terræ. concrescunt autem quæcunque terræ. quapropter & nitrum, & sales terræ sunt magis, & lapis, & fictile. Maxime autem dubie habet olei natura. Si enim aquæ, oportebat concrescere a frigido, ut glacies. si autem terræ plus, ab igne, ut fictile. nunc autem concrescit quidem a neutro, incrassatur autem ab ambobus. Causa autem est, quia plenum est aere. quapropter & in aqua supernatat: etenim aer fertur sursum. Frigidum igitur, ex inexistente spiritu aquam faciẽs, incrassat. semper enim cum mista fuerint oleum, & aqua, ambobus fit crassius. Ab igne autem, & tempore incrassatur, & albescit. albescit quidem, euaporante aqua, si quæ inerat. incrassatur autem, propterea, quòd marcescente calido, ex aere fit aqua. Vtroque igitur modo eadem fit passio, & propter idem, sed non eodem modo. Incrassatur igitur ab ambobus, exsiccatur autem à neutro. neque enim Sol, neque frigus desiccat, non solum quia uiscosum, sed & quia aeris est. Non exsiccatur autem aqua, neque elixatur ab igne, quia non uaporat propter uiscositatem. Quæcunque autem mista aquæ, & terræ, secundum pluralitatem utrisque dignum dici. uinum enim quoddam & concrescit, & elixatur, & mustum. abscedit autem ab omnibus talibus, dum exsiccantur, aqua. Signum autem, quòd aqua: uapor enim cogitur in aquam, si quis uelit colligere. quare quibuscunque relinquitur aliquid, hoc terræ. Quædam autem horum & à frigido, sicut dictum est, incrassantur, & exsiccantur. frigidum enim non solum congelat & exsiccat, sed & incrassat. exsiccat quidem aquam, incrassat autem aerem, aquam faciens. concretio autem dicta est quædam exsiccatio esse.

CVm declarauerit hucusque Aristo. quòd ea, quæ à frigido coagulantur, à calido dissoluuntur; nunc hic declarat, quòd ea, quæ à calido coagulaotur, a frigido dissoluuntur; & dicit, quòd ea, quæ à calido coagulantur, etiam dissoluuntur à frigido, si sint terræ, & aquæ; & sunt duplicia, quædam sunt solubilia, & quædam insolubilia: insolubilia sunt, sicut molaris lapis: ecce qualiter dicit Aristo. quòd lapis molaris est insolubilis: & bene ibi Alexander exposuit per molem, nõ lapidem molarem, sed lapidem alium, quia per molem non potest intelligere ibi lapidem molarem, quia hic dicit, quòd noo dissoluitur; & dicit hoc etiam de latere & lapidibus multis, quæ neque igne neque frigore dissoluuntur: & quare ista sunt insolubilia? causa est, quia lapis iste molaris est ualde exustus à uehementi calido, ita, quòd fornax eius totum humidum reuocauit, & non potest liquari à frigore; & sic de latere & alijs lapidibus dictis. Quædam uero à calido & sicco coagulantur, & ista possunt

sunt

ſunt tantum à frigido & humido diſſolui : & quæ ſunt iſta ? ſunt frigida & humida, dicit Ari ſtoteles, ut eſt aqua, & aquæ ſpecies ; dicit Alexander, ut eſt urina, uinum, ſerum, & acetũ, & lixiuiũ : colligit Ariſtot. omnia iſta mixta, & eſſe à dominio aquea : ſic ergo iſta aquea, quæ ſunt à prædominio aqua & terra, diſſoluuntur à frigido & humido, ab oleo uero diſſol ui non poſſunt, quia, licet humidum ſit oleum, tamen, quia ſui natura eſt calidum, ideo nõ poſſunt diſſolui ab iſto : & quæ ſunt iſta mixta coagulata à calido & ſicco ? dicit, quòd eſt ſal & nitrum, quæ coagulata ſunt à calido, & non poſſunt diſſolui niſi à frigido & humido. Sed dices, falſum uidetur dicere Ariſto. & contra experientiam, quia ſal iniectum in aquã feruentem in olla, diſſoluitur & liquefit, ſicut ſi inijciatur aquæ frigidæ ; ergo a calido diſſol uuntur : quid ergo dicit Ariſto. quòd non diſſoluitur niſi à frigido & humido, cum etiam a calido & humido diſſoluatur ? Tum ſecundo addit Albertus, quòd, ex quo ſal generatur & coagulatur ex coagulatione aquæ ſalſæ : ſed aqua ita poteſt coagulari à frigido, ſicut a ca lido : ergo ita poteſt diſſolui à calido, ſicut a frigido. Tertio, & eſt dubitatio Auer. & Alber ti, dubitatur, quia iſti, qui utuntur arte chymica, qui conuertunt omnes lapides in oleum, extrahunt oleum ex omni lapide : quomodo ergo dicit Ariſt. quod ſunt aliqui lapides, qui non poſſunt diſſolui a calido humido, quia, ſi inijciantur in aquam feruentem, liqueſcunt, ut ſi inijciantur aquæ frigidæ ? Reſpondet Sueſſanus, & dicit, quòd in aqua duplex eſt frigiditas, una actualis, & alia potentialis : actualis, ut quando eſt ſeparata ab igne, & eſt actu frigida, quia aqua ſui natura eſt frigida : alia eſt frigiditas aquæ uirtualis & potentialis, quæ eſt qualitas occulta, per quam aqua calefacta inducit in ſe ipſam frigiditatem ſuam priſtinam: & ſic ſeparata actuali frigiditate ab aqua, reſtat in ipſa frigiditas uirtualis : & iſta etiam fuit opinio Auicennæ, Alberti, Conciliatoris, & Druſiani ; & hæc frigiditas potentialis ineſt aquæ, quando aqua eſt actu calida, & ab hac frigiditate reducitur in priſtinam frigiditatẽ : & ideo, cum dicis, ſal iniectus aquæ calidæ etiam diſſoluitur ; ergo non tantum à frigore; di cunt ipſi, quòd uerum eſt, quòd diſſoluitur ſal iniectus aquæ frigidæ, & aquæ calidæ ; ſed in aquam calidam iniectus diſſoluitur ab aqua calida, non quatenus calida, ſed quatenus frigi da, quia retinet frigiditatem, à qua diſſoluitur huiuſmodi ſal : & ſic dicunt, quòd eſt diſſolutio ab illa frigiditate uirtuali, nõ autem actuali : ò quæ reſponſio ? & certe non digna tanto philoſopho, quia de facto falſiſſima eſt; primo quia iſta frigiditas uirtualis a multis negatur, & de facto debet negari, quia Ariſto. ſecundo Phyſicorum declarauit, quòd elementa non poſſunt alterari a ſeipſis, quia omnis actio eſt ratione contrarietatis : ſed nihil ſibi ipſi contrariatur : ergo aqua calefacta non poteſt ex ſe ipſa reduci ad priſtinam frigiditatẽ, quia omnis actio, ex ſecundo de generatione & corruptione, eſt merito contrarietatis : & ſic ſibi ipſi contrariatur : ergo illa frigiditas in aqua, eſt minoris potentiæ, quàm ſit caliditas actualis, quæ tunc eſt in aqua : ergo nõ poteſt ab iſta frigiditate uirtuali, cum ſit minoris potentiæ, quàm ipſa caliditas : patet, quia, ſi non eſſet minoris potentiæ, tunc illa frigiditas elixationem impediret ab aqua ; & ſic caro non poſſet elixari : ergo ſignum eſt, cum ab aqua calida fit elixatio, & non poteſt impediri ab illa uirtuali frigiditate aquæ, quòd caliditas illa actualis eſt maioris potentiæ, quàm illa frigiditas uirtualis, etiam dato, quòd eſſet illa frigiditas : ergo adhuc ſtat argumẽtum : quid ergo dicendum ? & uideatis, domini, quia, ſi philoſophi dubitant de ſale, quomodo diſſoluatur in aqua ollæ, quid debet eſſe de ſubſtantijs abſtractis ? Et ideo, domini, dicatis, quòd non diſſoluitur ſal niſi ab aqua frigida : oh experientia patet oppoſitum, quia & in aqua calida diſſoluitur : dico, quòd non eſt uerum, quòd diſſoluatur in aqua calida : &, cum dicis, quomodo non eſt uerum ? nonne patet, quòd diſſoluitur in olla ? dico, quòd eſt æquiuocatio de diſſolutione, quia ſalem diſſolui, poteſt capi bifariam : uno modo poteſt capi diſſolutio ſalis pro diſſolutione, id eſt pro diuiſione in minutiſſimas partes ; & ſic eſt uerum, quòd diſſoluitur in aqua calida, quòd, ſcilicet aqua calida intrat in eius partes, & diuidit ipſum in partes minutas : alio modo capitur pro diſſolutione, cum, ſcilicet eſt ſal diſſolutus, ita, quòd fluat, & non pro illa, quæ eſt diuiſio totius in paruas partes, quæ rectius fit à calido, quàm a frigido : ſed Ariſto. loquitur de ea diſſolutione, quæ eſt fuſio, ſeu fluxio per modum aquæ ; & hæc diſſolutio non fit niſi a frigido & humido ; & de hac loquitur, quia aqua calida eſt tenuior, & ideo citius ingreditur per poros ſalis,

lis,& dissoluit ipsum in paruas partes; sed de ista non loquitur Aristo. De secundo, cũ dicis, quia ita generatur sal à frigido, ut a calido, quia generatur ex aqua salsa, quæ ita coagu larur a frigido, sicut a calido; dico, quòd deciperis:&, cum dicis, ostendo, quia non generatur sal nisi ex aqua salsa coagulata: uerum est: oh sed ista coagulatio ira potest fieri à frigido, sicut à calido: uerum est, sed illa coagulatio, quæ fit a frigore, non generat salem, sicut illa, quæ fit a calido, quia illa coagulatio aquæ salsæ, quæ generat salẽ, debet exprimere, seu resoluere omnem aquam dulcem, quæ permixta est aquæ salsæ: sed non euanescit ista aqua dulcis, nisi à calido: ergo sal generatur a calido,& non a frigido: ideo tantum a frigore po test dissolui: dico ergo, quòd, licet aqua salsa possit coagulari a frigido, sicut a calido, tamẽ illa coagulatio aquæ salsæ, quæ fit a frigido, non generat salem, quia ad hoc, ut generatur sal, oportet, quod tota aqua dulcis, quæ est in aqua salsa, exprimatur per illam congelationem; quod non fit, cum illa aqua est congelata a frigiditate. De tertio, quia isti chymici ex omni lapide extrahunt oleum; ergo omnis lapis potest fluere & eliquari; dico, quòd esset dubium, an ex hoc lapide possit extrahi humidum, seu oleum, quia sunt aliqui lapides ita duri ac sicci, ut dixi, ut est pumex lapis, qui affertur a Vulcano, & alij huiusmodi, a quibus non potest extrahi illud humidum: tamen, si possit ex omni lapide extrahi oleum, etiã hoc non est contra Aristo. quia hoc mixtum non dicitur liquefieri, quia nõ in totum fluit, quia tantum aliqua eorum pars dissoluitur in oleum, quod fluit, nõ autem totum mixtum dissoluitur: & sic non est contra Arist. quia intelligit Aristo. quòd totum mixtum possit dissolui, & fluere &c. Et tunc Arist. postquam declarauit, a quo esset liquatio & coagulatio, compa rat coagulationem ipsi crassationi, dicens, quòd, si comparemus coagulationem ipsi crassa tioni, quædam mixta coagulantur,& non crassantur a principio; & quædam coagulantur, & etiam crassantur: & ut supra dixit, dicit modo Arist. quòd omnia mixta, si sint communia terræ & aquæ, idest si prædominetur in ipsis terra & aqua respectu aliorum elemenrorum, si habenr alia mixta plus aquæ, quàm terræ, tunc ista mixta à calido crassescere possunt; non autem possunr a calido coagulari: si autem sit e contra, scilicet, quòd ista mixta plus habeant terræ, quàm aquæ, tunc a calido & crassescere & coagulari possunt, puta ab igne: exemplum, inquit Alexander, primi est, sicut lac, quia Aristo. non ponit exemplum: & alia mixta a prædominio aquæ, quæ non habent plus terræ, crassescunt & non coagulan tur ab igne, ut sal. Sed dices oh quid dicit Alexand. quia dicit, quòd mixta a prædominio aqua, crassescunt ab igne, & non coagulantur; & tamen Aristot. infra dicit, quòd lac est à prædominio rerra, non aqua, sicut etiam est sanguis. Tum secundo etiam, quia Arist. con tradicit sibi ipsi, quia prius in principio capituli dicit, quòd hæc mixta communia aquæ & terræ omnia possunt crassescere ac coagulari a calido & frigido,& ponit ibi Aristot. exemplum de lacte, quòd coagulatur & crassescit; hic uero dicit, quòd lac,& quæcunque sunt a dominio aquæ & terræ, crassescunt a calido,& non coagulanrur, ut lac, dicit Alexander, si habenr plus aquæ, quàm terræ. De primo, cum dicis, quòd male adduxit exemplum de lacte Alexander, quia Arist. infra dicit, quòd lac est a prædominio terra,& non aqua; dico, ut sæpe dicit Galenus de lacte, quòd lac non est corpus homogeneum, sed est mixrum & heterogeneum, scilicet triplicis substantiæ,& non unius; est enim in eo serum, & butyrum,& caseus, qui est terreæ naturæ; & sic declarat exemplum Alexandri de diuersa parte lactis, quòd, cum dicit Alexãder, quòd lac est a prædominio aqua, loquitur de parte lactis, quæ est serum: cum uero Aristoteles dicit, quòd lac est terreæ naturæ, loquitur de ea parte lactis, quæ non est serum, sed caseus: est enim a prædominio terræ illa pars lactis; & de istis loquitur Arist. infra; sed non comparatur tertiæ substanriæ, illa enim est de natura aeris. De secundo, cum dicis, quòd Aristo. sibi contradicit, quia supra dixit, quòd, quæcunq; mixta sunt communia terræ & aquæ, non tantum crassescunr, sed etiam coagulantur; hic uero dicit, quòd tantum crassescunr,& non coagulantur. Domini, ego nescio aliter respondere, nisi dicamus, quòd hæc mixta, quæ plus aquæ habent, quàm terræ, crassescunt a calido, non autem coagulantur: quòd autem crassescunt a calido patet; quod autem coagulẽtur, Arist. hic dicit, quòd non coagulantur, supra dixit, quod sic: & ideo dico, quòd forte hic dicit, quòd non coagulantur a calido, scilicet perfecte ex se ipsis solis, quia aliquando appo

nimus

nimus alia corpora ad hoc,ut perfecte coagulentur; ut lac non coagulatur a se ipso,sed adduntur alia,& sæpe calida,ut fel tauri,& lac ficunm,& coagulant. Sed quid faciunt hæc mixta lacti,ut lac coagulari debeat? quia aliquando miscemus hæc lacti: dico, quòd præparant lac ad coagulationem,quia,si admiscemus corpus ualde calidum,adiuuat calorē ignis agentis, ad exprimendū frigidū & humidum proprium lactis,superfluum; & sic coagulatur; & ideo simul cum igne adiuuat coagulationē: si uero addamus corpus frigidum, expellet proprium calorem,& sic reddit lac passi . . & per hoc patet solutio ad argumētum, quia non potest a solo igne coagulari, quia requiritur aliquod corpus admixtum, quod præparat lac ad coagulationem.

Coagulantur autem quæcunque. Dicebat nobis Aristo.quòd mixta communia aquæ & terræ,sunt in duplici differentia, quædam enim sunt a prædominio aqua; quædam uero sunt à prædominio terra: quæ uero habent plus aquæ,quàm terræ dicit Arist.quòd ab igne crassescere possunt,coagulari uero non: quæ uero econtra,scilicet habent plus terræ,quàm aquæ hæc a calido crassescere & coagulari possunt: modo Arist. hic afferr maximam dubitationē (& bene aduertatis,quia, quot uerba,tot sunt dubitationes) & reuera hæc dubitatio maxima est. Dubitat ergo Arist. de natura olei,idest temperamēto olei,& affert maximam dubitationem; quia aut oleum habet plus aquæ, quàm terræ; aut plus terræ, quàm aquæ: si plus aquæ, quàm terræ,a frigido est congelabile: si haber plus terræ,quàm aquæ, est congelabile & crassibile a calido; & tamen utrunque falsum est, quia oleum non coagulatur,sed tantum crassescit,ab utroque; & a neutro coagulari potest: & ista est dubitatio Aristo.hic. Respondet Arist.dicens, quòd oleum neque terræ neque aquæ est a prædominio,sed est aeris a prædominio,quia supernatat aquæ & terræ, a fundo eorum; ergo aeris: & ideo neque a calido,neque a frigido,coagulari potest, ab uttoque tamē potest crassescere,& sic etiam dicit Arist. Et tunc Aristo.probat primo primum,dicens,quòd oleum neque est aqua neque terra a prædominio,sed est aer,quia,si oleum detrudatur intra aquā, exurgit a superficie,& supernatat aquæ, & sic etiam terræ; & ideo non est aqua neque terra, quia,si sic,tunc non exurgeret a fundo ad superficiem aquæ. Secundo Arist. probat secundum: & bene aduertatis, quia hæc probatio difficilis est: ostendit ergo secundū,quod dixit,scilicet,quòd oleum neque est aqua neque terra a prædominio, sed est aeris; ideo ita calido & a frigido crassescere potest,& non coagulari: Et ptimo probat de frigido,quomodo potest crassescere ex eo, quia frigus circunstans oleo, ut in hyeme, conuertit partes eius aereas & spiritus in aquam,quæ sic conuersæ permiscentut substantiæ olei,ex quibus sic permixtis substantia olei redditur crassior & constantior, quàm prius esset,quia,cū permiscetut humidum illud factum aqueum cum oleo,id ex utroque constans redditur crassius & constantius: & cette extraneum uidetur dictum Aristotelis: itaque dicit generalitet, quòd omne mixtum ex oleo & aqua est maioris crassitiei, quàm oleum seorsum, aut aqua seotsum: Et tunc probat de calido etiam,scilicet,quòd oleum etiam crassescat à calido;& etiam dicit, quòd ctassescit à temperie,& quod non tantum crassescit, sed acquirit albedinem a temperie: & dat causam Arist. quando a calido crassescit; quia ignis agens in pattes aqueas ipsius olei, absumit eas partes aqueas; & ideo resolutis illis partibus aqueis remanent aliæ partes constantiores,& sic oleum fit siccius & crassius; & hoc modo igne agente in oleum fit constantius a calido: & albescit etiam tunc oleum,dicit Arist. ab eadē causa,quia causa nigtedinis est aqua,quia,ut uidetis,cinis superfusa aqua apparet nigrioris caloris: & unde hoc? ab aqua ei superfusa: & ideo illa humiditate consumpta apparer cinis albiotis substantiæ: sic etiam apparet in uestibus & pannis albis,qui,cum sunt madefacti, apparent nigriotes; cum autem a sole absumitur illa humiditas, apparent albiores: ita etiā est in oleo, quia ignis absumit partes aqueas olei, ex quarum commixtione oleum uidebatut nigtius,ideo illis absumptis temanet albius,quia a longo tempore absumuntur illæ partes aqueæ,quæ sunt in illo,quæ genitæ fuerunt a partibus aereis olei a frigote circūstanti,quia a frigote absumitut etiam illud humidum spirituosum & illa pars spirituosa olei,in qua erat prius calor innatus olei; qua consumpta facilius patitut per resolutionē calidi innati a frigiditate aeris continentis; quo passo pars illa spirituosa olei conuertitut in aquam;

aquam; quæ pats commixta oleo reddit illud crassiotis subst antiæ: & sic acquirit oleum crassitiem a tempetatura, seu a tẽperie: & bene aduertatis, ut dixi, quia nullum est uerbum Aristo. sine difficultate, quia, quot sunt uerba, tot sunt difficultates: & sic iam declaratum est, quòd oleum non est aquæ neque terræ a piædominio, sed est aeris, & ideo neque à calido, neque à fiigido, coagulatut, sed ab urroque crassescit & albescit, & etiam à tẽperie. Et tunc Aristo. ponit probationem tertiã, scilicet, quòd oleum non coagulatur neque à frigido, neque a calido; & probat sic, quia omnis coagulatio est exiccario quædam, quia est consumptio innati humidi: sed oleum non potest exiccari: ergo neque coagulari: quòd autẽ non possit exiccari, probat Aristoteles, per hoc, quod non est corpus exiccabile, quia omne cotpus exiccabile, ut dictum est supra, est aqua, aut aquæ species, aut terra a prædominio; sed huiusmodi non est oleum: ergo non est corpus exiccabile, nec ex consequenti coagulabile: tum etiam propter eius tenacitatem & lẽtorem oleum non potest exiccari, quia, si debet exiccati, debet tesolui humidum eius aqueum, & separari a reliqua parte eius: sed hoc in oleo fieri non potest proptet eius lentorem partium: & ideo oleum non est exiccabile, etgo nec coagulabile: & his de causis non potest exiccari, & ex consequenti neque coagulati, scilicet tum quia est a ptædominio aer, & non terra & aqua a prædominio, nec aquæ species: tum etiam ptopter lentotem partium eius, quia adeo sunt lentæ & tenaces, ut non possint inuicem separari. Et tunc Atist. addit quædam uerba difficilia quòd nihil potest, à tota substantia olei exiccari, & sepatati à parte humida eius, quæ tenax est; immo neque substantia humida aquea, quæ est in ipsa, potest exiccari seu elixari; & sic oleum nõ potest exiccati secundum totam substantiam eius, immo nec pars eius humida aquea potest elixari: & quate non potest elixari, nec exiccari? oh iam dixi propter lentotem, quem habet oleum, non potest separari humidum ipsius olei a reliqua parte; & ideo nec elixari neque exiccari potest: & hæc est solutio dubitationis. Hæc sunt uerba quæ lego; & notate, quia dicit primo, quòd aqua euaporat ab oleo, & postea dicit, quòd non potest euaporare. Vtroque quidem igitur modo eadem fit passio. Omisi legendo hæc uerba. Trifariam exponi possunt dicit Alexander, primo ut refetamus hæc uerba ad proxime dicta, scilicet, & ad calotem, & ad tempus; dixit enim, quòd oleum non tantum à frigido crassescit, sed etiã a calido, & a tempore; & non tantum a calido & a tempore crassescit, sed etiam albescit ab uttoque, scilicet a calido & a tempote, quia ab urtoque fit eadem passio in substantia olei, & propter idem, scilicet per eandem causam, sed non eodem modo: & textus debet legi, utroque, idest ex uttaque parte, scilicet a tempote & ab igne: & propter idem, id est propter eandem causam, scilicet proptet absumptionem humidi: & hæc est prima exposirio. Secunda expositio est, ab utroque quidem igitur, utroque, idest euanescente parte aquea ipsius olei, & parte aerea transmutata in aquam, fit eadem passio in oleo (& hanc expositionem accipit Gaetanus quodam modo) & sic oleum fit crassius a frigido, & quomodo? quia conuertuntut partes eius aereæ in aqueas; & etiam fit crassities olei a calido euaporãte partes aqueas: dicit etgo utroque uero, idest euanescente parte eius aerea, & parte aerea eius permutata & congelata in aquam, fit eadem passio: & propter idem, scilicer propter eandem causam, scilicet propter aquam; sed non eodem modo, quia nullo modo fit transmutata parte aerea in aquam, alio modo propter aquam euanescentem & expirantẽ ab ipso oleo; & sic non eodem modo, sed alio modo: & propter idem, quia semper propter aquam aut euanescentem, aut quia pars olei conuertitur in aquam, quæ admiscetur substãtiæ olei: & reuera iste est sensus uerborum Aristotelis, quia utroque modo a calido & a frigido fit eadem passio, id est crassatio in oleo; & proprer idem, id est propter aquam, sed nõ eodem modo; & sic utroque modo, scilicer à frigido propter spiritum conuersum in aquã ab ipso frigore; & a calido faciente partem illam aqueam euaporare; sed non eodem modo, quia a calido propter aquam euanescenrem ab oleo, qua euanescente crassescit oleum; & iterum propter aquam, sed alio modo, quia à frigido, quia aerea pars conuertitur in aquã euanescentem, & a frigido proprer ipsius aquæ coagulationem; & sic propter idem, id est propter eandem causam, id est aquam. Tertio exponit Alexander, utroque modo fit eadẽ passio, s. crassities in oleo utroq; modo, idest a calido & a frigido fit eadẽ passio, & propter

eandem

eandē causam, scilicet propter humiditatem ipsam, sed non eodem modo: & quomodo? a frigido enim, quia conuertit partem aeream in aquam, & à tempore quidem, quia ab eo sumitur calidum ipsius olei, & illa pars aerea spirituosa. tunc ex tempore conuertitur in aquam, & oleum crassescit; & sic utroque modo & ab eadem causa, id est ab humido, quod absumitur, & generatur; à frigido quidem generatur, à tempore uero absumitur, quia tēpus absumit calorem innatum; quo absumpto partes aereæ conuertuntur in aquam à frigido aeris continentis: & sic non eodem modo, quia à frigido immediate; à tempore uero mediate, quia plus debilitatur oleum, & deinde pars spirituosa conuertitur in aquam; & sic diuersimode, quia à frigore propter euanescentem humiditatem; à tempore uero debilitante: & hoc dicit Aristo. in hac solutione. Lego uerba. Desiccatur autem. id est coagulatur, quia coagulatio est quædam exiccatio. Neque elixari. idest consumi ab igne. Sed hic est dubitatio, quia Aristo. multas nobis ingerit dubitationes; & primo, quia dicit, quòd oleum crassescit à calido & frigido: sed hoc est falsum, quia statim in cap. sequenti, cum Aristo. loquitur de ustibilibus, dicit, quòd oleum neque coagulari neque crassescere potest: & in hoc uidetur etiam ratio, quia supra dixit, quòd ideo mixta uidentur crassescere & à calido & a frigido, cum humidum superatur & absumitur à reliqua parte remanente constantiori; & omnis crassities non fit alio modo: hic uero dicit oppositum, quòd in oleo nō possit separari pars aquea à reliqua parte, tum quia oleum est de natura aeris, tum etiam quia est lentæ substantiæ, & tenuis: ergo non potest pars eius aquea separari à reliqua parte & absumi; ergo non potest crassescere: quid ergo dicit Aristote. quòd oleum crassescit à calido & frigido? Secunda dubitatio est de causis crassitiei eius (si examinemus uerba Arist. quot causas ponit, tot sunt instantiæ) & primo quia dicit Aristo. quòd oleum crassescit à calido, & à frigido, & à tempore; dicit à calido absumente partes humidas aqueas: ergo, si in oleo absumuntur partes aqueæ à calido, remanēt in oleo partes aereæ: ergo remanet oleum tenuioris substantiæ, quàm prius esset, quia partes aereæ sunt tenuiores, quàm partes aqueæ; & in oleo non sunt nisi partes aqueæ & aereæ: quomodo ergo reliquæ partes crassescunt? & confirmatur, quia Aristo. sibi ipsi contradicit, quia dicit, quòd ideo à calore crassescit oleum, quia absumitur pars eius aquea in uaporem, & euaporat; & postea dicit, quòd oleū non potest exiccari, quia propter eius lentorem pars aquea superari nequit à reliqua parte: ergo, si potest separari ab illa parte, minime à calore potest absumi illa pars aquea: ergo sibi contradicit. Tum etiam dubitatur de alia causa, quam assignat; quia dicit, quòd oleum crassescit à frigore, quia frigus conuertit partes aereas olei in partes aqueas, quæ permixtæ oleo, reddunt eius substantiam crassiorem, quàm prius esset oleum absolutum ab aqua: sed hoc est falsum, quia impossibile est, quòd ex duobus corporibus simul commixtis possit fieri corpus medium crassius, quàm sint illa corpora non commixta: dicit hoc esto, quia aut ista, quæ commiscentur, sunt æqualis crassitiei, aut inæqualis: si sunt æqualis crassitiei; ergo, quod fit, est æqualis crassitiei; & non maioris: si uero sunt inæqualis crassitiei, puta, quòd oleum sit crassioris substantiæ, quàm aqua, tunc oleum commixtum cum aqua, facit ipsum crassioris substantiæ: quòd autem, sint æqualis crassitiei, quod fit, etiam erit æqualis crassitiei; patet, quia principia non excedunt in his sua principiata, quia non faciunt ultra eorum principia: si uero sint inæqualia, tunc ex aqua & oleo fiet quoddam medium inter crassum & tenue, quia aqua facit oleum tenuius, & oleum aquam crassiorem; & sic fit quoddam medium inter primā crassitiem olei, & tenuitatem aquæ, exemplum habetis de syrupo seu iulep, quia, si permisceatis syrupum aut iulep cum aqua, attenuatur crassities syrupi, & tenuitas aquæ incrassatur, & ita fit mixtum medium inter aquam & syrupum tenuitate & crassitie: quid ergo dicit Aristote. hic? quia id, quod dicit, est omnino impossibile. Tertio dubitatur in tertia causa, quam assignat, scilicet de tempore; quia dicit, quòd crassescit oleum à tempore; quia dicit, quòd crassescit oleum à tempore, quia primo absumitur pars spirituosa olei, & deinde absumitur calor innatus olei, quo fit, ut oleum fiat debilius, & debilius factum, facilius patitur à frigiditate aeris circunstantis, & sic conuertitur illa pars spirituosa aerea in aquam, ideo fit crassius: sed contra, quia quarto Physicorum 84. tēpus est quantitas continua: sed quantitas non est de principijs actiuis: ergo nō potest age-

re in oleum, ipsum tempus, & crassare oleum. Secundo, quia, si uerum est, quòd dicit Arist. quòd à tempore prius debilitatur calor ipsius olei; quo debilitato frigus circunstans facilius conuettit partes ipsius spirituosas in aquam; ergo oleum, quanto antiquius, tanto erit debiliotis caloris, quia continuo debilitatur à frigiditate aeris per Aristo. cuius oppositum patet, quia medici utuntur aliquando oleo antiquissimo pro balsamo, & habent ipsum pro calidissima substantia, ut per eius effectum patet. Tertio dubitatur, quia dicit Aristo. quòd oleum ab igne & à tempote albescit; ab igne quidem, quia ignis absumit partes aqueas ab oleo, ex quarum mixtuta tedditur oleum nigrioris substantiæ, ut dixi etiam de cinere & ueste madefactis, quæ sunt nigriores, quàm quando sunt exiccatæ: ergo innuit nobis Aristo. quòd extractis & exiccatis pattibus aqueis ab oleo, oleum albescit, & redditur candidius: sed contra arguitur, quia io medio hyemis, quanto magis crassescit oleum tanto albius & candidius fit, & tamen ista albedo non potest esse nisi à frigore permutante parres aereas olei in partes aqueas; & sic de necessitate tunc habet plures partes, quia frigiditas illa conuertit in aquam: ergo albedo fit in oleo ex aqua, ita, quòd tantum redditur albius, quia ingreditut humidum: non etgo ex exitu & absumptione aquæ ab igne oleum albescir, sed ex ingressu humidi redditur albius, quia ingtediente humido, ut in hyeme, albescit; & sic ab ingressu humidi, non autem ab exitu, redditur albius: & cõfirmo, quia dicit, sicut ab igne redditur albius, ita etiam à tempore albescit, quia à tempote primo debilitatur eius calidum, & deinde conuertitur eius pars aerea in partem aqueam: si etgo à tempore albescit; ergo ab humido aqueo albescit oleum, quia maiot pars humidi acquiritur ipsi oleo à tempore, quia tempus facit maiorem ingressum partium aquearum in oleo, quia cõuertit partes spirituosas in aquam: ergo ex receptione humidi fit albius, cuius oppositum dicit Arist. quia dicit, quòd ab exitu humidi redditur albius. Quarto dubitatur, quia dicit, quòd oleum crassescit ab utroque, scilicet à calido & frigido, & à neutro coagulatur: & in hoc est ratio, quia coagulatio nihil aliud est, nisi quædam consistentia & terminatio tei, opposita fluxioni aquæ, quia coagulario opponitur fluxioni aquæ: sed oleum à frigiditate in hyeme acquirit consistentiam, oppositam fluxioni aquæ: ergo oleum acquirit coagulationem à frigore oppositam eius fluxui: ergo hæc consistentia est coagulatio: & ideo Aul. Gelius lib. 15. uel 17. cap. 8. dicit, quòd aliqui philosophi; & Theodorus Philosophus, in hoc aduersatur Arist. quia hoc contradicit sensui. Et, quando . . assignat causam, quòd oleum non potest coagulari, dicit, quòd ideo non potest coagulari, quia non potest exiccari; ergo neque coagulari: quòd autem non possit exiccari, probatur, quia est à prædominio aeris, & est tenax; etgo non potest exiccari. Sed contra, quia conuertitur aer in ignem per exiccationẽ; ergo aer potest exiccari; & confirmo, quia dicit, quòd ideo nõ potest exiccari, quia propter eius lentorem non potest pats aquea separari ab alia parte; quod tamen falsum est, & contra seipsum met, quia contradicit, quòd separetut à calido illa pars aquea ab aerea, quia, cũ absumitur à calido, separatur pars aquea, quia euanescir, ergo. Tum etiam, quia dixisti, quòd oleum crassescit à frigore, quia partes aereæ eius cõuertuntur in partes aqueas in magna copia: ergo arguo sic partes aqueæ possunt coagulari, à frigore magis, quàm aereæ: ergo corpus aqueum magis potest coagulari: ergo oleum tanrum poreit coagulari à frigore, quia a frigore eius partes aereæ conuertuntur in aqueas: ergo per causam ruam magis potuit coagulari, quia adsunt in oleo partes multæ aqueæ, & partes aqueæ possunt a frigore coagulari: ergo & oleum potest à frigore coagulari, nedum crassati: & sic Aristote. dat causas contrarias: & hæ sunt dubitationes potiores, quæ possuot fieri in hac materia.

Erat dubitatio super uerbis Aristorelis de natura olei, hoc est de mixtura & temperatura ipsius olei, an scilicet aqua, an terra, an aer dominetur in eius mixto: & diximus secundum Aristotelem, quòd neque tertæ, neque aquæ est a prædominio, sed aeris, quia, si esset a prædominio aquæ tunc a frigido coagularetur; &, si terrę, coagularetur a calido: sed a neutro coagulatur, & ab utroque crassescit, & a tempore, ut dixi: quomodo ergo est a prædominio aeris, quod ab utroque crassescit? dixi & quomodo, quia a frigore crassescit, ex quo a frigore permutantur eius partes humidæ in aquã, ex quarum mixtura cum oleo, oleum redditur crassius & constantius: a calido etiam, quia facit

euaporare

euaporare illas partes bumidas aqneas; ideo, quod remanet, eſt craſſius: & ſic ab utroque craſſeſcir, & a neutro coagulatur: a tempore etiam craſſeſcir, quia reſoluit partes aqueas; & non ſolum craſſeſcit a tempore, ſed etiam reddirur albius, & dixi quomodo. Et hic fuit mulriplex dubitatio, & primo fuir dubiratio de craſſitie olei, quia Ariſt. ſibi cõtradicit, quia Ariſt. infra in capirulo de combuſtibili, cum loquitur de combuſtibilibus, quærens, quid ſit corpus combuſtibile, dicit, quòd oleum neque coagulatur, neque craſſeſcit; & dat cauſam eius, quia craſſities fit humido ſuperfluo reſoluto, & ſic exiccatur, quia remanet terreum conſtans: ſed in oleo non poreſt humidum reſolui aqueum remanente terra, propter duas cauſas, tum quia oleum non eſt corpus exiccabile, cum non ſit corpus a prædominio aquæ; & corpus exiccabile eſt aqua aut aquæ ſpecies; ſed oleum non eſt huiuſmodi, ergo tum etiam propter tenaciratem partium eius, non poteſt exiccari, quia illa pars aquea non poteſt ſeparari ab aerea; ergo non poteſt craſſeſcere, quia craſſities fit humido reſoluro, remanente parte terrea: & ideo dixi, quòd coctio eſt quædam craſſities: Dico, quòd craſſities multiplicitet ſumitur apud Ariſt. quia contradictio auctorum non poteſt tolli, niſi per æquiuocationem terminorum, ut ſecundo Elench. dixit Ariſt. & ideo dico, quòd apud Ariſtotelem tripliciter ſumitur craſſities, quia in alia ſignificatione ſumitur hic, & in alia infra: cum uero Ariſto. dicit, & docet hic, quòd oleum craſſeſcit ab utroque; infra uerò, quòd non craſſeſcit, neceſſe eſt, quòd alia & alia ſignificatione ſumatur craſſities: & ideo tripliter ſumitur: Primo ſumitur pro ipſa condenſatione, & pro omni cõdenſatione; & hoc modo craſſities eſt paſſio tã corporis ſimplicis, quàm corporis mixti: quia in hyeme uidemus, quòd hoc modo craſſeſcit aer & condenſatur in aquam aliquando; & hoc modo non loquitur Ariſto. hic de craſſitie, quia hic loquitur tantum de paſſionibus mixtorum, nõ de ſimplicibus, quãdo dicit, quòd oleum craſſeſcir, quia eſt paſſio mixti: Alio modo ſumitur craſſities pro reſolutione partium humidarum temanente parte terrea cõſtante & ſicca: & ideo dixi ſupra, quòd aqua non poteſt craſſeſcere, quia non poteſt reſolui eius humidum, & remanere pars terrea, ſed ſecundũ totum eius temperamentum; & hoc modo concedit Ariſto. infra, quòd oleum non craſſeſcit: & ſic, cum dicit, quòd oleum non craſſeſcit, intelligit hoc modo, ſcilicet, quòd non poteſt teſolui pars eius aquea ab alia parte, neque a frigido, neque a calido, remanente parre craſſiore: & cauſam dedit Ariſto. tum quia non eſt corpus exiccabile, tum propter eius lentorem: quòd autem non ſit corpus exiccabile, patet, quia non eſt corpus aqueum, aut aquæ ſpecies, aut terreum: Tertio modo ſumitur craſſiries in alia ſignificatione, ſcilicet pro conſiſtentia quadam, quæ acquiritur ex commixtione alterius corporis, ita, quòd per ſe prius fluit, poſtea non fluit; & ita craſſeſcit: & ex hoc modo tettio ſoluo multas dubitationes in uerbis Ariſtotelis, quia hoc modo ſumitur craſſities pro conſiſtentia quadam, quæ acquiritur a corpore fluxibili ex commixtione alterius corporis; quando. v. g. eſt aliquod corpus, quod prius fluit, & ex commixtione alterius corporis non amplius fluit, ſed conſiſtit, appellatur illa conſiſtentia craſſities: & hoc modo ſoluit Atiſto. in ſecundo de generatione animalium, cap. 2. cum enim dicit, miſceantur aer & corpus uentoſum, ut in oleo, ſpuma, & genitura, ut ibi exempla ponit, ex eorum admixtione fit quædam craſſities, dicit Ariſto. ut in ſapone cum aqua, & olei cum aqua: & quomodo iſta craſſities eſt conſiſtentia quędam corporis fluentis? quia non amplius fluit, ſed conſiſtit & eleuatur in tumorem, & fir illud corpus amplius, & maioris tumoris, quàm prius erat: &, ſi miſceamus aquam cum oleo, tunc oleum intumeſcit, & fit corpus conſtantius & craſſius, quàm prius, quia habet conſiſtentiam, quàm prius non habebat; & non ſolum craſſeſcit, ſed fit maiotis molis & tumoris, quam ſit aqua ſeorſum, aut oleum ſeorſum: & quare hoc? quia ex uehementi agitatione aquæ & olei, ut etiam eſt in ſpuma maris, in aqua admiſcetur aer cum aqua ex agitatione uehemenri ipſius uenti; & ſic fit illa permixtio aeris & aquæ, & fit ſpuma; & ſic conſtat aqua, & non amplius fluit; & tumeſcit, quia maiori conſiſtentia cõſtat ipſa ſpuma, quàm aqua: & ſic etiam eſt in genitura, ut dicit Ariſto. quæ conſtat ex admixtione ſpiritus cum aqua; & non amplius fluit, quia, cum ſpiritus commiſcetur aquæ, tumeſcit; &, ſi ſpiritus euaneſcit & reſoluitur, tũc ſpuma detumeſcit, & fluit: & ſic de . . in qua fit commixtio tetræ cum aqua: & ſic etiam de commixtione aquæ & ſaponis: & quæ cau-

ſa huius? dicit Ariſt. quòd ideo eſt, quia in commixtione iſtorum duorum corporum, interius generantur quædam paruæ ampullæ & crebræ, quæ ſunt nobis immanifeſtæ & occultę, quia paruæ ualde, & ideo immanifeſtæ ſunt ſenſibus noſtris, quæ ampullæ eleuant aquam in tumorem & molem; & cum hoc etiam, quod erigitur in molem, non amplius fluit, ſed conſiſtit; & ſic fit corpus craſſius, conſtans ex illis ampullis, quia intra eius profunditatem ſunt illæ ampullæ, quæ eleuant in tumorem illam aquam: & hoc modo dicendum eſt etiam de genitura animalis effuſa ſuper terram, quæ à principio eſt maioris molis, & cõſiſtit, quia ſecum eſt admixtus multus ſpiritus, & poſtea illo ſpiritu euaneſcente propter frigiditatem aeris, detumeſcit genitura & fluit; & ita etiam fit de uino; cum multus eſt admixtus ſpiritus, ideſt exhalatio ſicca, conſiſtit, & non fluit; cum uero ſpiritus euaneſcit, fluit: ita etiam eſt proprie in caſu noſtro; cum admiſcemus oleum cum aqua, ex ambobus fit unũ corpus conſtãs, quod nõ fluit amplius, & hoc ex immodica agitatione facta in eis: & ratio, quare nõ amplius fluit & fit craſſius, eſt ex hoc, quia ex admixtione olei cum aqua, & eorum uehementi agitatione, fiunt iſtæ ampullæ crebræ & inſenſibiles, quæ eleuant hoc corpus in tumorem et faſtigium, & dant ei conſiſtentiam: & ſic Ariſto. hic dicit, quòd oleum craſſeſcit & accipit craſſitiem hoc modo: & ſic tollitur contradictio, quia, cum Ariſto. hic dicit oleum craſſeſcere, accipit craſſationem in hoc tertio ſignificato: quando uero dicit, quòd non craſſeſcit, accipit craſſationẽ in ſignificato ſecundo, quæ eſt illa reſolutio humidi remanente parte craſſiori; quia, quando capitur craſſities pro illa parte reſoluta aquæ, remanente parte terræ, hoc modo non poteſt oleum craſſeſcere: & ſic tollitur contradictio, quia utitur terminis in uaria ſignificatione: & contradictio ex ſecundo Phyſicorum eſt eiuſdem ad idem: & hoc modo ſoluit hanc contradictionem in ſecundo de generatione cap. ſecundo. Et ita tollitur etiam ſecunda dubitatio, quum dicis, quòd craſſities eſt quædam exiccatio: dico, quòd propria craſſities, ut accipitur in hoc loco, ſcilicet pro illa reſolutione humidi aquei ſuperflui, non conuenit oleo, quia, ſi ſic accipiatur craſſities, reuera oleum non craſteſcit: ſi uero dicatur, quòd craſſeſcit, accipit craſſationem in tertio ſignificato, ſcilicet pro illa conſiſtentia & pro illo tumore, facto per agitationem ex illis crebris ampullis: & ſic ex Ariſtotele tollitur contradictio in dictis eius, quia ex dictis in ſecundo de generatione animalium tollitur hæc contradictio; & ſic redditur clarus Ariſto. De ſecundo principali, quia Ariſto. uidetur errare de cauſis craſſitiei, quia dicit, cum tripliciter capiatur craſſities in oleo, ſcilicet a calido, a frigido, & a tempore, dicit, quòd ideo craſſeſcit a calido, quia calidum reſoluit partes aqueas, quibus euaneſcentibus craſſeſcit oleum, quia remanet pars terrea: ſed contra dicebatur, quia Ariſtoteles dixit oppoſitum, quia dicit, quòd illa pars aquea nõ poteſt reſolui & ſeparari ab illa parte terrea; & addit, quia, ſi pars aquea ſeparatur a reliqua parte olei, cum pars ſit aerea; ergo reſtabit illa pars aerea; ergo illud corpus aereum, quòd remanebit, erit corpus tenuioris ſubſtantiæ & attenuatum a calido: ergo non craſſeſcit oleum a calido, ſed attenuatur potius, quia dicis, quòd oleum ex ingreſſu aquæ cauſato a frigore craſſeſcit; ergo ab eius reſolutione ſubtiliatur & attenuatur: ergo calor eſt cauſa attenuationis & non craſſitiei: quid ergo dicit Ariſtoteles? Ad hoc poſſumus bifariam reſpondere. primo, quòd aut reuera iſta pars aquea, quæ reſoluitur ab oleo actione ignis, eſt pars tenuior; & ſic, quod remanet, non eſt tenuius, ſed craſſius: &, cum dicis, oh remanet pars aerea olei, & pars terrea eſt tenuior; ergo oleũ potius redditur tenuius a calido, quàm craſſius; dico, quòd non omnis pars aquea reſoluitur a calido, ſed tantum pars tenuior ſpeciei aquæ admixta: ſunt duplices partes, una tenuior, & alia craſſior; & pars tenuior aquæ actione ignis euaneſcit ab oleo, remanente tamen parte aquea craſſiore, quæ admiſcetur cũ parte terrea, quæ etiam eſt in oleo, & non in parte aeris, quæ etiam eſt in oleo, & in parte aeris ſimplicis tantum: & ideo ex euaneſcentia huiuſmodi partis tenuioris aquæ, oleum redditur craſſius a calido, quia tenuior pars reſoluitur: & ſic oleum craſſeſcit & induratur a calido per euaneſcentiam partium humidarum tenuium. Secundo poteſt dici, quòd craſſeſcit oleum etiam euaneſcente parte humida; & pars illa humida, quæ euaneſcit, eſt pars craſſa aquea: quomodo ergo remanet id, quod remanet? oh ſi reſoluitur pars illa humida craſſior a parte aerea, quæ remanet: quomodo ergo oleum craſſeſcit? quia uidetur potius attenua

ri

ri ex argumento iam facto: dico, quòd eodem modo crassescit, sicut docet nos Aristote. de tempore, dicit enim, quod a tempore crassescit oleum, quia ex tépore resoluitur pars eius spirituosa, ubi eius calor innatus exierit, actio debilitatur; & tunc frigus uehemens agit in ipsum; & tunc conuertit illas partes aereas in aquam; & sic a tempore crassescit oleum: Ita etiam dico de calore, quia a calore agente in oleum, debilitatur calor eius innatus; quo debilitato partes eius aqueæ conuertuntur in uaporem, & eius calor innatus debilitatur a calore extrinseco, agente in illis partibus; & sic oleum redditur passibilius; & sic aer ambiens agit in ipsum, & conuertit eius partes in aquam & uaporem; & sic crassescit: & sic non rantum ab euanescentia partis humidæ redditur oleum crassioris substantiæ. Sed, cum dicis, hoc est dubium, quia implicat, primo enim dicit, quòd propter lentorem partium non potest pars aquea separari a reliqua parte; & postea dicit, quòd resoluitur illa pars aquea & separatur: est ergo implicatio ex decem uerbis: ergo deprehenditur Aristo. in contradictione manifesta, cum dicis, quòd dicit Aristo. quòd pars aquea separatur a parte terrea sui; & dixit prius quod non: Dico, quòd partem aqueam possumus intelligere bifariam, uno modo, quòd sit alterius naturæ à substantia olei; &, si sic intelligatur pars aquea, quòd, scilicet sit alterius naturæ a parte olei remanente, hoc nó est uerum in oleo, sicut in fructibus, quia hoc modo non crassescit oleum, sicut crassescunt fructus, cum maturescunt, quia euanescit pars eorum humida, & separatur a substantia eorum, & pars humida, quæ resoluitur, est alterius speciei a parte humida remanente in ipsis: non autem potest ita dici in oleo, quia in fructibus non est lentor partium, sed hic in oleo est lentor olei partium: ergo non potest aqua separari a reliqua parte sui: &, si dicas, quomodo ergo separatur pars aquea a reliqua parte? quia manifeste Aristo. sibi contradicit: oh dico, quòd intelligit, quòd separatur illa pars aquea a parte olei, ita, quòd illa pars, quæ separatur, est pars olei, & non pars aquea, sed olei magis, tam humida quàm alia, quia pars est minus aerea, quàm alia crassa . . ita, quòd non dico, quòd separetur pars humida aquea a reliqua parte olei constantiore, scilicet pars olei a parte eius aerea, quæ remanet; sed intelligo, quòd una pars olei separetur a reliqua parte olei, & sic separetur pars a parte eiusdem speciei; quia separatur pars olei magis humida, a reliqua parte olei minus humida, quia illa pars olei absumitur & resoluitur in fuliginé: & hoc pacto intelligit Aristoteles, quòd separatur pars humida olei ab alia parte, quia in illa parte est plus humidi, & ideo resoluitur ab igne: & sic accipit Aristo. partem aquæ alia atque alia significatione; quia aliter non tolleretur contradictio: & ita soluo, ut docuit in secundo Elenchorum: nó autem ita erit in fructibus, quia in fructibus separatur pars à parte alterius speciei, non ut est in oleo, in quo quod separatur, est eiusdem speciei, quia in oleo sunt partes magis aereæ & minus aereæ: quæ sunt minus aereæ, citius euanescunt, & cóuertuntur in uaporem, sed tamen est pars olei, sicut etiam est pars remanens: & aliter saluari non potest Aristo. a contradictione, ni accipiãtur termini in alia & alia significatione. De secundo, cum dicis, quòd neque à frigido crassescit, quia dicit, Aristo. quòd hoc modo a frigido crassescit, quia conuertitur pars aerea in aquam; quæ pars aquea postea commixta cum oleo reddit oleum crassioris substantiæ, quàm sit oleum uel aqua seorsum, quia ex utrisque illis simul mixtis resultat tertium quoddam, quod est crassius: & tu dices, quomodo potest hoc esse? quia oleum non est aliud, quàm suæ partes; & ita est crassities in tota quantitate, ut in partibus, quia aut æqualis crassitiei sunt aqua & oleũ, & sic in toto integrali eadẽ crassities est cum partibus suis: si uero unum est crassius altero, tunc resultat quoddam medium, quod est crassius parte aquea, & tenuius crassiori parte, puta oleo, & ita erit medium: Dico, quantum est per se, scilicet merito commixtionis partium, sic uerum dicis, quòd potest aliter dici, quia aut illæ partes sunt æqualis crassitiei, aut inæqualis: si sunt æqualis, & tunc mixtum est æquale: si sunt inæqualis, resultat medium, quod est crassius aqua, & tenuius oleo: & quomodo? per accidens? oh docuit nos Aristo. quia ex commixtione illorum duorum corporum, scilicet olei & aquæ præsertim cum fit uiolenter rerum permixtio & agitatio, tunc generantur interius quædam bullæ insensibiles & crebræ, immanifestæ sensui, quæ eleuant aquam & oleum in tumorem & fastigium maius, & sic fit corpus crassius & constantius, quàm esset utrunque seorsum, scilicet propter generationem illarum ampul

larum : & hoc docet Ariſt. in ſecundo de generatione animalium ſecundo. Quod dicebas de tempore, quia oleum non craſſeſcit a tempore, quia tempus eſt quantitas continua; ergo non eſt principium & qualitas actiua; ergo non agit; quia tempus formaliter eſt quantitas, realiter autem eſt qualitas, quia eſt motus primi nobilis, quo menſuramus alios motus, & tempus, & cum tempore noſtras operationes; & appellatur motus ille tempus, non autem proprie eſt tempus : & ita etiam alij motus, ut motus ſolis & lunæ, quibus menſuramus noſtras operationes, & noſtros motus, dicitur tempus in horologio; & formaliter eſt quantitas, & realiter eſt qualitas, ſeu motus : & ideo dico, quòd uerum eſt, quòd tempori inconuenit agere : oh non eſt per ſe, ſicut dicit Ariſt. quarto Phyſicorum, quia attribuimus mortem & ſenium tempori, & tamen tempus non eſt cauſa mortis & ſeniũ, niſi per accidẽs: oh quare attribuimus ſenium & mortem tempori? quia ignoramus cauſam ueram; & quæ eſt iſta cauſa uera? eſt calor aeris circunſtans exiccans corpora noſtra : &, quia ignoramus iſtam cauſam, ideo attribuimus hoc tempori, ſed per accidens, quia ignoramus ueram cauſam immediatamque temporis; & ſic mortis : ita eſt etiam in caſu noſtro, quia attribuimus craſſitiem olei ipſi tempori per accidens, quia ignoramus eius cauſam ueram, quæ eſt calor aeris ambientis exiccantis ipſum, & ideo hoc attribuitur tempori, quia hoc fit mediante tempore : quid dicis? ob ſi hæc eſt uera cauſa, quam aſſignat Ariſto. quòd a tempore craſſeſcit oleum, quia abſumitur eius calor innatus, & conuertitur pars aerea in aqua; ergo oleum, quo antiquius, tanto maioris erit frigoris, ac minoris caliditatis; cuius oppoſitum patet experientia, ut dicunt medici, quia utuntur eo ad dolores iuncturarum, ut medicamentum calidum: dico, quòd duplex eſt calor in oleo à tempore, ut de aceto & cinere; in aceto enim duplex eſt calor, uini, & putredinis: ſi enim quæremus conſideremus ſubſtantiam uini, ſic ſubſtantia uini erit calidior, quàm ſubſtantia aceti, quo ad calorem innatum & eſſentialem : ſi autem conſideretur quo ad calorem accidentalem, ſcilicet putredinalem, ſic acetum eſt corpus calidius uino, quia etiam in aceto ſunt partes calidæ putridæ mixtæ, ut dicit Galenus quarto de Temperamentis : ita etiam de cinere reſpectu lignorum, & etiã ligna ſunt calidiora calore naturali ſeu eſſentiali; ſed calore accidẽtali putredinali, acquiſito ab igne, cinis eſt calidior : ita dicendum eſt in caſu noſtro de oleo, quòd, ſi conſideretur oleum nouũ quo ad calorem innatum, ſic eſt calidius calore naturali, quàm antiquum : ſi uero conſideremus calorem accidentalem, quia acquiſiuit calorem accidentalem a continẽte & extraneum, quia continens reſoluit partes calidas & humidas, ideo eſt calidius calore extraneo: oh Ariſtoteles dicit, quòd eſt frigidius, uerum eſt de calore naturali & innato, quia, quo ad calorem innatum, eſt frigidius : & ſic non eſt contradictio in uerbis Ariſtotelis. De alio, quia Ariſt. dicit, quòd oleum non ſolum craſſeſcit, ſed etiam albeſcit à calore, & à tempore; & dicit, quòd hoc eſt ex eadem cauſa, ſcilicet ex abſumptione humidi aquei : ſed falſum eſt hoc, quia, cum oleum craſſeſcit à frigore hyemali & à tempore, fit albius; ſed hoc eſt ex admixtione humidi, & non ex abſumptione humidi: ergo cauſa albedinis in oleo eſt à mixtione partis aqueæ, parti aereæ : non ergo exitu partis aquæ albeſcit, ſed ex ingreſſu, ut patet de cinere, & uſtibilibus : Albertus magnus dicit, quòd, ſi oleum fluat, & ſi conſiſtat, ſemper eſt albæ ſubſtantiæ, ſed alia & alia ratione; quia ſi fluat, eſt albæ ſubſtantiæ, quia eſt diaphanum & tranſparens, & peruium lumini; ſicut aqua apparet albi coloris, quia eſt diaphana, ita & oleum: oleum etiam craſſeſcens eſt album in colore ex alia cauſa, quia factum conſtans & ſolidius, uehementius reflectit lumen ſolis, & ideo apparet albius: & ita dico, quod oleum ex ingreſſu aquæ apparet albius, quia redditur durioris ſubſtantiæ, & ideo magis refrangit lumen ſolis : & ſic ſemper oleum eſt albi coloris, quia, cum fluit & attenuatur à calore, fit albius, quia attenuatur & fit tranſparentius; cum uero craſſeſcit, fit conſtantius, & fit maior refractio luminis ſolis; & ideo apparet albius; ſed dices, ad illam expoſitionem Alberti ſequitur, quòd in oleo non ſit uera albedo; niſi ſicut eſt in aqua quod tamen falſum eſt, quia in ſecundo de Gen. ani. dicit Ariſt. quòd omnia, in quibus generatur aer, & maxime cum miſcetur aer & aqua, illa corpora ſunt albi coloris : ſed ſecundum Albertum, oleum non habet uerum colorem album, ſed habet tantum quandã tranſparentiam, cum fluit; cum uero eſt conſtans, non habet ueram albedinem, ſed tanum cõ-

ſiſtentiam

ſiſtentiam quandam, quæ reflectit humidum: ſed iſti non ſunt ueri colores, ut in cap. de. . . dixi. Et ideo nos poſſumus dicere aliter, quòd oleum fluens eſt longe maioris albedinis, quàm oleum conſtans: oh dices, oppoſitum uidemus, quòd, cum eſt conſtans, eſt albius: dico, quòd non eſt albius; &, quod ita ſit, patet, quia, ſi generatur albedo in corpore aereo, generatur ex prædominio aeris: cum fluit oleum, magis dominatur aer, quàm cum eſt conſtans, quia conſtat ex conuerſione partium aeris ipſius in aquam: ſed propter quid apparet maior albedo olei, quando conſtat à frigore, quàm quando fluit? oh quia tunc eſt corpus magis conſtans & compactum, & tunc magis mouet uiſum; & ideo magis percipitur hæc qualitas in ſubſtantia denſiori, quàm in rariori; ſicut patet de calore in fœno & in palea, &c. Ad argumentum ergo dico, negando argumentum: & dico, quòd & à frigore & calore albeſcit oleum: per ſe albeſcit à calore, reſoluente partes aqueas, ex quo redditur albius; à frigore autem, condenſante ipſum; ex quo condenſatum fortius mouet ſenſum uiſus. De quarto, quia Ariſtot. contradicit ſenſui, & uulgaribus, quia uulgares dicũt, quod oleum congelatur & coagulatur in hyeme; & Ariſto. debet accipere terminos & uerba uulgarium, ut uulgares accipiunt, quia ſignificationes terminorum non poſſunt probari; & loquendum eſt, ut plures, & ſapiendum, ut pauci; & tamen Ariſto. dicit, quòd non congelatur oleum; & uulgares dicunt, quod ſic: & eſt etiam ratio contra Ariſtot. quia congelatio proprie nihil eſt, niſi remotio fluxus: ſed in oleo remouetur fluxus à frigore: ergo congelatur: Dico, quòd, licet uulgares ita dicant, quòd oleum coagulatur, tamen re uera non coagulatur; & Ariſto. loquitur, ut Philoſophus, utitur terminis illis, ut philoſophus, declinando terminos, quia loquendum ut plures, ſapiendum ut pauci: ſic ergo philoſophice loquẽdo & ſapienter, illa non eſt uera coagulatio olei, etſi uulgares admittant: &, ſi Phauorinus philoſophus admittit hoc, & in hoc contradicit philoſopho, male reprehendit ipſum, quia congelatio proprie nihil eſt, niſi exiccatio quædam humidi; & hæc exiccatio non fit in oleo, quia oleum non poteſt exiccari propter duas cauſas ab Ariſtotele datas; ergo minime coagulatur: & ideo illam coagulationem, quam uulgus appellat coagulationem, Ariſto. appellat craſſitiem. De alio, quia Ariſto. dicit, quòd oleum non poteſt exiccari: tu cõtra probabas, quia omne corpus exiccabile aut eſt corpus, in quo dominatur aqua, aut eſt aqua; dico, quòd eſt corpus, in quo dominatur non aqua, ſed aer: ſed aer poteſt exiccari, quia poteſt conuerti in ignem; ergo dicebas tu, nego, quòd oleum non poſſit exiccari. Secundo argumentabatur, quòd ideo Ariſto. dicebat, quod non poteſt exiccari & ex conſequenti coagulari, quia in eo non poteſt ſeparari pars aquea à reliqua parte propter eius lentorem: ſed huius oppoſitum dicit hic, quòd oleum albeſcit, quia ſeparatur pars aquea à reliqua parte. Dico de primo, quod oleum non eſt corpus exiccabile, quia eſt à prædominio aer: & aer nõ poteſt exiccari, ergo dicis tu, oh aer poteſt exiccari; dico, quòd falſum eſt: atqui aer tranſmutatur in ignem per exiccationem uerum eſt: ergo eſt corpus exiccabile, nego argumentum, quia non exiccatur, ſed abſumitur in ignem, & non exiccatur.

Eſt dubitatio ſoluenda, breuis, quo modo oleum non coaguletur à frigore, quia ex ſententia Ariſtotelis ideo tranſmutatur oleum à frigore, quia eius pars aerea tranſmutatur in aquam: ſi ſic, ergo partes ſpitituoſæ olei congelantur; ergo aqua illa poteſt congelari; ergo iſtæ partes olei congelantur à frigore; ergo tota ſubſtantia olei, ratione aquæ admixtæ, congelabitur: Poteſt dici, quòd reuera frigus circunſtans oleo, non permutat eius partes aereas & ſpirituoſas in aquam, quia illæ partes non ſunt uerè aqua, ſed accedunt ad naturã aquæ; reſtant tamen à prædominio aeris; ſed, quia fuit frigus, ideo prius accedunt ad naturam aquæ, quàm fiant aqua uerè; ſed quia non ſunt aqua, ſed à prædominio aeris, ideo nõ poſſunt congelari, quia reuera ſimpliciter ſunt à prædominio aeris, & tamen remanent incongelatæ, ſicut aliæ parte olei. Sed hic eſt alia dubitatio, quam omiſi, quia dicit Ariſt. quòd oleum etiam à calido & à tempore fit albius, & etiam à frigore: & dixi, quòd albioris ſubſtantiæ fit oleum à calore, quàm à frigore, quia reſoluuntur partes eius aqueæ à calore, à frigore uero permutantur partes eius aereę in aqueas: ſed aqua mixtum redditur nigrius & minus album, ut apparet de cinere & ueſte alba: quomodo ergo dicit Ariſto. quòd à tẽpore oleum non ſolum craſſeſcit, ſed etiam albeſcit? quia ideo craſſeſcit à tempore, quia

ideo

ideo crassescit à tempore, quia debilitatur calor innatus eius; & debilitato calore innato permutantur eius partes aereæ in aqueas, ex quibus potius crassescit, quàm albescit: quare sequitur, quòd à tempore circunstanti frigore magis crassescit oleum, quia ei admiscetur pars illa aquea à circunstanti frigore: credo, quòd habearis me, quia à calido albescir oleũ, quia ab eo resoluitur calor innatus, & cum eo humidum: dico, ut dicit Alexander, qui soluit hanc dubitationem, dicens, quòd, quando Aristo. dicit, quòd à calido, & à rempore oleum crassescit, & albescit; ista uerba non debent referri ad rempus, quia à rempore oleum incrassescit, ut probar argumentum, quia à calido extrinseco, & à rempore, debilitatur eius calor innatus; quo debilitato, à circunstanti frigore pars spirituosa conuerritur in aqueam; & ita incrassescir: sed sensus uerborum Aristorelis est, quòd à calido quidẽ albescit & crassescir, à tempore uero solum crassescir, quia permurantur eius partes aereæ in aqueas ex debilitate eius innati caloris, & sic crassescit à tempore: & nigrescit, & non albescit, quia ex admixtione partis aqueæ cum aerea, magis fir crassius oleum, quàm albius: & ideo intelligendum est, quòd à rempore fit tanrum oleum crassius non aurem albius: hæc de dubitatione. Prosequitur Aristoteles, postquàm declarauit temperaturã olei, & cuius subiecti sit seu elementi à prædominio, quia neque aquę, neque terræ, sed aeris; & dixit, quòd à calido & frigido crassescit, & à neutro coagulatur; nunc prosequitur, quæ mixta a calido & a frigido coagulentur: & rextus est difficillimus: & Gaetanus non intelligit textum: ideo recurratis ad Alexand. qui optime exponit: & Aristo. est obscurus. Declarat igitur modo secundum Alexandrum, quæ nam mixta sint coagulabilia a calido, & quæ a frigido, Er dicit, quęcunque autem mixta terræ, & aquæ; ubi ponit aliam regulam, quia, ut dixi, Aristo. ponit regulas & theoremata, quibus dignoscimus, quæ nam mixta coagulabilia sint a calido, & quę a frigido; & quæ crassescanr a calido, & quæ a frigore; & quæ exiccentur a calido, & quæ a frigore: ponit ergo aliam regulam post primam, quòd mixta communia aquæ & terræ, quę habent mulrum terra & aquæ, sunr in duplici differenria; quia aut habent plus terræ, & sic dicuntur simpliciter rerræ; aut habent plus aquæ, & ista simpliciter dicuntur aqua: & ista sunt quadruplicis differentiæ; quædam a calido coagulantur & crassescunt & exiccantur; quædam autem a frigido, & habent has easdem rres passiones; quædam autem a frigido solum crassescunr, non autem coagulantur, neque exiccantur, quædam autem frigore coagulantur solum, non autem crassescunt, neque exiccantur: & dabit quaruor regulas de istis Aristo. Exemplum primi est, ur uinum, quia dicit, quòd quædam a calido coagulantur & crassescunr & exiccantur, & huiusmodi, est uinum quoddam, quod a calido simul coagulatur crassescir & exiccatur: & quod est istud? dicit Aristo. quòd est uinum Archadiæ, quod adeo a calore crassescit, ur constat, quòd etiam gladio diuidi porest in frusta; &, postquàm est diuisum, ponitur in aquam, & sic dissoluitur, & bibitur: & crassescir hoc uinum, dicit Aristo. ad modum musti: & quæ est ratio, dicit Aristo. de tali musto, seu de tali uino, quòd a calido crassescir fortirer & coagulatur & exiccarur? dicit, ratio est, quia tale mustum est cõmune aquæ & terræ a prædominio, plus ramen in eo prædominatur rerra, quàm aqua; & ideo habet rres passiones ab ipso calido, euanescente aqua ex isto mixto, idest euanescenre humido uapore in ipso, qui uapor humidus actione ignis euaporat in ipso: & Aristo. appellar uaporem istam aquam, quia est proximus naturæ aquæ, quia est potentia proxima aqua; cuius signum est, quia, cum uapor iste occurrit cooperculis superpositis illi, quæ coopercula frigida sunr, statim conuertitur in aquam, & coagulatur, & ibi adhæret: & multoties in cooperculis illis uidistis, quia ibi adhærent illæ guttæ: & ideo dicit Aristo. quòd in istis mixris, quæ sunt a prædominio rerræ, euanescenre aqua in uaporem, id est euanescente uapore aqueo actione ignis, qui uapor aqueus est potentia proxima ignis, fiunt in eo hæ rres passiones, quia remanet in eo pars terrea: primi ergo gradus mixti sunt mixta, quæ sunt a prædominio aquæ & rerræ, plus ramen sunt rerræ: & hic Aristo. ponit plures regulas, quibus medianribus cognoscere possimus temperamenta mixrorum naturalia: & sic etiam fecit Galenus. Secundus gradus, dicit Aristo. est eorum, quæ non a calido coagulantur, neque exiccantur neq; crassescunt: sed a frigido coagulantur crassescunt, & exiccantur, & sunt illa mixta, quæ sunt a prædominio aquæ, ex quo, scilicet secundum quod coagulantur a frigido,

do,etiam exiccantur,dicit Aristo.quia omnis coagulatio eſt quædam exiccatio, & omnis exiccatio eſt quædam craſſiries, quia euaneſcenre humido aqueo remanet pars terrea,quæ conſtaus eſt. Tertius gradus mixtorum eſt,quæ a frigido tantum craſſeſcunt,non autẽ coagulantur,neque exiccantur : & quæ ſunt iſta ? ut quæ ſunt à prędominio aer,ut oleum,quod non coagulatur,ur dictum eſt,neque exiccatur,quia non poteſt exiccari propter lentorem partium eius,quia proprer lentorem parrium eius non poteſt pars aquea ſeparari a reliqua parte eius,quæ non poteſt exiccari,nec ex conſequenti coagulari : & hæc ſunt mixta communia terræ & aquæ, à prædominio tamen aer : tertij ergo gradus ſunt mixta communia terræ & aquæ,ſed ramen a prædominio ſunt aeris . Quarti gradus mixta,ſunt, quæ coagulantur a frigore,ſed neque craſſeſcunt neque coagulanrur a frigore : & Alexand.magis declarat,quæ ſint iſta mixra : & quæ ergo ſunt iſta mixta ? ſunt illa mixta,in quibus multum aquæ prædominatur : & quæ ſunt iſta? ſunt illa quinque,quæ ſupra ſunt poſita, ſcilicet uinũ, urina,acetum,ſerum,& lixiuiũ : iſta quinque ſunt,a prædominio ualde aquea,& multum habent aquæ : & quia iſta mixta,ſunr aut quaſi ſimpliciter aqua aut ſpecies aquæ,ideo poſſunt coagulari a frigiditate,non autem craſſeſcere,neque exiccari ; ſicut enim aqua non poteſt exiccari neque craſſeſcere,ſed bene poteſt coagulari,ita iſta mixta,quæ multum participãt de aqua,poſſunr coagulari a frigido,non tamen exiccari neque craſſeſcere:& iſta ſunt, quæ dicir Ariſtoteles : & ſic mixta,quæ habent terram & aquam, ſunt quadruplicis generis, ut diximus : quid ergo habemus ? habemus, quòd mixta communia terræ & aquæ habẽt quatuor modos ſeu gradus,ut diximus . Lego uerba . Secundum pluralitatem utriuſq;. ideſt ſecundum prædominium aquæ & terræ . Vinum enim quoddam & concreſcit , & elixatur: quando ſeparantur ſpiriruoſa & aerea . Signum autem, quòd aqua abſcedit,eſt,quia uapor abſcedit,qui uapor,oportet, quòd abſcedar & ſir uapor; quod paret, quia in cooperculo uaſis coagulatur ita, quòd poteſt colligi ; & ideo quod relinquitur terta eſt : & ideo mixta iſta ſunt communia tertæ & aquæ, & a prædominio ſunt terrea . Frigidum non ſolum coagulat, ſed & etiam exiccat . Sic debet legi,quia hoc deficit in textu latinorum. Coagulatio autem.continuetis hæc uerba,& non interrumpatis.Ingroſſat autem.hic ponitur gtadus mixtorum tertius,ſeu tertium membrum.

TEXTVS QVADRAGESIMVS PRIMVS.

Quæcunque igitur non incraſſantur à frigido,ſed concreſcunt, aquæ ſunt magis,ut uinum, & urina, & acetum,& lixiuiũ , & ſerum . Quæcunque autem incraſſantur non euaporantia ab igne,hæc quidẽ terræ,hæc autem communia aquæ,& aeris ſunt : mel quidem terræ,oleum autem aeris , & aquæ . Sunt autem & lac,& ſanguis,amborum quidem communia,& aquæ,& terræ: magis autem ut plurimum terræ , quemadmodum & ex quibuſcunque humidis nitrum fit,& ſales . & lapides quoque ex quibuſdam conſtant talibus . Quapropter, ſi non ſeparetur ſerum,exuritur ab igne decoctum : quod autem terreſtre eſt , cogitur & à coagulo,ſi aliqualiter decoquat quis,ſicut Medici coagulum imponentes. ſic autem ſeparatur ſerum, & caſeus.ſeparatum autem ſerum non amplius incraſſatur,ſed exuritur,ſicut aqua.Si autem aliquod lac non habeat caſeum,aut paucum,hoc magis aquæ,& non nutriens.Et ſanguis ſimiliter. concreſcit enim eo quòd exſiccetur,infrigidatus . Quicunque autem non concreſcunt uelut Cerui tales aquæ magis,& frigidiſſimi. quapropter non habent uillos . uilli enim ſunt terræ,& ſolidum . quare, & extractis , non concreſcunt . hoc autem eſt,quia non exſiccantur . aqua enim eſt quod relinquitur,ut lac,caſeo ablato . Signum autem eſt . morboſi enim ſanguines nolunt concreſcere : ſanioſi enim . hoc autem eſt pituita, & aqua,propterea quòd inconcoctũ eſt,& inſuperatum à natura.

Adhuc autem,hæc quidem ſolubilia ſunt, uelut nitrum,hæc autem inſolubilia uelut fictile,& lapis.& horum hæc quidem molliſicabilia,uelut cornu, hæc autem non molliſicabilia,uelut fictile,& lapis . Cauſa autẽ, quia contrariæ contrariorum cauſæ.Quare,ſi concreſcunt duobus,frigido,& ſicco,neceſſe ſolui calido,& humido.quapropter igne,& aqua :hæc enim contraria.aqua quidem,quæcunque igne ſolo;igne autem,quæcunque frigido ſolo.Quare,ſi à duobus accidit concreſcere,hæc inſolubilia maxime.Fiunt autem talia,quæcunque calefacta,deinde frigido concreſcunt . accidit enim,cum calidum exſudauerit exiens, plurimum humidũ cum primi iterum à frigido,ut neque humido det tranſitum.Et propter hæc neque calidum ſoluit.quæcunque enim

à frigido

à frigido concreſcunt ſolo, hæc ſoluit. Neque ab aqua. quæcunque enim à frigido concreſcunt, non ſoluit, ſed quæcunque à calido ſicco ſolum. Ferrum autem, liquefactum a calido, frigido, concreſcit. quare ad concretionem duobus indiget. quapropter inſolubile. Ligna autem ſunt terræ, & aeris. quapropter uſtibilia, & non liquabilia, nec mollificabilia. Et in aqua ſupernatant, præter ebenum: hæc autem non. alia enim aeris habent plus: ex ebeno autem nigra euaporauit aer, & eſt plus in ipſa terræ. Fictile autem terræ ſolum, propterea quòd deſiccatum concreſcit paulatim. quare neque aqua ſoluitur: neque enim aqua introitus habet, per quos ſolum ſpiritus exiuit. neque ignis. coegit enim ipſe. Quid igitur ſit concretio, & liquefactio, & propter quot, & in quibus ſit, dictum eſt.

Hic ponitur quartum membrum, ſeu quartus gradus: ſed, ut ſciens, multa dicit Ariſto. quæ habent dubitationem. Et primo in quarto gradu, ubi dicit, quòd mixta, quæ habent multum aquæ, à frigido ſolum coagulantur, non autem craſſeſcunt neque exiccantur: ſed hoc falſum eſt, quia ſunt multa mixta à prædominio aquæ, quæ tamen à frigido non coagulantur neque craſſeſcunt neque exiccantur, ſed à calido coagulantur, quia a calido habēt conſiſtentiam; ſicut eſt genitura, dicit Ariſto. in ſecundo de generatione animalium cap. ſecundo, quæ coagulatur a calido, & ab eo acquirit conſiſtentiam; & poſtea expoſita aeri frigido, fluit per modum aquæ, quia euaneſcente calore fluit: & tamen genitura eſt a prædominio aquæ, & a calido coagulatur, cum ſit a corpore: ergo non coagulatur a frigido: ideo ab eo liqueſcit, quia, cum permanſit aliquantulum extra corpus, euaneſcunt ſpiritus calidi, & ſic diſſoluitur & fluit: ergo a calore, & non a frigore, coagulatur. Secundo, quia implicat Ariſto. quia in ſecundo gradu dicit, quòd quædam mixta coagulantur & craſſeſcunt & exiccantur a frigido: & quare? quia omnis coagulatio eſt quædam exiccatio; ſi ergo a frigido coagulantur, ergo & exiccantur: & exiccatio eſt craſſatio, ergo etiam craſſeſcunt: & poſtea in quarto gradu dicit, quòd quædam mixta coagulantur a frigido, non autem exiccātur neque craſſeſcunt, quia, ſi coagularentur, ergo exiccarentur, quia omnis coagulatio eſt quædam exiccatio, & omnis exiccatio eſt quædam craſſities. Tertio, quia ponit uinum in quarto gradu, in quo ſunt illa, quæ a prædominio ſunt aquea; ergo in uino prædominatur aqua: & poſuit etiam in primo gradu, ubi prædominatur etiam terra; ergo in paucis uerbis Ariſto. implicat, quia impoſſibile eſt, quòd uinum ſit a prædominio aquæ & terræ. Quarto, quia eius exempla omnino ſunt falſa, quia dicit, quòd omnia iſta mixta, ſerum, uinum, urina, lixiuium, & acetum, ſunt a prædominio aquæ: ſed, ſi ſunt a predominio aquæ, ergo ſunt frigidi ac humidi temperamenti; quod falſum eſt, quia iſta ſunt calida; ut uinum, quia maxime calefacit; quomodo ergo dominatur aqua? urina etiam maxime calefacit, & urit: & acetum etiam ſummè exiccat; & Galenus etiam dicit, quòd calefacit ſecundum quaſdam ſui partes: ſerum etiam eſt calidi & ſicci temperamenti, ut dicit Galenus in ſecundo de ſimpl. medic. & probat Galenus a ſigno, quia educit ultram bilem; & omne medicamentū, quod educit humorem, educit ratione ſimilitudinis; ergo ſerum, ſi educit atram bilem, eſt frigidū & ſiccum: & lixiuium calefacit & exiccat, ut patet: ergo iſta mixta non ſunt a prædominio aquæ, quia eſſent humida & frigida. Quinto etiam implicat, quia ſupra dixit, quòd iſta corpora tantum a frigido coagulantur, non autem a frigido craſſeſcunt neque exiccantur, quia aqua tantum coagulatur a frigido, non autem craſſeſcit neq; exiccatur: ſed ſupra etiam dixit oppoſitum, quia dixit, quòd aqua poteſt exiccari, quia dixit, corpora exiccabilia ſunt aquea, aut aquæ ſpecies: ergo ſibi contradicit manifeſte in tam paucis uerbis. Dico de primo, cum dicis, quòd mixta a prædominio aquea a frigido ſolum coagulantur, non autē craſſeſcunt neque exiccantur a frigido, ut patet de genitura, in qua prædominatur aqua, quia fluit more aquæ, & non craſſeſcit a calido, & non a frigido, immo a frigido liqueſcit: quid ergo dicit Ariſto. quòd iſta mixta aquea coagulantur a frigido, non autem a calido? Dico, quòd hoc uerum eſt; ſi hoc mixtum ſit a prædominio aqueum, ut dicit Ariſto. oh coagulatur genitura a calido, non autem a frigido: dico, quòd per accidens coagulatur ab eo, & habet conſiſtentiam, ut heri dixi de niue genitura, & ſpuma maris, quæ habent conſiſtentiam; quia ita ſe habet iſtud corpus cōmixtum, quòd intus alteratur & permutatur in paruas ampullas & crebras, ac inſenſibiles noſtro ſenſui uiſus, quæ reſoluunt illud corpus in tumorē

&

& fastigium,& etiam dant ei consistentiam,quia spuma maris nõ amplius fluit; & dant etiã ei albedinem,ut dicit Aristo.in secundo de generatione animalium secundo; ut dicit etiam ibi de genitura,quæ habet albedinem & consistentiam & tumorem à spiritu cõmixto, quia generat ampullas illas paruas in mixto,& facit illas tumescere: & sic per se ista mixta debent constare à frigido,quòd,si à calido,constant,est per accidens, ut dixi, ex admixtione aeris. De secundo, quia sibi contradicit in secundo & quarto gradu,quia in secundo dicit, quòd coagulatio est exiccatio; in quarto uero dicit,quòd quædam coagulantur & non exiccantur: sed contra,quia,ut ipse met dixit in secundo gradu,cum probauit, quòd, quæ à frigido coagulantur,non exiccantur, sed crassescunt,quia omnis coagulatio,siue fiat à frigido,siue à calido,est quædam exiccatio;quia, si fit à calido,fit cum resolutione superflui humidi aquei; si uero fiat à frigido,fit per expressionem humidi: ergo semper coagulatio, est quædam exiccatio: Dicerem,domini (& uos etiam cogitabitis: & miror,quòd expositores hic non animaduertant hanc dubitationem) quòd non potest dici, quod reuera, sicut supra diximus, omnis coagulatio fit etiam exiccatio; & omnia, quæ coagulãtur, etiã exiccentur: oh quomodo ergo Aristo. dicit,quòd ista coagulantur, non autem crassescunt atq; exiccantur à frigido? Dico,domini,quòd forte potest dici, quòd etiam exiccantur,sed immanifestè nobis,quia adeo parua est ista exiccatio,quòd est nobis immanifesta & sensui nostro,quia ista mixta quarti gradus parum habent terræ; & ideo,licet fiat in eis aliqua exiccatio & expressio humidi à frigido,tamen,quia paucum est terreum,quod remanet, non uidentur nobis exiccari,quia non uidentur sensui nostro magis constare; sicut de sero, quod habet,ut aliquo modo exiccetur,tamen,quia ualde modica est portio terræ eius, ideo illa exiccatio est insensibilis,quia,licet aliqua pars humidi eius exiccetur & resoluatur,non tamen uidetur exiccari propter paruam quantitatem terræ, quam habet, licet reuera, sicut coagulatur,ita etiam exiccetur: & sic ista mixta exiccantur quoquo modo, licet non uideãtur exiccari neque constare magis,quàm prius erant,talia mixta,quia omnis coagulatio est quædam exiccatio. De tertio,quia in quarto gradu posuit uinum a prædominio aquæ; & in primo gradu posuit ipsum a prædominio terræ; ergo implicat. dico,ut dixit Alexander, & etiam magis dicam,quòd in isto loco magis, quàm in aliquo alio loco Aristotelis habetis ab Aristotele temperatutam uini,quia multum loquitur de eo hic: & multi dubitant,an natura uini sit calidi & humidi temperamenti,an calidi & sicci temperamenti,& de hoc maxima est difficultas apud medicos antiquos,& inter nos: & Galenus aliquando uidetur dicere,quòd uinum omne est calidum & humidum,ut in secundo de nutrimentis boni & mali succi uidetur dicere;aliquando uidetur dicere, quòd uinum est calidum & siccum; aliquãdo dicit,quòd est aliquod vinum, quod non tantum calefacit, sed etiam refrigerat, & hoc etiam in secundo de cibis boni & mali succi. Dico ergo,ut nos docebat Alexander (& magis ibi disputauimus istud) quòd uinum non est unius, sed multiplicis naturæ,& speciei,ut dicit Galenus in pluribus locis,& magis in secunda aphorismorũ aphorismo 22.& in quinta patticula aphotismo.18.ubi dat exactum sermonem de vino, & ideo dico, quòd uinum non est unius natutæ,sed quoddam est crassæ substantiæ & terteæ, ut vinum nigrum, & est illud uinum Atchadiæ,quod dicit Aristoteles: aliud est uinum, quod non est a prædominio terræ, sed aquæ, & ista sunt ea uina,quæ sunt ualde alba, non flaua, ut sunt ista uina nostra montana;& ista uina non calefaciunt sed refrigerant:& si non refrigetant ad minus non calefaciunt;& ista uina sunt à prædominio aquæ:& ideo Arist. non contradicit sibi,quia supra dixit,quòd omnia uina a prædominio sint tertæ,quoniam in primo gradu locutus est de uino, sed dicit,uinum quoddã,& postea in quarto gradu ponit alia uina. De alio,quod dicis, quomodo etiam ista uina nostra,quibus utimur, sunt a prædominio aquæ? dico, quòd, ut etiam supra solui uobis,si consideremus uinum quo ad sui naturã,sic omnia uina sunt aquea a prædominio, ergo frigida,& humida,quia fluunt more aquæ:si uero consideretur uinum ex parte formæ,sic omnia uina sunt calidi temperamenti, quia forma uini requirit tantum spiritum,& tantum caloris innati,& sic est calidum, quia uinum habet ab agente tantum & tantum caloris,quia agens agit secundum exigentiam fotmæ:&, quia fotma uini requirit multum caloris,ideo uinum,quo ad fotmam, est calidi temperamenti:& ideo non sequitur,

omne

omne ferè uinum more aquæ fluit; ergo est a prædominio aqua; ergo frigidi & humidi temperamenti: quia, licet ita sit respectu materiæ, respectu tamen formæ est aliquando oppositum: non dico tamen de omni, sed de aliquibus. Quod addis quarto de exemplis Arist. quia omnino falsa sunt, 5. de uino, urina, sero, lixiuio, & aceto, quia Aristotelis dicit, quòd sunt a prædominio aqua, & tamen ista omnia calefaciunt, & exiccant; cuius oppositum deberet esse, si essent humida & aquea; dico, quòd, si consideratur complexio propria istorum mixtorum, sic dico, quòd reuera sunt aquea a prædominio, & sic est frigidi & humidi temperamenti: sed, si consideratur respectu eorum, cum quibus commiscentur, sic reuera sunt calidi temperamenti: quia uinum, licet sit a prædominio aquæ, respectu eius naturæ propriæ, quia tamen admiscetur cum calore naturali sibi acquisito a sole cum multo spiritu, ideo calefit: & ita etiam urina admiscetur choleræ, quæ est summe calida: & ita etiam serum admiscetur partibus minoris, quę stimulant uirtutem, & ideo educit atram bilem, ut urina cum cholera exiccat, quia ista sunt corpora heterogenea, quia serum habet partes nitrosas, quibus mediantibus ducit illam atram bilem: & sic soluuntur difficultates, quas tangit Cõcilia tor differentia 44. & contradictiones inter Galenum & Auicennam de sero, quia ratione partium nitrosarum expellit atram bilem. De quinto, quia Aristoteles dicit, quòd ista corpora possunt coagulari, non autem exiccari, quia sunt aqua a prædominio; & tamen supra dixit, quòd, quæ sunt à prædominio aquæ aut aquæ species, possunt exiccari, quia aqua est corpus exiccabile: quomodo ergo hic dicit, quòd non possunt exiccari, quia sunt aquea, & mixta à prædominio aquæ? dico, quòd aquea, & mixta à prædominio aquæ, possunt exiccari à calido tantum, non autem à frigido; sed hic Aristo. loquitur de congelationibus horum corporum à frigido, non autem à calido; & dicit, quòd coagulantur a frigido, sed non exiccantur neque crassescunt à frigore; sed, si crassescunt & exiccantur, exiccantur à calido, & à calido crassescunt, quia aqua a calido exiccatur, non autẽ à frigore: & ita exponimus, quod Aristo. supra dicit de calore, qui potest exiccare; hic autem dicit de frigore, quod nõ potest aquea, & illa mixta à prædominio aquæ: & sic soluitur apparens contradictio.

Prosequitur Aristoteles exponens, quæ nam mixta, & cuius naturæ mixta sint, quæ sunt coagulabilia, & à quo coagulentur: & ponit alias regulas, dicẽs, est ergo alia regula, quòd, quæcunque mixta à frigido crassescunt, & à calido non euaporant, ista mixta sunt duplicis naturæ; quædam sunt à prædominio terra, ut mel; quædam à prædominio aquæ & aeris, ut oleum; & sic ista mixta sunt duplicis naturæ: & sic Aristoteles hic ponit mel terreum à prædominio, & Alexander supra uidetur ponere ipsum mel à prædominio aquæ; & de hoc supra dixi. Alia regula difficilior est, quòd, si loquamur de sanguine & lacte, dicit, quòd lac & sanguis sunt communia terræ & aquæ in omnibus animalibus; in pluribus tamen hæc sunt plus terræ, quàm aquæ, raro autem plus aquæ, quàm terræ, idest in pluribus animalibus sanguis & lac habent plus terræ, quàm aquæ, raro autem econtra: & sic hoc documentum habet duas partes; prima, quòd sanguis & lac sunt communia terræ & aquæ; secunda, quòd ut in pluribus plus dominatur terra, in paucioribus autẽ & raro aqua: & declarat hoc Aristoteles, dicens humidum illud, ex quo generatur lac & sanguis, est ratione aquæ, & terræ, plus tamen habet terræ, quàm aquæ: exemplum patet, quod, scilicet id, ex quo generatur sal & nitrum, ut puta aqua salsa, sit commune aquæ & terræ, plus tamen habet terræ: & ista est ratio Alexandri: quòd autem plus habeat terræ, probat, quia orta attestantur materiæ: sed in generatione nitri & salis, quæ inde oriuntur, plus habent terræ, quàm aquæ: ergo etiam id, ex quo oriuntur, plus habet terræ, quàm aquæ, quia orta attestantur suis principijs: & ita etiam humidum illud, ex quo constant lapides fluuiales. Sed dices tu, quæ nam similitudo est inter sanguinem & lac, cum ea materia, ex qua generatur nitrũ & sal & lapis? dico, quòd similitudo est, quia, sicut materiæ, quibus generantur sal lapis & nitrum, sunt humidæ magis, & habent plus terræ, quàm aquæ; quia fiunt ex humido, quòd est commune terræ & aquæ & plus terræ habent, quàm aquæ: Ita etiam de sanguine & lacte, quia ex sanguine & lacte generantur corpora solida, seu membra & constantia, ut neruus & ossa; & huiusmodi habent plus terræ, quàm aquæ, licet habeant humidum commune terræ & aquæ; plus tamen habent terræ, quia, quod fit ex eis, est terreum, id est quòd orta ex his plus habent

bent terræ, quam aquæ. Secunda probatio, quam ponit Arist. est experientia de lacte, quia, si lac apponatur igni cum tota sui substantia, quod erit in ipso serum, separatur à lacte, idest à caseo; sicque remanet multa substantia terrea, quia plus est substantia casei, quàm seri, & substantia casei, est quasi terra: ergo plus terræ, quàm aquæ, est in lacte. Tertio etiam probat experientia, quia medici decoquentes lac (& ego nescio, quare dicat, medici) succo quorundam herbarum serum ipsum quærant, & sic separant substantiam seri à caseo, & etiā à terra, quæ multa est: ergo plus terræ est in eo, quàm aquæ, ut in pluribus, raro autem e contra, quia terra remanet, & aqua resoluitur. Et, quia dixit, quòd lac & sanguis habent plus terræ, quàm aquæ ut in pluribus, exponit, quare dixit, ut plurimum, dicens, quòd ideo dixit, ut plurimum, quia in aliquibus animalibus reperitur, quòd eorum sanguis & lac plus habet aquæ, quàm terræ: & ideo dixit, in pluribus, non autem in omnibus, quia in aliquibus animalibus lac habet adeo parum terræ & substantiæ casealis, quòd lac istorum animalium, non nutrit, adeo est tenuis substantiæ; ut est lac eorum animalium, quæ facile timent, ut lac cerui & damę & leporis; adeo, quòd lac istud est quasi sine caseo; & ideo non potest coagulari; & ideo difficulter nutrit, dicit Aristo. ita etiam est de sanguine: sanguis enim istorum animalium etiam plus habet aquæ, quàm terræ, scilicet in istis animalibus natura humidioribus: & probat hoc, primo, quia ille sanguis, qui plus habet terræ, quàm aquæ, à frigido congelatur & exiccatur, quia frigus agens in substantiam ipsius, exprimit calidum; & expressione calidi innati exprimitur humidum; & sic talis sanguis coagulatur & exiccatur à frigore, sanguis autem horum animalium à frigore congelatur, non autē exiccatur, & quare? quia parum terræ est in sanguine illorum, & ideo actione frigidi non potest exprimi humidum, adeo, quòd remaneat tantum pars terrea, quia corpus, quod exiccatur, habet partem humidam, quæ euanescit, & partem terream, quæ remanet, quando exiccatur, quæ pars terrea debet esse in multa quantitate, quia nō est in sanguine horum animalium; & ratio est, quia est tenuis substantiæ, & non crassę; & ideo non exiccatur, sed tantum congelatur: sanguis ueto aliorum animalium cōgelatur, & exiccatur à frigore, quia plus terræ est in eo.

Secūdo quia sanguis, qui plus terrę habet, quàm aquæ, habet fibras: & textus dicit uias, & tamen non debet dicere uias, sed uias idest fibras, seu uillos, seu fila: & Albertus laborat exponendo, quomodo sanguis habet uias; sed debet dicere fibras: & quæ sunt istæ fibræ? fibræ sunt quædam capillamenta, ut ita dicam, seu quædam cartilagines constantes; quæ fibræ, sunt de natura terræ, ex quibus sanguis constat; quæ si auferantur à sanguine, dicit Aristo. sanguis non amplius crassescet, neque constabit, quia illæ fibræ sunt ut substantia crassa: &, quia sanguis istorum animalium timidorum à natura non habet fibras, ideo tenuis est ualde, & non constans; & ideo non potest exiccari: de istis fibris sanguinis quærit secundo de partibus capite quarto, & secundo de generatione animalium capite 5. ubi dicit, quòd sanguis in dextro sinu cordis est calidior, quia habet fibras plures, quæ attestantur terræ, quam habet sanguis, qui est in sinistro sinu: quia ille caret fibris: & ex hoc tollitur contradictio inter Galenum & Aristotelem, quia dicit Galenus, quòd sanguis, qui est in sinistro sinu, est calidior, quia est spirituosior, & plus de spiritu continet: ergo nihil calidius in corpore nostro, quàm sit spirituosior sanguis in sinistro sinu: pater, dicit Galenus, quia ibi sanguis habet ulteriorem decoctionem, & ideo calidior. Et ideo soluo dubitationem, ut dicit Aristot. secundo de generatione animalium capite primo, quòd esse calidius dicitur pluribus modis: uno modo dicitur calidius id, quod habet plus caloris in gradu, ut flamma habet maiorem calorem, quàm ferrū, intensiue & in gradu: secundo aliquid dicitur calidius, quia perfectius mouet sensum; ut ferrum ignitum mouet sensum perfectius, quàm flāma stupæ ignitæ, licet stupa intensiue habeat plus caloris, tamen ad tactum ferrum est calidius: & ita ego soluo dubitationes ex Aristotele, quia sanguis dextri sinus est calidior, quàm sanguis sinistri: & quomodo calidior? dico, quòd est calidior secundo modo, scilicet, quia ad tactum calidior, quia magis mouet sensum tactus, licet calor illius sanguinis sit minor intensiue; ut ferrum ignitum fortius mouet sensum, quàm stupa ignita, quia est in subiecto densiori: ita etiam sanguis, qui est in sinistro sinu, est in subiecto densiori, quia est in istis fibris, quæ terreæ sunt, cuiusmodi sunt in sanguine sinistri sinus; sed sanguis sinistri sinus est calidior inten

ſiue, quia plures gradus caloris habet: & ideo dicit Ariſto. quòd ſanguis dextri ſinus eſt calidior, quàm ſiniſtri, quia habet fibras, quæ à ſanguine exparguntur, cum tumeſcit ad generandum ſpititus illos: dicit ergo Ariſto. quòd ſanguis iſtorum animalium nõ haber fibras, & ideo non craſſeſcit; & proptet hoc etiam, quia caret fibris ſanguis corum, ideo frigidiora ſunt, ex conſequenti timidiora, quia hæc animalia uilia ſunt, & non iraſcuntur. Tertio dicit Ariſt. quod iſte ſanguis iſtorum animalium eſt ſimilis ſanguini uitiato, ex morbo, ſcilicer frigido, quia ſæpe generatur ſauguis ex morbo frigido, quia multoties generatur ex pituita, uel ex motbo debilitata uirtute; & ſic ſanguis, qui generatur, eſt frigidior, & ideo aquoſiot. Si ſit morbus frigidus; et ſic ex morbo, ſcilicet frigido, non autẽ ex calido, quia, ſi morbus eſſet calidus, ſanguis etiam eſſet calidus, quia magis aſſatut: & dicit Ariſtoteles, quòd aſſimilatur iſte ſanguis horum animalium pituitæ atræ, & ichori, ideſt ſaniei; & quare? oh dicit, quia inconcoctus eſt iſte ſanguis, quia calor naturalis non potuit eum ſuperare & concoquere, & ideo remanſit inconcoctus & tenuis, ut ſanies in abſceſſibus. Lego uerba. Ex quibuſcunque humidiotibus id eſt ex quadam matetia humida fiunt ſal & nitrum; quæ matetia humida communis eſt tertæ & aquæ, & plus habet terræ, quàm aquæ. Quicunque autem, ſcilicet ſanguis nõ habet uias, ideſt fibras, quæ ſunt terra & corpus ſolidum: & hoc nomen eſt latinum, & iſti dicunt, quòd non habet nomen latinum. Hoc autem ideſt ſalis ſanguis & ſanies morboſa non eſt, &c.

Adhuc autem hæc quidem ſolubilia ſunt. Hic ultimo ponit aliam tegulam, pertinentem ad coagulationem & liquefactionem, dicens, adhuc autem omnia mixta ſunt triplicis naturæ: quædam ſunt ſolubilia, ideſt liquefactibilia: quædam autem inſolubilia, ideſt quæ nõ poſſunt liquari neque ſolui: & hæc, quæ neque liquantur neque ſolui poſſunt, ſunt adhuc in duplici natura, quia quædam mollificari & duci poſſunt; quædam non poſſunt liquari neq; duci; & iſta eſt tegula: & dat exemplum, dicens, quædam enim mixta, ſunt ſolubilia, ut ſal & nittum; quædam autem inſolubilia, ut lateres & lapides: & iſta adhuc ſunt duplicis naturæ: quædã ſunt inſolubilia, & tamẽ mollificari poſſunt & duci ab igne, ut cornu, quod poteſt duci & mollificati, non autem liquari; poteſt autem mollificati, quia bene in cornu poſſunt imprimi figuræ, ut patet, quia in eo imptimuntur figuræ; ergo poteſt mollificari, ſed non poteſt liquari: quædam autem neque mollificari neque liquari poſſunt, immo ſunt omnino inſolubilia, ut ſunt lateres & lapides: later eſt ab arte, lapis ueto à natura, quia latet coquitur in fotnace, & ibi fit arte durus; lapis autem fit à natura in fluminibus; & hæc non ſunt ſolubilia nec ductilia, quia non molleſcunt: & quæ cauſa horum? & in hoc, domini, bene aduertatis. Quærit ergo Ariſtoteles, quæ cauſa horum, ſcilicet, quæ cauſa eſt, quòd aliqua mixta ſint ſolubilia, cum omnia mixta ſint coagulata: quæ ergo eſt cauſa, quòd aliqua poſſunt ſolui, & aliqua non? cauſa eſt, dicit Ariſto. quia cauſa congelans habet contrariũ, quia iſta mixta, ſicut poſſunt congelari à genetante, ita poſſunt liquari à contrario: exemplum: à calido ſimplici quæ coagulantur, liquantur à ſimplici frigido; &, quæ coagulantur à calido non ſimplici, ſed mixto, ut puta cum ſicco, iſta ſoluuntur à frigido non ſimplici, ſed à frigido humido, & ideo habent cauſam oppoſitam: cauſa ergo eſt iſta: mixta diſſoluuntur eſt, quia cauſa coagulationis habet conttarium: & ideo dicit Ariſto. quòd quædam horum mixtorum ſoluuntur à calido & hoc eſt primum, quia, quæ coagulantur ab uno, liquefiunt ab alio, & econtra: & ideo dicit Ariſto. uidemus aliqua liquefieri à calido, & congelari à frigido: & hæc eſt cauſa primi. Cauſa uero ſecundi eſt, quia inſolubilium uel ſolubilium quædã ſunt mollificabilia, & quædam non ſunt mollificabilia (& bene aduertatis, quia Ariſtoteles ponit ſetmonem obſcurum) & dicit Ariſto. quòd cauſa huius poteſt eſſe multiplex, primo, quia aliquando mixta ſunt communia terræ & aeri, & iſta non poſſunt mollificari: & quæ ſunt iſta? dicit, quòd iſta mixta ſunt quadruplicis differentiæ, quia quędam plus habent aeris, quàm terræ: quædam autem plus terræ; hæc non poſſunt mollificari; & iſta ſubmerguntur aquæ: quædam uero habent plus aeris; & iſta uon ſubmerguntur aquæ, ſed ſupernatãt, ut ſunt ligna communiter, quæ plus habent aeris, quàm terræ, præter hebanum nigrũ, quod plus habet terræ, quàm aeris, & ideo ſubmergitur in aquam, & cur eſt, quòd in iſtis eſt plus terræ, quàm aeris? quia totus calor exhalauit, & ideo etiam ſunt nigriora: quædam autem

alia

alia ſunt, quæ non ſunt communia terræ & aeri, ſed ſimpliciter ſunt terræ cum parua quantitate aquæ, ut lapides; & iſta non poſſunt liquari nec mollificari, quia carent humido, quia totum fere reſolutum fuit eius humidum in eorum coagulatione: & quæ cauſa, quòd iſta mixta non poſſunt mollificari neque liquari ab igne, nec ab aqua? dicit Ariſto. quòd cauſa eſt, quòd ab igne nõ poſſunt mollificari, quia ſunt coagulata ab igne iſta talia mixta, & ideo ab eo non poſſunt liquari neque mollificari: neque poſſunt liquari nec mollificari ab aqua ipſa, quandoquidem aut ſunt terrea ſimpliciter iſta mixta, communia aquæ & terræ; aut habent plus terræ propter denſitatem eorum, quia habent poros anguſtos, quia non admittũt humidum aqueum interius, & ideo non poſſunt penetrari ab aqua ad interiora eius, & ideo non poſſunt ab aqua frigida neque mollificari neque diſſolui, quia ratione terræ ſunt denſa, & non admittunt aquam interius. Sed quæ eſt cauſa ſecundi? ſcilicet, quòd quædam mixta ſunt inſolubilia; & quæ cauſa, quare aliqua mixta coagulata ſunt ſolubilia? eſt, quia cauſa coagulans habet contrarium: & ideo quæritur, quare aliqua ſunt inſolubilia: dicit Ariſt. quòd cauſa eſt, quia iſta mixta neque à calido ſolo, neque à frigido ſolo, coagulantur: ſed ab ambobus ſimul, ſcilicet & à calido & à frigido ſimul & ideo à nullo ſoluũtur: coagulantur enim à calido, quia à calido uniuntur, & reſoluitur humidum ſuperfluum: coagulantur etiam à frigore, comprimente illud humidum, quod remanet, & uehementer illud condenſante, ut lapides, & ferrum, & ideo à neutro horum poſſunt diſſolui, quia cauſæ coagulationis & diſſolutionis debent eſſe cõtrariæ: tertio nec etiam à calido ſolo poſſunt diſſolui iſta mixta; & quare? oh dicit, quia, ſi iſta mixta debent diſſolui, à calido ſolo non poſſunt, quia, quæ à calido ſolo diſſoluuntur, a ſolo frigido coagulata ſunt, & iſta ſunt coagulata ab utroque; ideo à duplici agente deberent diſſolui, ſi eſſent diſſolubilia: nec etiam à ſolo frigido diſſolui poſſunt propter eandem cauſam iam dictam, quia à duplici agente ſunt coagulata: neque etiam, ut diximus, poſſunt diſſolui à calido & à frigido ſimul, quia coagulata fuerunt ab ambobus ſimul: remanent ergo omnia inſolubilia, quia à duplici agente fuerunt coagulata: reliqua autem ſunt inſolubilia à frigore, quia eorum cõmunia pori ſunt denſi, & ideo non poſſunt penetrari. Et tunc Ariſto. epilogat, dicens, quòd iam patet, quid ſit coagulatio, quid nam diſſolutio, & propter quas cauſas fiant, ſcilicet in potentia & in uirtute, dicit Alexander, ideo dicit propter quas cauſas: & poteſt etiam, in quibus fiant iſtæ paſſiones, liquatio & coagulatio, & in quibus non: & dixit, quòd fiunt a calido, frigido, & ſicco, non autem ab humido, ut ſupra dixit Ariſto. & in quibus fiunt, quia & immixtis aqueis a prædominio, & in mixtis, quæ ſunt communia aquæ & terræ; & iſta ſunt coagulabilia & ſolubilia. Lego uerba. Cum calidum exudauerit. ideſt cum calidum egreſſum fuerit, &c. Cras proſequemur, & faciemus alias dubitationes, quæ ſunt ualde difficiles.

Super lectis ſunt multæ dubitatiões, & primo de lacte & ſanguine, quia dixit Ariſt. quòd lac & ſanguis erant mixta, communia terræ & aquæ, magis tamen terræ, quàm aquæ, in pluribus animalibus; in quibuſdam uero econtra, ut in ceruis & aliis timidis animalibus a natura. Eſt modo dubitatio, quia uidetur, quòd in omnibus animalibus ſanguis ſit magis aqua, quàm terra, quia in omnibus animalibus ſanguis habet plus humidi, quàm ſicci, tum quia fluit, tum quia habet rationem nutrimenti, & de ratione nutrimenti ex ſecundo de Anima eſt, ut ſit humidum; & ſic etiam de ratione ſanguinis & lactis: ergo ex ratione ſupra dicta; plus habent aquæ, quàm terræ, quia humiditas competit aquæ, ſiccitas terræ; &, quæ habent plus humidi, habent plus aquæ, quàm terræ: ſi ergo iſta mixta plus habent humidi, quàm ſicci; ergo plus habet aquæ ſanguis in omnibus animalibus. Secundo arguitur ex Ariſtotele de partibus animalium cap. tertio, ubi dicit, quòd ſanguis natura eſt calidus & humidus: ſed caliditas & humiditas ſunt qualitates aeris: ergo ſanguis eſt de natura aeris, & non terræ. Secundo principaliter arguitur de lacte, quia quarto de generatione animalium capite quarto, dicit Ariſto. quòd lac eſt ſanguis concoctus, cum, ſcilicet per ulteriorem calefactionem & concoctionem magis, concoquitur, & conuertitur in lac; & non per frigefactionẽ; ſicut aliqui dicunt: ſi eſt ſanguis concoctus; ergo calidus & humidus; ergo magis aereum, quàm terreum. Tertio, quia dicit Ariſto. quòd ſanguis in animalibus quibuſdam timidioribus & frigidioribus habet plus aquæ, quàm terræ; & ideo, dicit, non coagulatur neq; exic

carur, quia sanguis, qui coagulatur, habet fibras; & eorum sanguis calet fibris, ideo &c. Sed contra, immo uiderur rorum oppositum, quia, si sanguis iste est à prædominio aquæ: sed aqua est corpus exiccabile inter omnia, quia inter corpora exiccabilia numeramus aquam, & non terram: ergo sanguis iste horum animalium, si est magis aqua, quàm terra, facilius & magis exiccarur & coagularur a frigore, quàm sanguis, qui est a prædominio terræ. Omitto discordiam inter Alexādrū & Arist. de lacte, quā supra solui, quia Alexander dicit, quòd lac est a prædominio aquæ: Aristo. aurem dicit, quòd est à prædominio terræ: sed Alexander loquitur de ea parte lactis, quæ est serum; at non de ea loquitur Aristot. sed de ea, quæ est caseus, quæ substantia casealis est terrea, quia, ut dicunt Aristo. & Galenus, lac est heterogeneum. Dico ergo de primo, cum dicis, quòd lac in pluribus animalibus, immo in omnibus, plus habet humidi, quàm sicci; & plus aquæ, quàm terræ; ad argumentum tuum dico, quòd, si loquamur de lacte proprie illo caseali, quia, ut dixi, tres habet substātias, sic plus habet terræ, quàm aquæ: &, si loquamur de ea parte, quæ est serum, sic dico, quòd plus habet de aqua; & de ista parte non loquitur Aristo. licet de hac loquatur Alexander, sed loquitur de parte caseali, quæ plus habet de terra, quàm aqua: ob tu dicis, ista pars plus baber humidi, quàm sicci: dico, quòd non est uerum, immo habet plus terræ, quia habet plus sicci, quia non fluit, & proprio termino istæ parres lactis continentur: & de ista parte lactis loquitur Aristo. & non de parte serosa, neque de parte ea, quæ est butyrum, quia ea pars butyrosa, est a prædominio aeris, quia omne pingue est a prædominio aeris; loquitur tamen Arist. de parte caseali: si tamen appellatur lac pro tota . . sui subiectū, sic etiam habet plus sicci. Eodē pacto, quod dicis de sanguine, quòd non solum in aliquibus animalibus, sed etiam in omnibus animalibus, plus habent aquæ, quàm terræ: dico, ut dicit Aristo. secundo de parribus Animalium cap. tertio, quòd sanguis bifariam considerari potest, uno modo ex parte materiæ, alio modo consideratur ex parte formæ: si uero consideratur ex parte materiæ, sic multum habet terræ & aquæ, sed plus terræ: si uero consideratur ex parte formæ, scilicet quo ad spiritum eius innatum sic est corpus calidum & humidum: & sic non est uerus sanguis neque uere nutriet: si autem consideretur sanguis, quo ad fibras, quæ sunt in ipso, quia fibre sunt de natura terræ, sic iste sanguis plus haber terræ, quàm aquæ ratione fibrarum illarum; & ideo dico, quòd Aristoteles, cum loquitur de sanguine, loquirur de sanguine commixto cum fibris, quia dixit, quòd à frigido coagulatur per has fibras; quæ si tollunrur, non amplius coagularur: & sic, licet iste sanguis, quo ad spiritum & formam, sit calidus & humidus: & quo ad sui substantiam, plus habeat humidi, quàm sicci & terræ; ira, quo ad fibras istas, plus habet terrę, & respectu istarum coagulatur sanguis, cuius signum est, dicit Aristo. quia, si extrahantur, non amplius coagulatur, si uero consideratur sanguis, quo ad sui formam idest quo ad spiritus, sic est à prædominio calidus & bumidus. De secundo, quia sanguis est calidus & humidus, ergo habet qualitates aeris, ergo non aquæ, aut terræ à prædominio, dico, ut dicit Aristo. secundo de partibus animalium cap. tertio ubi dicit, quòd sanguis per se & sui natura, est frigidus & siccus, per accidens uero est calidus & humidus, quia si consideratur sanguis, quo ad sui materiam, & per se, sic est à prædominio terræ, & terra est frigida & sicca: per accidens non est calidus & humidus: & sine isto spiritu non est uerus sanguis quia, cum effumat & dispergitur spiritus, non dicitur sanguis: & ideo tunc ratione horum spiriruum est calidus & humidus, quia isti spirirus sunr calidi & humidi: & sic est calidus & bumidus per accidens, per se autem est frigidus & siccus, quia multas habet fibras in sui substanria: & sic ex parte formæ, & quo ad calorem innatum & spiritum, est calidus & humidus: quia tamen iste spirirus uidetur esse de perfectione sanguinis, quia sine isto spiritu uerus sanguis esse non potest, ideo potest dici, quòd sanguis ex natura sui est calidus & humidus, & per se: sic etiam concedimus, quòd homo albus est albus per se, cum tamē ista non sint omnia uera, bomo albus est per se albus, quia non proprie per se prædicatio, ut dicunt Theologi de Christo: & ita potest dici, quòd sanguis est quoquomodo calidi & bumidi temperamenti, idest quo ad illam formam & spirirum, qui dat ei perfectionem, per se tamen simpliciter est frigidus & siccus. De tertio, quia, si in animalibus timidis sanguis est a prædominio aquæ; ergo facilius coagulatur, quia coagulatio est consistentia quædam reso-

luto

luto superfluo humido, remanente ficco; & aqua exiccatur, quia aqua coagulatur facilius &
exiccatur. Dico negando argumentum, quia non sequitur, eo quia est à prædominio aquę,
ergo facilius coagulatur, quia coagulatio est consistentia quædam resoluto superfluo humi
do, remanente sicco; & quia, licet sanguis à prædominio sit aqua, tamen parum habet ter-
ræ; et ideo, cũ exiccatur, parum terræ, et fere nihil remanet; ideo difficillime exiccatur, quia
in illis dicit Aristo. difficile est resoluere superfluum humidum remanente sicco terreo con-
stante: et ideo difficillime hæc corpora exiccantur, sicut uinũ, urina, lixiuium, quia impossi
bile est resoluere illud humidum superfluum, quia nihil aut parum terræ est in eis. Secunda
dubitatio principalis est in alio documento eius, quia dicit Aristo. quòd mixta, quæ coagu-
lantur, sunt triplicis generis seu in triplici differentia: quædam enim coagulata dissoluũtur;
quædam coagulata non possunt dissolui; & quædam possunt mollificari, & quædam nõ pos
sunt mollificari: & reddit rationem huius, quare aliqua sint solubilia, & aliqua non; aliqua
mollificabilia, aliqua uero non, dicens, quòd aliqua sunt insolubilia & immollificabilia, ut
later, quia a duplici causa sunt coagulata; ergo sunt insolubilia, quia a quo dissoluerentur?
quia oportet, quòd a duplici causa etiam dissoluantur, quia aut a calido & a frigido simul; &
hoc non potest dici, cum a calido & frigido sint coagulata; &, quæ sunt coagulata, oporret,
quòd a causis contrarijs dissoluantur: aut a calido solo, quia, quæ dissoluuntur a calido so-
lo, sunt ea, quæ a solo frigido fuerunt coagulata; sed ista fuerunt coagulata a calido & a fri-
gido simul, ergo a nullo seorsum dissolui possunt; ergo sunt insolubilia, inquit, sicut ferrum,
dans exemplum de ferro. Secundo dicit, quod horum insolubilium quædam sunt mollifi-
cabilia; & quædam non: sunt mollificabilia, ut cornu & later: & horum reddit causam Ari-
sto. dicens, aut hæc sunt simpliciter terra; aut a prædominio sunt terrea, sicut est lignum gra
ue, in quo per angustiam pororum non potest ingredi aer, & ideo illiquabile. Est modo du
bitatio, quia uidetur, quòd Arist. non careat difficultate, primo, quia dicit, quòd aliqua sunt
insolubilia, quia sunt coagulata a calido & a frigido, ut ferrum: sed contra, quia omnia me-
talla sunt coagulata a calido & a frigido simul, ut in fine tertij huius dixit Aristo. a calido u-
niente habitus illos, & in fine a frigido fortiter comprimente & coagulante illos: ergo nul
lum horum metallorum potest dissolui, quia omnia a duplici causa coagulantur, sicut ferrũ:
Tum etiã de ferro, quia supra dixit Arist. quòd ferrũ a uehementissimo frigore coagulatur;
ergo a uehementissimo calore liquatur: & hoc hodie patet manifeste, quòd liquatur ferrũ.
Secundo principaliter dubitatur de mollificatione, quia dicit, quòd causa mollificationis
est ingressus aquæ intra poros corporis illius mixti; & ideo ea, quæ non intromittunt aquã
intra poros, non possunt liquescere. modo est dubitatio de ferro quod est corpus cõpactũ
inter omnia metalla: si cõpactum, ergo angustissimos habet poros: & tamen ferrum duci
tur, & mollificatur, ut sensu uidi, quia ex eo fiunt illæ pilæ bellicæ. secundo, quia ex Aristo-
tele omnia, quæ mollescunt, mollescunt, quia admittũt ingressum aquæ; & ideo omnia, quæ
mollescunt, a frigido mollescunt: sed contra, quia hoc falsum est, quia non omnia mixta à
frigido mollescunt, ut patet de ferro & cornu, & multis lignis, quæ omnia non mollifican-
tur a frigido ex ingressu aquæ, sed a calido: ergo non omnia sunt immollificabilia, quæ sunt
communia aquæ & terræ, quia in aliquibus dominatur terra, ut in hebano nigro, quod sub
mergitur in aquam; in aliquibus uero dominatur aer: sed huius oppositum dicit supra, ubi
docet, quòd ligna sunt mollificabilia: Tum etiam, quia dixit, quòd in aliquibus lignis præ-
dominatur terra, in aliquibus aer; sed 4. Physicorum. 8. dicit, quòd omnia ligna à prædo-
minio sunt terra, quia materia eorum est terra: ergo non in aliquibus dominatur aer: tum
de hebano, quia dicit, quòd hebanus nigra submergitur in aquam propter dominium ter-
ræ; ergo in ea dominatur terra; ergo dicitur hebanus nigra ad differentiam albæ; sed neq;
Dioscorides, neque Theodorus, neque Plinius, neque Aristoteles etiã fecerunt alibi men
tionem de hebano alba, cum locuti fuere de hebano; neque meminerunt de tali hebano al
ba: ergo non datur talis planta, quæ dicatur hebanus alba: quare ergo dicit Aristoteles he-
banus nigra? & Theophrastus in. 4. de historia plantarum cap. 4. & in. 6. cap. 4. cum loqui-
tur de hebano, non facit mentionem de tali hebano alba; nec Galenus in capite de heba
no, Quarto dubitatur, quia Arist. in Epilogo dicit, quòd iam patet, quidnam sit coagu-

latio, & quid liquefactio ex dictis, & patet, quas causas habeat, & in quibus fit: sed hoc falsum est, quia non uidetur satis notum ex dictis, quid nam sit coagulatio ac liquatio; & precipue non uidetur manifestum quomodo coagulatio differat à coagulatione seu ingrossatione, quia coagulatio est quædam ingrossatio, & ingrossatio est quædam exsiccatio; & sic etiam coagulatio est exiccatio: in quo ergo differunt coagulatio, & ingrossatio? quia exsiccantur, quæcunq; ingrossantur: cur ergo Arist. non declarauit, quibus differat, cum manifestè sint species distinctæ? & Arist. ponit causas eis ut passiones specie inter se distinctas, ut ipse dixit, quòd ex præhabitis patet; quod falsum est, quia non patet. Dico primo, domini, cum dicebatur à calido & à frigido &c. contra arguis, quia tunc nullum metallum potest dissolui, quia omnia metalla à calido & à frigido coagulantur, & quòd à calido dissoluntur: oh quid ergo dicit Arist. quòd ista talia mixta non possunt dissolui, quia coagulata sunt à calido & à frigido? Videtur Alexander hic dicere, quòd coagulatio metallorum reuera non fit à calido & frigido, sed fit reuera à frigido tantum: oh Aristo. dicit: quòd fit à calido & à frigido: respondet Alexander, quòd Aristo. intelligit, quod calidum concurrat tantum, commiscendo & disponendo materiam, resoluendo superfluum humidum; ex qua resolutione humidi superflui frigidum uehementer comprimit humidum, quod remanet, & siccum, idest uaporé & exhalationem; & tunc generatur metallum: & sic calor adiuuat; & eorum generatio fit à frigido, & non à calido; sed caliditas tantum adiuuat disponendo materiam, à frigido autem per se generatur; quia, si metalle fierent à calido & à frigido, essent omnino insolubilia, & contradictio in Aristotele non posset solui. De secundo, de ferro, quia liquescit etiam ferrum, & tamé generatio eius est à calido & a frigido; quid ergo dicit Arist. dico, quòd Arist. ponit illud exemplum de ferro pro exemplo & non quòd ita sit: oh exemplum est falsum: dico, quòd falsum est exemplum, quia patet ex eius uerbis, quod ferrum liquatur; & patet etiam experiétia: oh cur magis ponit exempla de ferro, quàm de alijs metallis? dico, quòd ideo magis ponit exemplum de ferro, quàm de alijs metallis, quia ferrum non dissoluitur, nisi ex uehementi calore, & ex admixtione sulphuris & auripigmenti: & sic difficulter dissoluitur ferrum; reliqua uero metalla facilius soluuntur, & à moderato igne: & ideo Aristoteles exemplificat de ferro: & propter hoc uideatis Albertum. De secundo, quia dicit Aristoteles, quòd corpora, quæ non dissoluuntur, sunt triplicis generis; quædam possunt mollificari, & quædam non: corpora, quæ non possunt mollificari, sunt ea corpora, quæ non admittunt aquam in uase ex angustia pororum, quia habent poros angustos: sed quare dicit Aristoteles, quia ferrum est solidissimũ corpus, & non mollificatur à calido? tum quia multa mollescunt & à calido, & à frigido: dico, quòd duplex est mollificatio, sicut est duplex mollificabile: quædam mollificãtur à calido, & ista non indigent subingressu aquæ; neque de isto mollificabili loquitur Aristo. sed tantum de eo mollificabili, quod est mollificabile à frigido: & dicit ideo, quòd ferrum non est mollificabile, quia non admittit aquam propter angustiam pororum; & ideo non est mollificabile a frigido: & sic dictum Aristotelis non est intelligendum generaliter, quòd scilicet omnia corpora, quæ non admittunt ingressum humidi, non mollificantur, quia multa sunt, quæ sunt ualde solida, & habent poros angustiores, & mollificantur a calido, ut cornu, ferrum, & ligna aliqua: & sic soluta est prima, & secunda dubitatio. De tertio, quia Aristoteles dicit, quòd aliqua ligna sunt mollificabilia: &, cum ex quarto Physicorum dicis, quòd materia lignorum omnium est terra; dico, quòd non est contradictio in Aristotele, quia propositio particularis non contradicit particulari: quia, cum dicit, quòd ligna non sunt mollificabilia, non dicit, quod omnia ligna sint huiusmodi, sed dicit, quòd aliqua sunt mollificabilia, & quædam sunt mollificabilia, & sic non contradicit sibi, quia istæ sunt propositiones particulares: & ideo dicit, quod ligna, quæ admittunt aquam missa poros suos, ut hebanus alba, mollescunt; & sic reliqua, quæ intromittunt aquam, ut abies &c. Quod autem addis, quòd omnia ligna sunt a prædominio terra, ut ait Aristot. quarto Physicorum; dico, quòd uerum est: oh quomodo ergo Aristote. dicit hic, quòd aliquod lignum est a prædominio terra, aliquod aer? dixi, & nunc etiam dico, quòd omne lignum per se est a prædominio terra: &, si Aristot. dicit, quòd in aliquibus prædominatur, iam dixi, quòd prædomi

natur

natur extrinſece, non autem intrinſece, ut quarto cœli dicit Ariſtoteles, quia habent iſta talia ligna poros latos, intra quos multum aeris recipiunt, & ideo extrinſece; & de iſto aere loquitur Ariſtoteles, non quod tamen in eius mixtura dominetur aer & intrinſece, quia in omni ligno dominatur terra: non tamen nego, quin in lignis etiam dominetur aliqua pars pinguis aerea, quia inflectitur lignum. Quod dicis de hebano alba & nigra, quia Ariſtoteles dicit hebanum albam, de qua nullus meminit; dico, quòd reuera ita eſt: ſed Auicenna ſecundo can. fecit mentionem de hebano alba; & alij dicunt, ut medici noſtri neoterici dicunt iſtud lignum indicum, quod dicimus lignum crucis, eſſe hebanum albam. Sed tunc iſti habent dubitationem contra ſe, quia iſtud lignum, quod dicitur lignum crucis, quia cruciat homines, non ſupernatat aquæ; & Ariſtoteles dicit, quòd hebanus alba ſupernatat aquæ; & Alexander expreſsit hoc, quia Ariſtot. dicit hebanum nigram ad differentiam hebani albæ, quæ eſt leuis: & ideo debetis iſtud aduertere, quomodo iſtud lignũ ſubmergatur aqua: ego tamen neſcio, quæ ſit iſta hebanus alba, & an ſit: unum dico, quòd ex hoc, quòd ſubmergitur, uel non, non debet dici nigra, quia mulra ſunt ligna, quæ ſubmerguntur: Cogitetis uos, quia in hoc neſcio quid dicam. De alio, quod addis, quia Ariſtoteles in epilogo dixit, quod iam patet, quid ſit coagulatio, & quid liquatio; quod tamen falſum eſt, quia nõ patet, quid hoc ſit, & quomodo coagulatio differat ab ingroſſatione; Albert. hic dicit, quòd differunt coagulatio & ingroſſatio, quia coagulatio nihil aliud eſt ex Ariſto. hic, niſi mutua comprehenſio huiuſmodi aquei cum ſicco terreo: dico, dicit Albertus, mutua comprehenſio, quia iſta non eſt mutua comprehenſio, & multa comprehenſio, ſed fortis eſt & uehemẽs comprehenſio: ingroſſatio uero eſt multa comprehenſio humidi, non autem aquei, ſed aerei cum humido aqueo & ſicco terreo ſubtili ſimul; & iſta appellatur proprie impinguatio. Sed, domini, hoc falſum eſt, & non conuenit etiam uerbis Ariſtotelis, quia dicit Albertus, quòd coagulatio eſt mutua comprehenſio humidi aquei cum ſicco terræ, quæro, quid intelligas per mutuam comprehenſionem; quia aut intelligis per mutuam comprehenſionem, ueram comprehenſionem & coniunctionem humidi aquei & terrei; & tunc glacies eſt coagulatio, quia ibi comprehenditur corpus, quod tamen negas: ſi uero intelligas, quod de facto debes intelligere, per mutuam comprehenſionem, ideſt ueram comprehenſionẽ & commixtionem, quæ eſt, ut quando reſultat craſis & temperatura ipſius corporis, quia, ſi non reſultet uera comprehenſio, non erit mixtum, ſicut non dicitur mixtio, quando miſcetur aqua calida cum niue; ſi ſic intelligit Albertus, tunc eſt manifeſta inſtantia de corporibus fluentibus, ut de uino, urina, & aceto, quæ ſunt uere mixta ex humido aqueo terreoque, & tamẽ iſta non ſunt coagulata, quia fluunt; & coagulatio opponitur fluxioni, quia coagulata, ſunt, cum craſſeſcunt, & conſtant proprio termino. Quod etiam dicit Albertus ſecundo, quòd ingroſſatio eſt mutua comprehenſio non humidi aquei, ſed humidi aerei & humidi aquei ſimul cum ſicco ſubtili terræ; hoc eſt contra Ariſtotelem, quia Ariſto. dicit totum oppoſitũ, quia dicit, quòd ingroſſatio eſt ſeparatio humidi aquei, uel aerei ſubtilis, a ſicco conſtanti; ergo non eſt mutua comprehenſio, ut uult Albertus: & ideo dicit Ariſto. quòd omnia, quæ digeruntur, craſſeſcunt, quia digeſtio nihil aliud eſt, quàm reſolutio ſuperflui humidi a reliquo conſtanti: & ideo, quæ digeruntur, craſſeſcunt, quia humidum ex aereo fit aqueum, & deinde talia digeſta craſſeſcunt, quia ex aereis fiunt aquea, & ex aqueis fiunt terrea: non eſt ergo ipſa craſſatio mutua comprehenſio humidi aerei & aquei ſimul cum ſicco ſubtili terreo, ſed eſt illa reſolutio ſuperflui humidi, ut dicit Ariſto. & illa ſeparatio: neque etiam eſt uerum, quòd ingroſſatio ſit impinguatio, quia multa craſſeſcunt, quæ non impinguantur: & ideo Sueſſanus aliter dicit, quòd coagulatio eſt exiccatio & ingroſſatio: & bene aduertatis, quia res difficilis eſt, & totus iſte liber difficillimus eſt, ut ſæpe dixi uobis.

Erat quarta dubitatio, quia Ariſtoteles dicit, quòd ex prædictis patet, quid ſit coagulatio, & quid liquatio: eſt modo dubitatio, quia non uidetur, quomodo ex iſtis pateat, ut poſſint haberi definitiones horum; & præcipue quomodo differat coagulatio ab ipſa ingroſſatione, cum utraque ſit ingroſſatio. Et fuit reſponſio Alberti; quod differant ex definitione eorum, quia coagulatio non eſt niſi mutua comprehenſio humidi aquei cum ſicco terreo; ingroſſatio uero eſt comprehenſio humidi aerei & aquei ſimul cum ſicco ſubtili terreo. Et

fuit

fuit teiecta ista responsio, quia aut intelligit per mutuam comprehensionem, comprehensionem & coniunctionem humidi aquei cum sicco terteo; &,si sic, tunc cōgelatio aquæ est coagulatio,quia ibi comprehenditur unum corpus cum alio; cuius oppositum ipse tenet:si uero intelligit per mutuam compreheusionem,ueram mixtionem,ex qua resultat uerus ter minus, scilicet crasis & complexio, ut de facto intelligit,ut secundo de gen. & corru. dicit Aristot.tunc erit difficultas,quia generatio uini, aceti, & illorum qūinque erit coagulatio, quia in omnibus illis est mutua comprehensio humidi cum sicco, isto modo capiendo com ptehensionem, scilicet pro complexione: & hoc fuit dubium,quo teieci opinionem Alberti. Et ideo est secunda opinio,quæ est illius Suess. qui dicit,quòd utraque, scilicet coagulatio & ingrossatio,est exiccatio,sed differunt, quia coagulatio est exiccatio humidi cuiuslibet, scilicet uel sit exiccatio humidi superflui, uel humidi naturalis, quia omnis humidi ex iccatio dicenda est coagulatio; sed ingtossatio non est cuiuslibet humidi exiccatio,sed tan tum humidi superflui,& non omnis humidi, quia non naturalis humidi, sed tantum superflui & non commensutati; & ideo diffetunt,& sunt separata. Sed,domini,iste modus dicendi,licet sit magni uiri, recedit manifeste a sententia Aristot. quia ex uerbis eius in plus se habet coagulatio, quàm ingrossatio; quod patet,quia pet eum ingrossatio est tantum humidi naturalis exiccatio; coagulatio autem est exiccatio tam humidi naturalis, quàm superflui: ergo coagulatio est in plus,quàm ingrossatio: omnis ergo ingrossatio est coagulatio; cuius oppositum dicit Aristot. quia multa ctassescunt,quæ coagulari non possunt; sicut oleū crassescit, dicit Aristot. & coagulari minime potest: & secundum Suess. coagulatio se habet ut genus, quia, siue sit exiccatio superflui humidi, siue naturalis & commensurati, secundum istam opinionem sempet dicitur coagulatio,& sic omnis ingrossatio erit coagulatio,& non ecōtra; quod falsum est, dicit Aristot. de oleo,quod neque à calido, neque à frigido coagulatur. Et ideo recurtamus ad Alexandrum,ex cuius uerbis potest haberi differentia harum passionum; quia dicit, quòd differunt coagulatio & crassatio, quia coagulatio nihil aliud est,quàm constantia quædam ipsius humidi fluidi,quæ consistit & tetminatur termino proprio,& non amplius fluit more aquæ: Ingrossatio ueto trisariam capitur, impropriè,ut quā do capitur pro omni ingrossatione; & sic aer etiam dicitur ingrossari à frigido;& de hac nō loquitur Aristot. hic; ut quando ex aere: fit uapor Alio modo sumitur ingrossatio pro intumescentia alicuius corporis sibi admixti; sicut ctassescit oleum, dicit Aristot. &quomodo? ex admixtione aquæ:& etiam sic crassescit aqua maris, & fit spuma, cum partes eius aereæ miscentur cum aqua matis:sicut etiam ex admixtione saponis cum aqua fit corpus constās maiotis molis,utroque seorsum(& hoc dicit Arist.secundo de generatione anima.capite secundo) quia tunc contingit illud tertium corpus, quia eleuantut ampullæ,& fit maioris molis; ut hic dicit Aristot.quòd oleum crassescit a frigido, quia partes aereæ olei congelātur, & conuertuntur in aquam,& miscentur cum oleo,&sic intumescit;& sic etiam ex admixtione saponis cum aqua fit corpus constans tertium ;ita etiam de spuma: & de ista incrassatione non loquitur Aristot.cum ponit ipsam esse coniunctam cum ipsa coagulatione, quia dicit,quòd incrassatio est quædam exiccatio;sed hic nulla fit exiccatio,scilicet quando oleum ingrossatur & crassescit,immo potius fit humectatio,quia pars aerea conuertitur in aquam in oleo. Et ideo ingrossatio,de qua loquitur Arist.hic,est exiccatio humidi,quoties scilicet uel à frigido exprimatur humidum,uel à calido euanescat; & tunc illud crassescit, & sic fit semper exiccatio: & non dicit,quòd corpora fiunt crassiora per hoc, quòd fiunt maioris molis,sed quia fiunt constantiora & ficciora: & ideo dicit Aristot.quòd omnis digestio est crassities quædam,quia humidum superfluum euanescit;& sic illa fiunt solidioris molis:& sic intelligit Aristot.in hoc loco crassitiem. Et ideo differunt,licet utraque sit exiccatio, scilicet & coagulatio & crassities; sed differunt secundum magis & minus, quia coagulatio est humidi exiccatio,& in ea tantum humidum exiccatur; quòd si prius illud corpus fluebat,non amplius fluit; aut, si non fluebat, fit constantius,quàm prius esset: dico,si non fluebat,propter lentorem, quia dicit Aristot.quòd later coagulatur à calido,non quòd prius flueret,& omnino non fluat,sed fit constantior: & sic coagulatio est exiccatio, quia aut corpus illud fluebat,& non amplius fluit; aut prius non fluebat,sed fit constantius, ut later: ingrossatio

uero

uero est exiccatio, qualiscunque, etiam quòd adhuc fluat illud, quod ingrossatur; ut uinum ingrossatur, & tamen adhuc fluit, non tamen econtra: & ideo crassatio est ut genus respectu coagulationis: & hoc dicebat Aristo. Sed tu dices, oh tu dixisti, quòd coagulatio est constantia quædam, quæ non amplius fluit, sed constat proprio termino: & supra dixit Aristo. quòd digestio est constantia quædam, quia resoluitur humidum: quomodo ergo differunt coagulatio & digestio? Secundo, quia sequitur, quòd non omnis generatio mixti sit coagulatio; cuius oppositum uidentur dicere omnes expositores: & assumptum probo de oleo, scilicet de generatione olei, quod non potest coagulari: & patet etiã de coagulatione uini. Tertio, quia tũc coagulatio aquæ nõ erit coagulatio, quia coagulatio est, cũ resoluitur superfluum humidum: &, cum aqua coagulatur, nullum humidum resoluitur. De primo dico, quòd differunt pluribus modis, primo quia digestio est absumptio superflui humidi ad calorem naturalem, dicit Aristo. coagulatio uero, est absumptio seu exiccatio qualiscunq;, quo res fluebat, & nõ amplius fluit; si uero nõ fluebat, redditur solidioris substantiæ, quàm prius esset: dico ergo, quòd maior est humidi absumptio in coagulatione, quàm in digestione, quia in digestione est tantum superflui humidi resolutio; in coagulatione uero est resolutio humidi, quo fluebat, ita, quòd non amplius fluit, & sic ex absumptione humidi, qualiscunq; fuerit; ut patet in latere, ubi fuit absumptio maioris quantitatis humidi, superflui: differunt etiam, quia digestio fit tantum à calore naturali; coagulatio autem à quocunque calore: Et sic bifariam differunt, quia digestio est absumptio minoris humidi; coagulatio autem maioris, quia qualiscunque humidi: secundo, differunt, quia digestio fit à calore naturali tantum; coagulatio uero à quocunque calore. De secundo, quia sequeretur, quòd non omnis generatio esset coagulatio; concedo, quòd non omnis generatio mixti est coagulatio, nisi loquamur de coagulatione impropria, licet omnis generatio mixti sit digestio, quia est coctio, non tamen est coagulatio: & sic dico, concedendo, quòd non omnis generatio mixti est coagulatio, nisi abutamur terminis, & improprie, scilicet est coagulatio, idest mixtio humidi & sicci: si autem intelligatis coagulationem tantum propriam, sic concedo, quòd nõ omnis mixti generatio est coagulatio: concedo tamen, quòd omnis generatio mixti est coctio, quia est digestio à calore naturali, ut dicit Auer. De tertio, quia tunc coagulatio aquę non est uere coagulatio, ut hic loquitur Aristo. de coagulatione, quia nihil humidi ibi absumitur, nisi fuerit fortis comprehensio sicci terrei cum humido aqueo, quia illa coagulatio est comprehensio humidi aquei cum sicco terreo, non autem est absumptio humidi aquei, ut debet esse in coagulatione, quia coagulatio est, quãdo fit resolutio humidi: & sic, si aqua dicitur coagulari, est impropria locutio, coagulatio est proprie mixtio.

Alia est principalis dubitatio, quia dicit Aristo. quòd duæ erant causæ liquationis & coagulationis, scilicet calor & frigus, & humidum & siccum sunt materia: & sic dicit, quòd frigidi & calidi est congregare & dissoluere; humidum uero & siccum sunt materia coagulationis. Est modo dubitatio, quia ex Auicenna prima primi cap. de causis, frigidum non ingreditur opera naturæ: sed coagulatio, est opus naturæ: ergo non fit à frigido per se; aut coagulatio non est opus naturæ, quod est manifeste falsum, ergo: Tum quia supra repetendo ea, quæ dixit in secundo de generatione & corruptione, quòd frigidi est congregare homogenea & heterogenea; & sic definit frigidum: sed congregatio fit coagulatione: ergo frigidi est tantum congregare, non autem dissoluere, quia, cum dissoluitur, segregatur, non autem congregatur. Secundo arguitur de calido, quia supra dixit, quòd calidi est separare heterogenea, & congregare homogenea: sed hæc separatio fit liquatione: ergo tantum liquefacit: ergo tantum conuenit ipsi calido liquefactio, & nullo modo coagulatio; quia, si sic, tunc ei conueniret congregare heterogenea, & separare homogenea; cuius oppositum dixit Aristo. in definitione eius. Tum tertio, quia Aristo. non numerat nisi duas causas tantum coagulationis & liquationis, scilicet calidum & frigidum; & Alexander supra numerauit etiam siccitatem; & dixit de sale & nitro, quæ à sicco coagulantur; & dixit, quòd hoc etiam uidetur dicere Aristo. supra in principio cap. quòd siccum coagulat, quia dixit, quòd sal & nitrum dissoluuntur à frigido & humido; ergo coagulatio fit à calido & sicco, quia fit à causis contrarijs: Tum de humido etiam, quia dixit, quòd omnia, quæ coagulantur, absq

tia

tia humidi coagulantur, & ſic ab humido diſſoluuntur; ergo etiam humidi eſt coagulatio, non tantum calidi & frigidi: & confirmatur, quia Ariſto. dixit, quod ſal & nitrum, quæ coagulantur à calido & ſicco, & præcipue ſal, non diſſoluuntur niſi à frigido & humido: ergo diſſoluuntur etiam ab humido: & dixi etiam uobis, quomodo ſal non diſſoluatur uere à calido in aqua, quia illa non eſt uera diſſolutio: ergo diſſolutio etiam fit ab humido: quare ergo inter cauſas actiuas Ariſto. non exponit iſtas cauſas? Tum etiam, quia Ariſt. dixit, quòd humidum & ſiccum ſunt materia coagulationis: ſi ſunt materia, quomodo ergo ſunt cauſæ efficientes coagulationis & liquationis, cum materia & effectus non coincidant? Quarto & ultimo dubitatur, quia experientia conſtat, quòd multi ſunt fontes, in quibus proiecta in ipſis coagulantur uſque ad duritiem lapidis: ſed iſta induratio non poteſt fieri neque à calido & ſicco illius fontis, quia aqua illa eſt frigida & humida; neque à frigido & humido illius fontis, quia ſic omnis aqua coagularet proiecta in ea, quia omnis aqua eſt frigida & humida: ergo iſtæ non ſunt cauſæ coagulationis. De primo, cum dicis, quòd frigidum per ſe non ingreditur opera naturæ ex Galeno, & Auicenna; dico, quòd ſupra diſputaui hanc quæſtionem, an frigidum ingrediatur opera naturæ, nec ne; & adduxi uobis Conciliatoré, qui hoc diſputat in loco proprio, ubi tenet cum Ariſtotele, & diſputat aduerſus Galenum & Auicennam: tamen, quicquid ſit tenendo cum Ariſtotele, & euadendo argumentum, dico aduerſum Ariſto. & Auicennam prima primi, & Gal. quòd frigiditas per ſe ſola non ingreditur opera naturæ, ſed ſemper cum frigiditate concurrit calor, & maxime in generatione mixtorum & in metallis, ut in fine huius tertij diximus: & ideo ad Galenum & Auicennam dico, quòd frigiditas ex ſe ſola non ingreditur opera naturæ, ſed etiam requiritur calor cũ frigore, præcipue in generatione mixtorum, quicquid ſit in generatione ſimplicium. De ſecundo, cum dicis, ſicut ſupra dictum eſt, quòd frigidi eſt congregare homogenea & heterogenea ſimul; ſed hoc fit congregatione, & non liquatione; ergo frigidi ſolum eſt cógregare, non autem diſſoluere; dico, quòd frigoris eſt congregare homogenea & heterogenea ſimul, & cum hoc etiam ei conuenit ſegregare, quia aliquando diſſoluit: oh cur Ariſto. ita deſcribit? dico, quòd Ariſt. per iſtam operationem deſcribit ipſum frigidum, quia per ipſam operatur in mixta, & quia ut in pluribus ita eſt in mixtis, quia ut in pluribus mixtis conuenit iſta operatio, ſcilicet congregatione homogenea & heterogenea ſimul: & ſic deſcribit Ariſto. & non definit, quia iſta eſt deſcriptio frigidi quædam, non autem definitio, quæ ſumpta eſt ab eſſentia & operatione frigidi in mixta, quia ut in pluribus frigidum congregat homogenea & heterogenea, raro autem per accidens diſſoluit: & ſic etiam concedo, quòd frigidi conueniat congregare, quia aliquando diſſoluit: & ſic utrique conuenit hæc operatio, ſcilicet frigido & calido; ſed frigido per accidens, calido autem per ſe. De alio, de calido, eodem modo dico, quòd iſta eſt deſcriptio calidi, non autem definitio; & conuenit ei ſumpta ut in pluribus & in mixtis, raro autem in mixtis facit oppoſitum, quia etiam calidum coagulat, non tamen ſeparat aliquando. Sed uos dicetis, oh uni cauſæ non poſſunt attribui plures effectus contrarij, quia effectus contrarij non ſunt per ſe eiuſdem naturæ ſeu cauſæ: quomodo ergo eidem calori attribuitur liquatio & coagulatio, quia ſunt contrarij effectus: dico, quòd non inconuenit, quòd contrariorum effectuum ſit eadem cauſa, ſed unius per ſe, & alterius per accidens, quia effectuum contrariorum cauſæ per ſe ſunt contrariæ: ergo calor & frigus ſunt per accidens cauſæ liquationis & coagulationis, & ita poſſunt eſſe cauſa utriuſque per accidens: oh quæ ergo cauſæ per ſe dico, quòd etiam calor & frigus ſunt cauſæ per ſe quandoque, quia calor per ſe ſeparat heterogenea, & per accidens homogenea; & per ſe unit & congregat homogenea, & per accidens heterogenea: & frigus per ſe congregat heterogenea, & per accidens ſeparat illa: &, licet hoc faciat per accidens, tamen fit . . . quia iſtæ cauſæ, licet ſint per accidens, tamen ſunt: & quomodo fiunt iſti effectus à calido & à frigido? dico eodem modo, quia calidum coagulat & abſumit humidum, quia calidum abſumit, ex quo exiccat; & frigidum, exprimendo abſumit etiam: & ſic etiam utrunque diſſoluit, quia calor diſſoluit ea, quæ à frigido coagulata ſunt, & ſic liquefacit eodem modo; & frigidum liquefacit, quia, ſicut fit abſumptio humidi à calido, ita à frigido reponitur, & ſic liquefacit: & ſic dicit Ariſto. quæcunque coagulantur, aut abſentia humidi

coagulantur,

coagulantur,& hæc ab humido diſſoluuntur ; aut coagulantur abſentia calidi,& hæc à calido diſſoluuntur : & ideo dico,quòd idem effectus poteſt habere duas cauſas. De tertio, quia etiam humidum & ſiccum poſſunt eſſe cauſæ effectiuæ coagulationis & liquefactionis; & quòd etiam ab Alexandro ſumitur ſiccum,principium effectiuum coagulationis,nõ tamen humidum : & citaui uerba Ariſtotelis infra contra Alexandrum,quia ei obſtant illa uerba Ariſtotelis infra, quando dicit,quòd omnia,quæ coagulãtur,aut abſentia frigidi coagulantur,& iſta ab humido liqueſcunt, aut coagulãtur abſentia calidi,& hæc à calido diſſoluuntur:& Ariſto.ſupra dedit exemplum de ſale,qui coagulatur à calido & ſicco,quia diſſoluitur ab humido & frigido,& non à calido & humido : & ultimo Alexander aſſignabat cauſam,cur humidum non eſt cauſa effectiua coagulationis,dicẽs, quòd cauſa eſt, quia eſt cauſa materialis coagulationis.Sed replicaui contra Alexandrum,quia à pari minime ſiccum deberet eſſe cauſa efficiens coagulationis,quia etiam ſiccum eſt ut materia coagulationis: & ideo dixi , & nunc dico,et propter uerba Ariſtotelis,quòd non ſolum calor & frigus ſunt cauſa coagulationis,ſed etiam humiditas & ſiccitas ſunt eius cauſæ principales; tamen ſunt cauſæ effectiuæ calor & frigus; aliæ uero duæ,ſcilicet humiditas & ſiccitas,ſunt cauſæ ſecũdariæ,quia ſunt cauſæ coadiuuantes & diſponentes,quia coadiuuant primas : & non nego, quòd cauſæ materiales non coincidant cum effectiuis, puta inſtrumentum,quia poteſt eſſe cauſa materialis & efficiens inſtrumentaria,quia iſtæ cauſæ,quæ ſunt hoc modo efficientes, poſſunt eſſe ut materia & agens : & ideo dico contra Alexandrum,quòd etiam humidũ eſt ut agens ſecundarium; & in hoc non conuenimus cum Alexandro . De ultimo,de fontibus,in quibus indureſcunt proiecta,& non à calido & ſicco,quia aqua eſt frigida & humida;& non à frigido & humido,quia tunc omnis aqua illum effectum faciet : ergo iſtæ non ſunt cauſæ effectiuæ,coagulationis,quia illa induratio eſt quædam coagulatio : dico, quòd iſta coagulantur à frigido & ſicco,quia ex uehementi frigiditate & ſiccitate illius aquæ conuertuntur in lapides : & conuertuntur magis ab iſta aqua horum fontium,quàm ab alia alterius fontis,quia in iſta eſt maior copia exhalationis frigidæ & ſiccæ,quàm in aliquo alio fonte ; tanta eſt enim copia exhalationis, quòd ſufficit ad conuertendum illud proiectum, in lapidem; cuiuſmodi non eſt in aliquo alio fonte:& iſta exhalatio eſt frigida & ſicca de natura lapidis,& ideo conuertit proiecta in ipſum,in lapidem : ſed , quare ſit maior copia huius exhalationis in hoc loco,quàm in alio,quærendum eſt ex diſpoſitione loci, quia conſiderandæ ſunt partes loci,& actio ſolis,ut diximus ſupra,quia omnes hæ cauſæ reducendæ ſunt ad cauſas naturales.

Remanet dubitatio ſoluenda, an,ſcilicet,quæ coagulantur à calido,diſſoluantur à frigido,& econtra,quia Ariſtoteles dicebat,quòd,quæcunque coagulantur à calido,diſſoluuntur à frigido,& econtra; quia regula uidetur falſa,primo de ijs, quæ coagulantur ex ipſa terra,ut lapis molaris, quia iſta omnino inſolubilia ſunt,& tamen coagulantur à calido exurẽte,& à frigido non diſſoluuntur . Tum ſecundo,de frigore,quia tophus lapis,qui generatur in ſpeluncis à frigiditate earum,ut dicit Ariſto. quia generatur à frigiditate uehementi,exprimente humidum à terra ipſa; & tamen à calido non diſſoluitur,immo inſolubilis eſt,neque liqueſcit more aquæ . Tertio etiam fortius, quia dixit,quòd,quæ à calido incipiunt coagulari,à frigido completur eorum coagulatio,ut de metallis dixit in fine tertij : modo,ſi eſt uera regula iſta, quòd,quæ à calido coagulantur,diſſoluuntur à frigido , & econtra : ergo omnis coagulatio,quæ incipit à calido præcedente,diſſolueretur à frigido ſubſequente; ergo impoſſibile eſt,quòd fiat aliqua coagulatio,quæ incipiat à calido, & compleatur à frigido; quia,ſi incipit à calido,& terminatur à frigore , tunc illud frigus ſequens diſſolueret illam coagulationem factam à calido,ſi uera eſt regula Ariſtotelis, quòd, quæ à calido coagulantur,diſſoluantur à frigido,& econtra : aliter regula non erit uera; aut aliqua non coagulantur à frigido & à calido ſimul,ut dicit Ariſto.in fine tertij de metallis . Dico,quod re-uera regula Ariſt. nõ eſt generaliter uera,quòd,quæcunq; à calido coagulantur diſſoluãtur, à frigido,& econtra,prout optime argumenta concludunt,quia patet inſtantia manifeſta ut eſt concluſum : ſed intelligenda eſt illa propoſitio Ariſtotelis cum cõditione , uidelicet, quæcunque coagulantur à calido,ſi ſolubilia ſunt,à frigore diſſoluuntur;&, quæcunq; coagulata

gulata sunt à frigote, si solubilia sunt, à calido dissoluuntur, quia, ubi fere exprimitur totum humidum; non dissoluuntur; ut de latere & lapidibus molaribus diximus, quæ à calido coa gulantur, & non dissoluuntur à frigido, quia non sunt dissolubilia: &, si sic addamus istam conditionem, scilicet si solubilia sunt, erit uera regula, aliter non, quia aliqua sunt coagulata à calido, uel à frigido, quibus non conuenit esse solubilia, quia ferè totum eius humidū est expressum, & sic soluitur primum argumentum. Et sic etiam de secundo, de lapide topho, qui coagulatur a frigido uehementi; tamen non dissoluitur à calido, quia non est dissolubilis: quia, si esset dissolubilis, cum à frigido coaguletur, a calido dissolueretur. Quæ tamen est causa, quòd aliqua corpora sunt insolubilia, cum tamen sint coagulata? oh iam dixit uo bis Aristo. propter duplicem causam, primo quia quædam & a calido & a frigido sunt coa- gulata simul; & hæc non possunt dissolui, quia omnia, quæ dissoluuntur, aut à calido aut a fri gido dissoluūtur; &, quia sunt coagulata a calido solo, ideo oportet, quòd à solo frigido dis- soluantur, & econtra: sed, cum coagulantur & a calido & a frigido simul, tunc non possunt dissolui nec ab uno seorsum, nec ab ambobus, quia contrariorum, causæ sunt contrariæ: sed ista corpora sunt ab ambobus coagulata: ergo a nullo dissolui possunt per se, neque ab uno seorsum, quia ab utroque simul sunt coagulata, & contrariorum causæ debent esse contra- riæ. Secunda causa assignata ab Aristotele ipsius insolubilitatis, fuit angustia pororum, quia in aliquibus pori sunt adeo tenues, ut non admittant aquam ad intra se; ideo non possunt dissolui & fluere more aquæ, quia carent tūc humido interiore, quia iam a frigido fuit disso- lutum uel a calido; & carent etiam illo humido extrinseco, quod propter angustiam pororū non ingreditur intus; ideo sunt insolubilia: & hæc est secunda causa insolubilitatis Sed tu dices de prima causa, quia prima causa uidetur dubia, quòd aliqua corpora sint insolubilia, quia a duplici agente coagulantur, quia idem operatur frigus subsequens, quòd calidū præ cedens, & econtra: &, quòd idem operetur, ostendo, quia calidum coagular consumēdo per se humidum; frigidum etiam coagulat consumēdo cum expressione ipsum bumidum, quia exprimendo absumit: ergo frigidum & calidum eodem modo coagulant, consumendo, s. humidum: ergo, cum ambo eodem modo operentur, non uidetur ideo, cur magis, ea, quæ a duplici agente coagulantur tum a calido tum a frigido, possint minime dissolui, quàm ea, quæ a solo calido, uel frigido coagulantur, quia, ueluti ea, quæ coagulantur a calido & frigi do, coagulantur, quia in eis consumitur bumidum; sic etiam, quæ a simplici calido, uel a sim plici frigore coagulātur; quia idem operantur. Secunda dubitatio est, quia inquit Aristot. quòd quædam fuerunt coagulata a calido incipiente, & à frigido subsequente, perficiente illam coagulationem: ergo uidetur, quòd eadem ratione aliqua possint a frigore incipien- ti coagulari, & a calido subsequenti perfici, quia non uidetur maior ratio de uno, quàm de alio: sed non inuenitur, quòd aliqua incipiant coagulari a frigido, & compleantur a cali- do: ergo etiam neque econtra debet esse, quòd, scilicet aliquod incipiat coagulari a calido, & compleatur a frigido. De primo, cum dicis, quòd idem operatur calor præcedens & fri gus subsequens; dico, quòd uerum dicis, quòd calor & frigus nihil plus operantur, quàm cō sumendo humidum, quod etiam calor per se, & frigus per se, operantur: &, cum dicis, qua re ergo ea, quæ a duplici agente coagulantur, non possunt dissolui, sicut ea, quæ ab uno solo agente coagulātur? dico, quòd, ut ego puto, causa est ista, quia, quæ coagulētur a calido so lo, uel a frigido solo, coagulantur, quia reuera consumitur humidum; sed non resoluitur hu midum eorum totum & in tanta copia, sicut in ijs, quę coagulātur ab utroq;: er ideo ista pos- sunt dissolui a contrario: sed, quæ coagulātur a frigore & à calido simul, in ipsis est quasi cō- sumptum totum humidum, quia calor, scilicet principaliter expellit ipsum humidum, resol uendo; & deinde a frigore totum penè residuum expressione & compressione resoluitur: & ideo, cum omnino dissolutio fiat humidi, & istorum humidum sit fere totum dissolutum, ista sunt insolubilia: & ideo etiam, si sit aliquod coagulatum a frigido & a calido simul, quod non habeat tantam bumidi resolutionem, erit dissolubile: & eriam, si sint aliqua mixta a so lo frigido coagulata, dissoluentur a solo calido; in quo tamen esser maxima resolutio humi diut fete totum humidum exierir, istud coagulatum esset etiam insolubile: & ideo, licer idē operetur calor seorsum, & frigus seorsum, cum calore & frigore simul, tamen non tantum

operatur

operatur calor ſimplex in humidum, aut frigus ſimplex, quantum operantur calor & frigus ſimul: & ideo iſta eſt cauſa, quòd aliquod corpus ſit indiſſolubile, quia ferè totum eius humidum eſt expreſſum: iſta ergo eſt cauſa, quòd ea, quæ a frigido & calido ſimul ſunt coagulata, ſunt inſolubilia, quia ferè totum eius humidum eſt expreſſum: non tamen negamus, quòd aliqua, quæ a ſimplici calore, uel a ſimplici frigore, ſunt coagulata, ſint inſolubilia, ut eſt de topho lapide, ut dixi, & de lapide molari, a quibus ferè totum humidum exprimitur. De ſecundo, quia dicit Ariſto. quòd aliqua coagulantur a calido incipiente, & a frigido perficiente: ergo pari ratione aliqua deberent coagulari a frigido incipiente, & calore terminante, quia non maior eſt ratio de uno, quàm de alio: ſed non inuenitur aliquod coagulatum a frigore incipiente, & a calido terminante: ergo neque inuenitur aliquod coagulatũ a calido incipiente, & a frigore terminante ut uult Ariſto. Albertus ad hoc dicit, quòd non poteſt aliquod coagulari incipiendo a frigore, quod terminetur a calore: Sed hoc falſum eſt, & contra Ariſtotelem ſupra, ubi dixit, quòd incipit coagulatio lactis aliquãdo a calido, & aliquando a frigido in illud proiecto, ut a cardamo, & a calido, ut ex felle tauri, exque folijs lauri. Et poſtea perficitur iſta coagulatio lactis, non tantum a corpore frigido iniecto, ſed a calido ſubſequente, ſcilicet a calido ipſius ignis; & ita a duobus agentibus. Eſſet tam pulchra dubitatio, quam conſideratis, cum eſt, quòd, cum ignis uehementiſſime coaguler, per ſe non poſſit ſolum coagulare, & perficere coagulationem lactis, ſed aliquo corpore iniecto, uel calido uel frigido, cum tamen ignis ſit uehementis exiccationis, & poſſit illud ſupplere, quod fit per corpus iniectum: conſiderate uos etiam in hoc. Tertium argumentum eſt, & hoc facit mihi maximam difficultatem: ſi, quæcunque coagulantur a calido, diſſoluũtur a frigido, & econtra: ergo ſequitur, quòd non poteſt aliquod corpus coagulari a calido incipiente, & perfici a frigido, quia illa coagulatio, quæ incipit a calore, per ſubſequens frigus diſſoluitur, per regulam Ariſtotelis: ergo nunquam illa coagulatio perficitur: ſi dicas tu, quòd hoc corpus eſt indiſſolubile a calido præcedente, coagulante ipſum in principio; ergo non poteſt illa coagulatio incœpta a calido, diſſolui a frigido ſubſequente: ſed cõtra, quia illud corpus tunc eſt indiſſolubile: ergo non eſt cauſa, quòd corpus illud ſit indiſſolubile, quia coagulatum eſt a calido & a frigido ſimul, ſed tantum, quia coagulatum eſt à calido ſolo, quod eſt contra illud, quod dixit Ariſto. Tum etiam, quia hoc erit contra regulã Ariſtotelis, quòd aliqua, quæ ſunt coagulata a frigido uel a calido, non eſſent ſolubilia a cõtrario: & eius humidum non erit in totum reſolutum, quia remanet humidum, quod poſtea exprimitur a frigore complente coagulationem: uel des mihi tu aliquod corpus in exẽplari Ariſto. quod in principio ſit coagulatum à calido, deinde a frigore compleatur, puta de cortice oui, quia ego ita arguam de iſta coagulatione, quæ incipit a calido; cur ergo frigiditas ſequens non diſſoluit? ſi dicas tu, non diſſoluit, quia non poteſt, quia iſtud prius erat inſolubile a calido incipiente: ergo tunc cortex oui eſt indiſſolubilis, quia a calido ſolo coagulatur, non quia calido & a frigido ſimul: & ſic dictum Ariſto. non erit uerum, ſi regula Ariſtotelis eſt uera, quia, quæ a calido coagulantur, a frigido diſſoluuntur: & ſic ſemper inſtabo. Et uos, domini, etiam cogitabitis, quia adhuc ſtat argumentum; quia, cum illud, quod coagulatur a calido, diſſoluatur a frigido; quare ergo coagulatio incœpta a frigido uel a calido, non diſſoluitur a contrario ſuperueniente? ſi dicas, quod ſit indiſſolubile a calido incipiente: contra, quia tunc coagulatio illa a ſolo calido eſſet indiſſolubilis.

TEXTVS QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

Ex his autem manifeſtum eſt quòd a calido, & frigido coguntur corpora. & hæc autem incraſſantia, & cogentia faciunt operationem ſuam. Propterea autem quòd ab his condita ſunt, in omnibus ineſt caliditas, aliquibus autem & frigiditas, qua deficit. Quare, quoniam hæc quidem inſunt, propterea quòd faciunt: humidum autem, & ſiccum propterea quòd patiuntur: participant ipſis communia omnibus. Ex aqua igitur, & terra, ſimilarium partium corpora conſtant & in plantis, & in animalibus. Et quæ metalla ſunt, ut aurum, & argentum, & quæcunque alia talia, & ex ipſis, & exhalatione ea, quæ utriuſque, incluſa, ſicut dictum eſt in alijs. Hæc autem omnia differunt ab inuicem, & ab ſenſus proprijs, & eò quòd eſt poſſe aliquid facere. album enim, & odorum, & ſonorum, & dulce, & calidum, & frigidum, eò quòd poſſunt aliquid face-

re in sensum, sunt. & alijs magis conuenientibus passionibus, quæcunque patiendo dicuntur. dico autem ut liquabile, & concretile, & flexibile, & quæcunque alia talia. omnia enim talia passiua, sicut humidum, & siccum. His itaque differt os, & caro, & neruus, & lignum, & cortex, & lapis, & aliorum unumquodque, quod similarium quidem partium, naturalium autem corporum. Dicamus autem primo numerum ipsorum, quæ secundum potentiam, & impotentiam dicuntur. Sunt autem hæc. Concretile, Inconcretibile, Eliquabile, Inequabile. Mollificabile, Non mollificabile. Tingibile, Non tingibile. Flexibile, Inflexibile. Frangibile, Non frangibile. Friabile, Non friabile. Impressibile, Non impressibile. Formabile, Non formabile. Pressibile, Non pressibile. Trahibile, Non trahibile. Ductile, Non ductile. Fissibile, Non fissibile. Secabile, Non secabile. Viscosum, Fragile. Commassabile, Non commassabile. Combustibile, Non combustibile. Exhalabile, Non exhalabile. Plurima igitur corporum ferè his differunt passionibus; quam autem unumquodque horum habeat potentiam, dicamus.

POstquàm Aristo. declarauit nobis, quòd quatuor sunt qualitates primæ, & declarauit actiones qualitatum primarũ actiuarum, nunc consequenter incipit declarare qualitatum passiuarum actiones, scilicet humidi & sicci, & etiam duas qualitates, quæ sequũtur passiuas. Et, antequàm explicet suam intentionem, primo præmittit quatuor suppositiones, ad declarandum has operationes: & in quarta suppositione explicat intentionem suam, dicens, quòd intentio sua est declarare operationes qualitatum primarum passiuarum. Et prima suppositio est, quòd omnia ista mixta perfecta constat. & habent in se istas quatuor qualitates passiuas, calidum, frigidum humidum, & siccum: & primo probat, quòd omnia mixta perfecta constant ex duabus qualitatibus actiuis; & secundo probat de passiuis: &, quòd omnia mixta constent ex duabus actiuis, probat dupliciter, primo sic, omnia corpora mixta sunt constantia & determinata: sed omnis terminatio est coagulatio, & omnis coagulatio est a calido & a frigido: ergo omnia mixta perfecta constant ex frigiditate & caliditate, & habent calidum & frigidum in se: Tum secundo, quia, si omnia mixta habent calorem, habent illum remissum, quia in summo competit tantum elementis; mixtis autem non conueniunt qualitates primæ, nisi in quodam temperamento, quale conuenit, quia aliter non essent temperamenta: sed, si qualitates primæ sunt remissæ in mixtis; ergo remittuntur a cõtrario: ergo etiam habent qualitates contrarias, quia remissio unius contrarij est per admixtionem alterius contrarij, quia dicit Aristo. secundo Topicorum, quod id est albius, quod est impermixtius nigro, idest quod minus habet de nigro: si ergo mixta habent caliditatẽ remissam; habent ergo frigiditatem, quæ remittit illam caliditatem, quia remittitur illa caliditas in mixto ex admixtione frigiditatis. Et tunc Aristo. ex alia parte probat de passiuis, scilicet, quòd corpora mixta constant ex humido & sicco, quia, sicut omnia corpora mixta habent consistentiam a calido & a frigido actiuè, ita etiam passiuè habent consistentiam ab humido & sicco, ut a recipientibus illam consistentiam, ex quibus coagulata sunt: ergo constat, qualiter omnia mixta perfecta constent ex quatuor qualitatibus primis. Secũda suppositio, dicit Aristo. quia ex hoc, quod diximus, sequitur, quòd omnia corpora homiomera constant ex aqua & terra: sed unde sequitur hoc? ob sequitur ex hoc, quia omnia corpora mixta constant ex quatuor qualitatibus: &, quia humiditas primo inest aquæ, & siccitas primo in est terræ, quia dixit, quòd primum humidum est aqua, & primum siccum est terra: & in mixto sunt hæ qualitates: ergo omnia mixta constant ex aqua & terra: ergo omnia corpora homiomera cõstant ex terra & aqua, quia omnia ista corpora sunt mixta: & omne mixtum constat ex quatuor: ergo ex aqua & terra constant omnia homiomera: et Arist. addit notam illationis, ut declaret, quòd hoc secundum suppositum sequatur ex primo supposito. Et tunc exprimit, quæ sint istæ partes homiomeræ, & dicit, ut in animalibus ossa, caro, nerui; & in plantis cortex, lignum, & omnes partes simplices eorum: & etiam metalla sunt homiomera. Et tunc Aristo. ampliat sermonem suum, quia dixit, quòd corpora homiomera constant ex terra & aqua, sed ex simplici halitu sicco & humido: & quomodo constant ex istis halitibus? dicit Aristo. constant ex illis duobus halitibus, cum intra terram congelantur simul, ex quibus fiunt ista corpora; quia, cum illi duo halitus congelantur intra terrã, tunc fiunt metalla. Sed dices, cur Aristo. magis expressit omnia corpora homiomera constare ex aqua & terra, quàm ex alijs elementis? quia non ne homiomera constant ex igne

&

& aere, & aqua & terra? si enim sunt mixta perfecta, constant ex quatuor elementis, quia omnia mixta perfecta habent quatuor qualitates: respondet Alexander, quòd ideo Aristoteles expressit tantum ista duo, quia omnia ferè mixta perfecta a prædominio sunt aqua & terra, quia in omnibus ferè mixtis prædominantur ista duo elementa: & dico, ferè, quia in aliquibus prædominatur etiam aer, ut in oleo, & in aliquibus aqua, ut in uino, urina, & aceto, ut diximus supra. Tertia suppositio est ista, quòd ista corpora homiomera, de quibus dictum est, quæ sunt corpora naturalia, nõ tantum differunt qualitatibus actiuis, sed etiã passiuis, & ferè magis differunt qualitatibus passiuis quàm actiuis: & dicit Alexãder, quòd ideo ista corpora naturalia sunt, quia sunt partes corporum naturalium, ut animalium, & plantarum: differunt ergo istæ partes similares qualitatibus actiuis & passiuis: & Aristoteles exponit, quid intelligat per qualitates actiuas, & quid per passiuas, quia non amplius intelligit hic per qualitates actiuas, caliditatem & frigiditatem, ut intelligebat supra, neque per passiuas intelligit humidum & siccum, sed per qualitates actiuas intelligit eas quæ propriæ sunt unicuique sensui, ut qualitates tactus, ut calidum & frigidum; qualitates gustus, ut sapores; & qualitates uisus, ut colores: & omnes istæ qualitates quinque sensuum, dicuntur qualitates actiuæ: & sic per qualitates actiuas intelligit propria obiecta priorum sensuum, ut odoratus odor, & uisus color: & ideo dicit, quòd omnes istæ partes homiomeræ differunt ex parte sensibilium priorum, quia aliqua minus odorant, aliqua uero magis; & aliqua sunt magis sonora, & aliqua minus, & sic de alijs: & differũt ista homiomera qualitatibus actiuis: differunt etiam, dicit Aristo. ex parte qualitatum passiuarum, quæ sunt ut coagulabilia & incoagulabilia, quia aliqua sunt coagulabilia, & aliqua incoagulabilia, coagulabile enim dicit passionem quandam, & fluens etiam dicit passionem; & sic etiam mobilia & immobilia, quia aliqua sunt mobilia, & aliqua non: & istæ sunt qualitates passiuæ secundæ, quia primæ qualitates passiuæ, sunt humidum & siccum: differunt ergo istæ partes & ista corpora homiomera non tantum qualitatibus actiuis; sed etiam passiuis qualitatibus secundis; & magis differunt passiuis, quia dicit, quòd magis differunt qualitatibus secundis passiuis, quàm actiuis. Dices tu, quomodo magis differũt qualitatibus passiuis, quàm actiuis? Præterea etiam dubitatur, quia ista corpora differunt istis differentijs per accidens; quia istæ sunt differentiæ accidentales, quia hæc sunt accidentia corporum naturalium, quæ reijcienda sunt à scientia & ab arte, quia, quæ sunt per accidens, non contrariantur: in scientia ergo hæc non debent connumerari ab Aristotele. dico de primo, quòd formæ differunt magis qualitatibus actiuis, quàm passiuis, quia istæ qualitates actiuæ dicuntur ad aliquid, quia dicunt respectum in istis corporibus; & sic dicunt respectum ad corpus, ut uisibile ad uisum; & ideo uidetur, quòd non multum differant ab illis qualitatibus actiuis: passiuæ uero qualitates non dicunt respectum ad corpus, sed sumuntur ex parte materiæ, quia dicunt materiam generationis ipsorum; & ideo uidetur, quòd realior sit differentia ista partium similarium ex parte qualitatum passiuarum quã ex parte actiuarum & cum dicis de alio, oh differentia ista est accidentalis: uerum est: oh ergo non debet connumerari ab Aristotele in scientia; dico, quòd, licet ista differentia sit accidentalis, tamen est necessaria; & ideo debet connumerari: oh quomodo est differentia accidentalis, si est necessaria? dico, quòd potest esse necessaria & accidentalis; &, quia necessaria, ideo numeranda in arte: & priuatio, primo Physicorum, est principium per accidens uerum generabilium & corruptibilium, & tamen numeratur ab Aristotele inter principia necessaria in generatione: ita etiam hic, quia, licet ista differentia sit accidentalis, tamen, quia est necessaria, ideo connumeratur, quia ex ipsa describitur necessaria, & non accidentalis, differentia: quarta suppositio est, quia dixit, quòd partes homiomeræ magis differunt qualitatibus passiuis, quàm actiuis; ideo nunc enumerat istas passiuas qualitates, & consequenter quæ sunt; & dicit, quòd istæ qualitates passiuæ sunt. 18. contrarietates; quæ sunt passiuæ; quia dicunt potentiam patiendi, uel impotentiam; & enumerat illas, ut coagulabile, & incoagulabile, frangibile, & non frangibile; & enumerat omnes; & de omnibus, dicit Arist. est dicendũ a nobis; & primo incipiamus a coagulatione: & quid dicemus? dicit, oh repetemus ea, quæ dicta sunt supra de coagulatione & liquefactio-

ne:& incipit sermonẽ Arist. de coagulatione:& ideo hic etiã ponit intentionẽ suam, dicens, quòd sigillatim de his 18. differentijs uult agere, & incipit a coagulatione:& quare hoc? ꝓh quia iste sermo erit nobis necessarius ad lib. de anim. & plantis, quia ex istis scimus generationẽ animalium & plantarũ:& ideo dixi, quòd post istũ librũ debet sequi immediate liber de animalibus & de plantis, quia in isto libro docet nos Arist. genetationẽ partiũ similariũ; tum animaliũ, tũ plantarũ, quia generatio ista fit per istas passiones, s. per coagulationem & liquationẽ. Lego uerba. Condita sunt idest oĩa mixta effecta sunt coagulatione ex his quatuor primis qualitatibus:& dicit, Cóia, s. mixta, quæ participant omnibus istis qualitatibus primis, & non tantũ constant ex his, sed etiã ex utrisq;, s. ex duplici halitu intra terrã, hæc aũt oĩa differũt inuicẽ ad primos sensus;& differunt etiã posse aliquid facere in sensum, idest in posse aliquid facere in sensum, & etiã in passiuis qualitatibus. Plurima ferè. dicit plurima ferè, quia elementa non differunt his qualitatibus, sed tantum mixta &c.

Posuit Arist. quatuor suppositiones, ex quibus expressit suã intentionẽ, quòd agendum erat potissimum de qualitatibus passiuis, quibus potissime distinguuntur mixta perfecta;& de operationibus qualitatũ, quæ sunt 18. qualitates: prima est coagulabile & incoagulabile; & prima suppositio fuit, quòd oẽ mixtũ perfectũ constat ex quatuor qualitatibus primis:& probauit Arist. quòd oĩa mixta perfecta sunt coagulata, quia sunt terminata, & proprio termino constantia: ergo oĩa sunt coagulata;& coagulatio est a calido & a frigido effectiue, passiue uero ab humido & sicco: ergo oẽ mixtũ perfectũ constat ex quatuor qualitatibus primis. Est modo dubitatio, quia Arist. in illa sua ratione in illatione dicit, quòd ideo oĩa mixta perfecta habent quatuor qualitates primas, quia coagulata sunt & terminata: est, inquã, modo dubitatio, quia non solum mixta perfecta sunt terminata, sed etiam elementa, quia quædã elementa terminanť termino proprio ẽt, sicut mixta, ut elementũ terræ, quod est terminatũ proprio termino: quædã uero elementa non sunt terminata termino proprio, sed alieno, ut aqua & aer:& ita etiã mixtorũ, quædã terminantur proprio termino, quædã termino alieno & non proprio, ut uinũ, urina, ferũ & oĩa, quæ a prædominio sunt aquæ, sunt coagulata, & non magis sunt mixta perfecta, quã elementa: ergo ꝑ rationem Arist. sicut mixta perfecta sunt affecta quatuor qualitatibus primis, ita etiam elementa; quod tamen falsum est: quia, sicut mixta perfecta constant proprio termino, ita etiã quædã eleméta constãt proprio termino; quia, sicut inuenitur illa differentia in mixtis, s. constantia & incóstantia, ita ẽt in elementis: ergo nõ magis coagulata sunt mixta ꝑfecta, quàm elementa; quod tamen falsum est: ergo Arist. ratio est falsa. Secundo quia mixta imperfecta, sicut halitus humidus, & halitus siccus, qui sunt materia oĩum, quę tractantur in hac sciẽntia, sunt coagulata etiam, ut mixta ꝑfecta;& tamen nõ sunt affecta quatuor qualitatibus primis; quia, ex quo sunt mixta imperfecta, non continent quatuor elementa, nec quatuor primas qualitates. Tũ tertio, 2. de gener. & cor. ista conclusio est ostensa, quia ipsa mixta perfecta constẽt ex quatuor qualitatibus primis: ergo frustra repetit hic eandẽ conclusionẽ, & probationẽ huius. tũ quarto, quia assumit aliud falsum, quia dixit, quòd mixta ꝑfecta cõstãt ex calore, sed remisso, & ideo habent ẽt frigus admixtũ, quia remissio caloris fit per admixtionẽ contrarij; quod tamẽ falsum est, quod innuit Arist. s. quòd oĩs remissio qualitatis fit ꝑ admixtionẽ contrarij:&, quòd sit falsum, patet, quia supra dixit Alex. quòd qualitates, quæ secũdario inexistunt elemẽtis, ut calor in aere, & siccitas in igne, sunt remissæ;& tam sine admixtione contrarij, quia nõ est admixta frigiditas in aere, nec humiditas in igne ad remissionẽ siccitatis: ergo istæ qualitates sunt remissæ contrario non inexistente: Tum etiam ratione, quia in quarto Physicorum dixit Arist. quòd in oĩbus formis naturalibus datur maximum & minimum, quod potest existere, & quo maius aut minus non potest existere: ergo datur minimus calor, qui potest existere, ex quo minor existere nõ potest: hoc est uerũ: sumatur ergo aqua summe frigida, & incipiat remitti ab igne immediate: post hoc erit remissus gradus frigoris, sine tamẽ accessione ipsius caloris in aquam, quia introductio caloris in aquam fit in tempore, & non subito: ergo non est uerum, quòd omnis remissio fiat admixtione contrarij, quia ibi nunc est remissa frigiditas in aqua, & tamen nulla est inducta caliditas. Dico de primo, cum dicis, sicut mixta constant proprio termino, ita etiam quædam elementa, ut terra: ergo non magis di-

cuntur

cuntur esse coagulata mixta, quàm elementa; quia, sicut inueniuntur mixta in duplici differentia, quædam constantia proprio termino ut ligna & lapides; & quædam non constantia proprio termino, sed fluentia; ita etiam & in elementis, ut aqua, & in mixtis urina, uinum: dico, inquam licet ita etiam sit in elementis, ut est in mixtis, quòd inueniãtur corpora bifariã, tum quæ terminantur proprio termino, tum quæ alieno, quòd est uerum: &, cum dicis, ergo ita in elementis erit coagulatio, sicur in mixtis, nego argumentum, quia non sequitur, quia coagulatio est passio mixti, ideo cõuenit soli mixto: oh quomodo ergo Arist. probat, quòd mixta sunt coagulata, per hoc, quòd habeant consistentiam, quia eodem modo habent consistentiam elementa, sicut mixta? cur ergo magis mixta dicuntur coagulata? dico, quòd est differentia, quia in omni generatione mixtorum fit aliqua coagulatio, quia in generatione etiam mixtorum conueniunt & quatuor elementa: &, quia in generatione mixtorum nondum redacta sunt ad temperaturam; ideo ad hoc, ut reducantur ad temperaturam, oportet, ut calor, superfluum humidum resoluat: et ista resolutio humiditatis est quędã coagulatio; & de hac coagulatione intelligit Arist. quia, ex quo mixta habent quandam mixtionẽ, quia elementa immixta debent misceri actione caloris; & non possunt misceri, nisi humidum superfluum resoluatur, remanente sicco terreo constante; & hæc resolutio est quædam coagulatio, quia generatio mixtorum est coagulatio, quia est resolutio superflui humidi; & ideo omnia mixta sunt coagulata hoc modo: elementa uero non sunt hoc modo terminata, quia non per illam resolutionem superflui humidi; ideo ratio Arist. propter hoc, ualet de mixtis, non autem de elementis: quia, ex quo mixta habent quandam mixtionem, quæ non potest fieri nisi per resolutionem superflui humidi a calore, quæ resolutio dicitur coagulatio, & in elementis non est hæc resolutio; ergo nec ista coagulatio. De secundo, quia etiam mixta imperfecta, sunt coagulata, sicut perfecta, quia etiam habent consistentiam, sicut perfecta: ergo genita sunt coagulata, sicut illa; cuius oppositum dicit Aristo. dico, quòd differunt specie mixta perfecta & imperfecta, quia differũt ab illis materia & forma, ut planta ab elemẽto: sed mixta imperfecta non differunt specie ab elementis, quia non differunt secundũ substantiam & naturam ab ipsis elementis, immo sunt eadem substantialiter cum elementis, ut uapor est idem, quod aqua; & exhalatio sicca est idem, quod terra substantialiter: sed differunt accidentaliter, quia uapor est substantialiter aqua; & exhalatio sicca, est substãtialiter terra: & ideo tantum substantialiter differt ab ipsa terra, quia habet calorem secũ admixtũ: & ita de uapore, qui est idẽ substãtialiter, quod aqua, sed differũt tantũ accidẽtaliter, quia uapor habet secũ calorẽ, & aqua nõ: & hæc est differentia, quia mixta perfecta differũt natura & substãtia ab elemẽtis; imperfecta uero nõ differũt secũdũ substãtiã & naturã, sed tñ p accidẽs. De alio, quia ista cõclusio iã fuit ostẽsa in secundo de gene. & cor. ergo nõ debuit ostẽdere hic; dico, quòd uerũ est, quòd ibi fuit ostẽsa: ergo nõ debet hic amplius demõstrari hæc cõclusio: dico, quòd Arist. ẽt hic repetit demõstrationẽ illius cõclusionis, sed alia uia hic demonstrat, quã ibi, quia hic demonstrat ex natura constantiæ istã cõclusionẽ: quia. n. mixta cõstãt, & habẽt propriũ terminũ, ideo necesse est, cũ ista cõstẽt, quòd fiãt ex quatuor elemẽtis, idest ex quatuor qualitatibus: quòd aũt mixta perfecta habeãt quatuor qualitates, ibi in lib. de gene. & cor. alia uia demõstrauit Arist. s. ex natura ipsius mixtionis, quia oẽ mixtũ cõstat ex quatuor elemẽtis: & sic alia uia hic, & alia uia ibi demonstrauit eandẽ cõclusionẽ: & hoc non inconuenit eandẽ conclusionẽ demonstrare, sed alia & alia uia: & ideo nõ inconuenit, quòd eadem conclusio hic & ibi demonstretur ac reperatur.

De quarto, cũ dicebas, quòd nõ est uerũ, quòd oĩs remissio fiat contrario existẽte suo; dico, ut dixi, quòd uerũ est id, quod dixit Alex. quòd qualitates elementorũ sunt remissæ sine suo contrario, quia uniuersaliter daretur minus minimo reale; ut si in actione ignis remittatur minimum frigiditatis in aqua, non per hoc tamen generatur ibi aliquis calor, quia ille calor esset minor minimo; neque generatũ unus gradus caloris per partem post partẽ: & tamen frigiditas illa remittitur, antequam introducatur unus gradus caliditatis: & hoc est uerum: & ideo ista ratio non potest solui, quia ignis immediate post hoc remittit, non tamen post hoc immediate introducitur forma caloris, quia sic daretur minus minimo; sed prius disponitur materia; & remittitur frigiditas, & deinde in instanti introducitur unus

gradus caliditatis: oh quid ergo dicit Aristo. dico, quòd intelligendus est Aristo. quòd nõ potest esse remissio unius contrarij, si multa & uehemens ista remissio, sine mixtione alterius contrarij: potest tamen esse remissio unius contrarij sine admixtione alterius contrarij, sed, quia hic in mixtis qualitates sunt intensæ, & remissio intensa; ideo in mixtis non est remissio qualitatum nisi ualde intensa: &, quia est ualde intensa, ideo non potest fieri ista remissio in mixtis sine contrarij admixtione, quia non potest aliqua qualitas intensa remitti sine contrario inexistente; *sed remissio* qualitatis intensæ non potest fieri sine permixtione sui contrarij: & sic dico, quòd argumentum Aristotelis tenet gratia materiæ, non gratia formæ; ut in mixtis est calor remissus, ergo etiam frigus, ualet argumentum gratia materiæ, quia in mixtis est remissio caloris intensa; quia, si modica sit remissio, ut in elementis, non esset uerum dictum Aristotelis: uerbi gratia in aere est caliditas remissa, ergo est ex admixtione frigoris, &c.

TEXTVS QVADRAGESIMVS TERTIVS.

De concretili igitur, & inconcretili, & liquabili, & ineliquabili dictum est quidem uniuersaliter prius, attamen redeamus & nunc. Corporum enim, quæcunque concrescunt, & indurantur, hæc quidem a calido patiuntur hoc, hæc autem a frigido. a calido quidem exsiccante humidum, a frigido autem exprimente calidum. Quare hæc quidem humidi absentia, hæc autem calidi hoc patiuntur: quæcunque quidem aquæ, calidi, quæcunque autem terræ, humidi. Quæ igitur humidi absentia, ab humido liquefiunt: nisi sic coierint, ut minores relicti sint meatus, quàm aquæ moles, uelut fictile. Quæcunque autem non sic, omnia humido soluuntur, ut nitrum, sales, terra ex luto. Quæ autem calidi priuatione, a calido soluuntur, ut glacies. plumbum, æs. Qualia igitur concretilia, & eliquabilia dictum est, & qualia ineliquabilia. Inconcretilia autem, quæcunque non habent humiditatem aquosam, neque aquæ sunt, sed plus calidi, & terræ, ut mel, & mustum. nam uelut feruentia sunt. Et quæcunque aquæ quidem sunt, habent autem plus aeris, sicut oleum, & argentum uiuum, & si quid uiscosum, uelut uiscum, & pix. Mollificabilia autem sunt concretorum quæcunque non ex aqua, uelut glacies (omnis enim glacies aqua est) sed quæcunque terræ magis, & neque euaporauit totum humidũ, sicut in nitro, aut salibus, neque habet inæqualiter, sicut fictile, sed sunt trahibilia non existentia humectabilia, aut ductilia non existentia aquæ, & mollificabilia igne, uelut ferrum, & cornu, & ligna. Sunt autem eliquabilium, & ineliquabilium hæc quidem tingibilia, hæc autem non tingibilia. uelut æs non tingibile, liquefactibile existens. lana autem, & terra tingibilia: madefiunt enim. Et æs quidem liquabile, non ab aqua autem liquabile. Sed ab aqua liquabilium, quædam non tingibilia, uelut nitrum, et sales. neque enim tingibile aliquid, quod non mollius fiat madefactum. Quædam autem tingibilia existentia, non liquabilia sunt, uelut lana, et fructus. Sunt autem tingibilia quidem, quæcunque terræ existentia habent meatus maiores aquæ molibus, existentibus durioribus aqua. Liquabilia autem aqua, quæcunque per totum. Propter quid igitur terra quidem & liquefit, & tingitur ab humido: nitrum autem liquefit quidem, tingitur autem non? Quia in nitro quidem per totum meatus: quare diuiduntur mox ab aqua particulæ: in terra autem permutatim sunt meatus. quare qualitercunque susceperit, differt passio.

Cum Arist. proposuit intentionem suam, qua agendum erat de illis. 18. contrarietatibus; & prima fuit coagulatio & liquatio, quæ est prima contrarietas, non ordine doctrinæ, & materiæ sed ordine quia ista fuit prima contrarietas numerata; dicit modo Aristo. quòd dicendum est prius de coagulabili & liquabili; ideo repetamus prius dicta uniuersaliter de istis: & tria repetit; & pri. dicit, quòd istæ coagulationes, s. quæ fit à calido, & illa, quæ fit à frigido, tripliciter differunt; primo, quia coagulatio, quæ fit à calido, fit, quia humidum consumitur à calido; ut, cum calor solis consumit humidum luti, & ideo lutum coagulatur à Sole: coagulatio uero: quæ fit à frigore, fit expressione calidi cum humido simul, dicit Aristo. quia frigus coagulat corpus hoc modo, scilicet exprimendo calidum eius interius & intrinsecum, & cum eo calido exprimit etiam humidum, quia frigidũ coagulans exprimit illud. secundo dicit Aristo. differunt, quia, quæ coagulantur à calido, sunt à prædominio terræ, sicut lutum: quæ uero coagulãtur à frigore, sunt à prædominio aquæ, ut urina, serum, uinum; exemplum primi, dicit Arist. sicut sal & nitrum, quæ coagulantur

gulantur à calido consumēte humidum eorum; à frigiditate ueto coagulantur expressione calidi cum humido simul; ut cum fit glacies. Tertia differentia est, dicit Aristo. quia, quæ coagulantur à calido coagulantur absentia humidi: quæ uero a frigore coagulantur, absentia calidi coagulantur, quia iam diximus, quòd calidum coagulat consumendo humidum in uaporem; ergo absentia humiditatis coagulat: quæ ueto coagulantur à frigido, absentia calidi coagulantut quia frigidum exprimit calidum, & simul cum eo exprimitut humidum. Secundo dicit, ubi loquitur de dissolurione, quòd, quæcunque absentia humidi sunt coagulata id est quæcunque à calido coagulantut, præsentia humidi dissoluūtur: exēplum sal & nitrum, quæ fuerunt coagulata à calido, puta à Sole absentia humidi; ista etiam eadem, præsentia humidi dissoluuntur, quia, cum hæc proijciuntur in aquam frigidam, dissoluuntur; uerumtamen est, quòd non semper, quia aliquando aliquod obstat, ne dissoluantut, ut, quando est tanta angustia pororum, quòd non admittunt humidum exterius ad intra penetrans; & tunc ista non possunt dissolui: & sic per accidens, dicit Aristo. ista aliquando non possunt coagulari, ut quando aliquid obstar, ut angustia pororum, quia humidum tunc non potest ingredi; & sic ex presentia humidi non possunt dissolui: & quæ sunt ista? oh dicit Aristote. sicut est latere, qui fuit coagulatus absentia humidi à calido in fotnace, & non potest dissolui ab humido præsentia humidi aquei, quia propter angustiam pororum nō potest admittere humidum aqueum ad inrta se ipsum, idest intra suos meatus, ergo non potest dissolui: & quare non potest admittere aquam intra se? quia habet poros minutos & angustos: & quare habet poros angustos? oh dicit Aristo. quia calor agens in materiam lateris, conuertit eius humidum in uapores, qui uapores exhalaut per poros lateris, qui pori sunt ualde angusti & tenues; & tenuior est iste uapor, quàm sit aqua; & ideo aqua non potest admitti per illos poros, per quos exit uapor ille subtilis, qui etiā fecit poros illos ita angustos, propter eius subtilitatem, cum euaporauit a latere, &, quia sunt ita angusti, non potest aqua, quæ est crassior uapore, ingredi; & ideo non dissoluitur ab aqua: quæ uero coagulata sunt absentia calidi, idest a frigido, ista dissoluūtur præsentia calidi; sicut glacies præsentia calidi dissoluit̄, quia fuit coagulata à frigore absentia calidi, quia iā diximus, quòd mixta bifariā sunt coagulata, uno modo à calido, alio modo absenria calidi. Et tunc Aristo: prosequitur. 3. dicens, quod corpora incoagulabilium quædam non possunr coagulari, ut quæcunque non habent humiditatem aquosam; & ista sunt duplicis naturæ: & bene aduertatis, quia hic in exemplis Aristote. sunt infinitæ difficultates; dicit ergo Arist. quòd ista, quæ sunt incoagulabilia, sunt duplicis naturæ; quædam enim sunt a prædominio terræ, ut mustum & mel; & quædam aquæ & aeris, ut oleum, pix: & subdit, feruēt enim, quę uetba bifariam possunt exponi; primo, ut Albertus, idest quòd ista corpora nō possunt coagulari, quia, cum ista corpora sunt dissoluta a calido, si coagulantur, coagulantur a frigido: sed non possunt coagulari à frigore, feruent enim: uel ostendit nobis, quòd mel & mustum sunt a prædominio terræ & aeris, quia feruent: & unde hoc, s. iste feruor? oh quia feruor iste, qui est in musto, nihil amplius est, quàm crebra generatio ampullarum paruarum in superficie musti; & hæc crebra generatio ampullarum in istis est a uehementi calore, qui agēs in ipsa, generat uapores, ascendentes ad superficiem ipsorum, ut ipsius musti & mellis; & nō unit illam superficiem, sed eleuat ipsam; & ita generantur illæ ampullæ, quia, scilicet ex aere, siue a uapore, eleuato a uehemenri calore existenti in musto & melle, & genito à sole in materia musti, & in materia mellis, quia passa sunt uehementem calorem, generantur illæ crebræ & paruæ ampullæ, quia illa corpora, scilicet mustum & mel, sunt quoquomodo tenacia, ideo uapor ille non rumpit illorum superficiem, sed eleuat, & fiunt illæ ampullæ: sed iste calor, qui est in musto & melle, est in parte eorum terrea, ut in corticibus & nucleis & acinis, qui sunt exusti a calore; & ideo habent illum calorem adquisititium a sole; & sic agūt in partes aqueas, & ipsas conuertunt in spiritum, qui est de natura aeris, & fiunt istæ crebræ ampullæ: & sic potest istud uetbum, feruent enim, nobis ostendete, quòd hæc mixta sunt a prædominio terræ & aeris. Alia sunt corpora, quæ non possunt coagulari, quæ sunt a prædominio aquæ & aetis, ut oleum, & pix, & gluten, & argentum uiuum; plus tamen hæc sunt aeris, quàm aquæ: & ideo ista corpora non possunt coagulari, ut dicit Alexand. quia corpora,

pora, quæ coagulantur, ita se habet, quòd in ipsis separatur humidum à parte terrea cōstanti: sed in illis corporibus propter eorum tenacitatem & uisciditatem non potest separari humidum aqueum à parte terrea; ergo ista corpora non possunt coagulari, ut etiam supra dixit Aristote. & ideo habemus, quòd corpora, quæ non possunt coagulari, sunt duplicis naturæ. Lego uerba, Quæ sit moles, idest crassities & magnitudo ipsius aquæ, quia ly moles scribitur per unum l.

Sed tu dices, quia Arist. hic uult, quòd, quæ coagulantur, bifariam coagulentur: quædam enim à calido coagulantur; & ista, absentia humidi coagulantur: quædam autem à frigido; & ista, absentia calidi cum humido: ergo omnis coagulatio fit absentia humidi, quia calidum coagulat consumendo humidum; frigidum uero exprimendo humidum: ergo omnis coagulatio fit absentia humidi: ergo omnia, quæ liquescunt, præsentia humidi liquescunt, quia contrariorū contrariæ sunt causæ. Sed hoc uidetur falsum, ut iam de sale & nitro dixit, ut quæ non dissoluuntur ab humido, sed à frigido & humido; quia, si sal inijciatur in aquam calidam, non liquescit, neque fluit more aquæ, bene tamen dissoluitur in paruas partes, ut supra diximus in dubitationibus, quòd non dissoluitur, sed rumpitur in paruas partes, & non liquescit à calido, sed à frigido: ergo non à sola præsentia humidi liquescunt: neque glacies etiam dissoluitur ab humido tantum, sed etiam à calido, quia coagulatur aqua a frigore exprimente humidum, & tamen præsentia humidi non dissoluitur: tum secundo ratione: quia, si omnis liquatio est præsentia humidi: ergo omnis liquatio primo est ab humido; cuius oppositum dixit supra, ubi dixit, quòd liquatio primo est à calido aut à frigido: ergo est discrepantia in uerbis Arist. Tum quia dicit, quòd calidum coagulat cōsumendo ipsum humidum; frigidum uero coagulat exprimendo calidum, & cum eo humidum: Sed contra, quia tunc istæ operationes fierent per accidens, quia istæ operationes per accidens conueniunt calido & frigido; quod patet, quia operatio per se calidi est calefacere, quia calidum per se calefacit; ergo per accidens coagulat, & consumit humidum: frigidum uero per se frigefacit; ergo per accidens exprimit calidum, & cum eo humidum: ergo istæ sunt causæ accidentales coagulationis: &, si istæ sunt causæ accidētales, quæ ergo sunt causæ per se coagulationis & essentiales? quia Arist. debuit ponere causas essentiales, ut docuit primo Posteriorum: ergo Aristote. non procedit, ut in libro Poster. ergo tum tertio, quia supra dixit, quòd omnia, quæ sunt aqua à prædominio, ut uinum, serum, coagulantur à frigido; & tamen ista corpora non coagulantur expressione calidi cum humido, quia hic nullum calidum & nullum humidum exprimitur, quia aqua summè frigida à frigore coagulatur, & tamen nullum calidum exprimitur ab ea, quia nullum habet calidum; neque etiam exprimitur humidum. De primo, cum dicis, quòd Arist. dicit, quòd omnia, quæ coagulantur, tam à frigido, quàm à calido, coagulantur absentia humidi; dico, quòd uerum est: ergo omnia, quæ dissoluuntur, dissoluuntur præsentia humidi: uerum est, oh hoc est falsum de nitro & sale, quia supra dixit Aristo. quòd ista dissoluuntur à frigido, & non ab humido solo, quia, si inijciatur sal in aquam calidam, non dissoluitur, sed disrumpitur in paruas partes; ergo non à calido & humido, sed à calido & frigido: dico, quod dictum Aristotelis non debet intelligi, quòd omnis dissolutio fiat ab humido, tāquam à causa principali dissoluente, ita, quòd humidum sit tanquā prima causa dissolutionis, quia cum humido etiam semper cōcurrit calor aut frigus, tanquam causa principalis; sed humiditas est, tanquam causa secundaria: & ideo causæ principales coagulationis sunt calor & frigus, & etiam ipsius liquationis cum istis, tamen secundario semper concurrunt aut humiditas, aut siccitas, ita, quòd humiditas est causa secundaria liquationis, principales uero sunt aut frigus aut caliditas, concurrentes cum humiditate: & ita, cum dicis de sale & nitro, quòd non dissoluuntur ab humido, sed à frigido & humido simul; dico, quòd ista corpora dissoluuntur ab humido; non tamen à solo humido, sed etiam à frigore, quia ista corpora fuerunt coagulata à calido & sicco, ideo dissolutio etiam, oportet, quòd fiat à frigido & humido. De secundo, quod dicis de glacie, quæ non dissoluitur ab humido, sed à calido; & tamen est coagulata à frigido & sicco, dico, quòd ista coagulatio aquæ non est ea, de qua loquitur hic Aristoteles, quia coagulatio, de qua hic habetur sermo ab Arist., est passio mixti

quæ,

quæ fit per dissolutionem humidi, remanente humido alio magis constante: sed ista coagulario aquæ est expressio uehemens partis aqueæ cum parte terrea: & ideo argumentum nõ est ad propositum de glacie, quia Arist. non loquitur de hac coagulatione, quia potius dicitur congelatio, quàm coagulatio. De tertio, quia coagulatio per accidens fit à calido & à frigido, quia calor putrefacit; ergo per accidens coagulat; & sic de frigore: si ergo istæ sunt causæ accidentales, quia per accidens sunt causæ coagulationis, & liquationis, quę ergo erunt causæ per se? Dico, quòd calor & frigus sunt etiam causæ per se coagulationis & liquationis: & cum dicis, oh calor & frigus per accidens coagulant & dissoluunt, quia per se calefaciunt & frigefaciunt; dico, quòd bifariam possunt considerari calor & frigus; uno modo calor, ut calor est; & frigus, ut frigus est: & si sic consideratur, sic reuera per accidens sunt causæ coagulationis & liquationis, quia calor, ut calor est, habet calefacere; & frigus, ut frigus est, habet frigefacere; quia, si calor ut calor, & frigus ut frigus, consumunt humidum, hoc est per accidens, non per se: alio modo calor & frigus possunt considerari, ut sunt instrumenta naturæ agentis coagulationem & liquationem in generatione mixtorum; &, ut sic, sunt causæ per se coagulationis & liquationis, quia, nt sunt talia instrumenta, intendunt id quod intendit tale agens naturale, agens istos effectus: & sic sunt causæ per se horum effectuum; & isti effectus reducuntur ad istas causas, ut causas per se. De quarto & ultimo, quod mixta aquea coagulãtur à frigore, nulla tamẽ facta expressione humidi & calidi; dico, quòd duplex est passio, quæ accidit istis corporibus aqueis, scilicet uino ac urinæ; una est congelatio, & alia est coagulatio: si loquamur de congelatione, sic dico, quòd uerum est, quòd, cum hæc mixta congelantur, nullum humidum nec calidum exprimitur, quia ista non fit expressione calidi neque humidi, quia hic non fit aliqua expressio uehemens partis terreæ, sed fit compressio humidi cum sicco; & ista reuera dicitur congelatio, non autem coagulatio: alia uero est passio istorum corporum, quæ dicitur coagulatio; & ista fit absentia, & resolutione humidi, qnia, cum calor agit in ista corpora, actione humidi, quia, cum calor agit in ista corpora actione ignis crassescunt, ut uinum actione ignis crassescit, & sic ista corpora aquea à calido constant & coagulantur, quia euanescit eorum pars aquea: & ideo ista passio, est resolutio partis aqueæ cum terrea, ut est in coagulatione, quia in ista passione fit resolutio humidi; quia uinum resolutione humidi crassescit; & sic, loquendo de congelatione, dico, quòd uerum est, quòd non fit cum expressione humidi; secunda uero sic scilicet coagulatio.

Repetens Arist. quæ prius dixerat de coagulatione, ac liquatione, dixit, quòd corpora incoagulabilia duplici de causa non coagulautur, & quòd talia corpora sunt duplicis naturæ: patet, quia aliqua sunt à prędominio terræ & aeris; & aliqua sunt à prędominio aquę & aeris, & ista talia plus habent aeris, quàm aquæ: & hec est prima causa, & cur aliqua corpora sunt incoagulabilia? quia, scilicet aliqua sunt à prædominio terræ & aeris, ut mel & mustum: aliqua autem ideo sunt incoagulabilia, quia sunt à prædominio aquæ & aeris, plus tamen habent aeris quàm aquæ, ut argentum uiuum & oleum & pix: & sic duplex est causa coagulationis cum prædominium aeris & terræ, ut in musto, & melle; tum prædominium aeris & aquæ, ut in oleo & argẽto uiuo. Et ideo est modo dubitatio in dictis Aristotelis, primo de melle & musto, quia Aristo. ponit ista incoagulabilia, & a prædominio terræ & aeris; quia mel dissoluitur á calido; ergo coagulatur a frigido, quia contrariorum contrariæ sunt causæ. Tum secundo, quia mel sui natura, constat proprio termino, & non fluit; & ista est quædam coagulatio, quia coagulatio nihil aliud est, quàm quædam consistentia proprio termino: ergo mel est coagulatum: non ergo uerum est, quod dicit Aristo. quòd mel sit incoagulabile: Tum de musto, quia, ut supra dixit, mustum est eiusdem speciei cum uino: sed uinum est a prædominio aquæ, & non aeris & terræ; &, si a prædominio aquæ; ergo coagulabile est a frigore: ergo etiam mustum coagulabile est à frigore. Tum tertio dubitatur in eius ratione, quia uidetur nulla; quia dicit, quòd ista non sunt coagulabilia, quia sunt à prædominio terræ & aeris, & aquæ & aeris.

Sed contra, quia hic est instantia de seuo, & de adipe, quia secundo de partibus animaliũ cap. proprio, ubi ponit differentiam inter adipem & seuum, dicit Arist. quòd adeps est pars, quæ

quæ generatur ex ſubtili ſanguine;cum occurrit frigiditati membranæ ; & adeps eſt, quæ inuenitur abſolute intra carnem & cutem; & non coagulatur neque frangitur,quia minus terreum,quàm ſeuum; & eſt in animalibus utrinque dentatis,ſeuum uero eſt in animalibus nó utrinque dentatis; & eſt magis terreum,quia iſta animalia abundant magis terra , & parum habent aquæ: habet ergo ſatis terræ,& habet etiam multum aeris ipſum ſeuum ; quod patet ex eius pinguedine, quia cito inflammatur,dicit Ariſto. & ſic pinguedo eſt,quæ generatur ex tenui ſanguine ſub cute:adeps autem adhæret membranæ; & generatur ex tenui parte ſanguinis,cum obuiat membranæ frigiditati; & reperitur in animalibus dictis;& hoc eſt a prædominio aeris & terræ,quia facile exurit: dicit ergo Ariſt. quod ſeuũ differt ab adipe quia eſt à prædominio aeris & terræ,& coagulatur à frigiditate membranæ:ergo ratio Ariſtotelis nulla, cum dicit , quòd iſta corpora ſunt aeris & terræ à prædominio ; ergo non poſſunt coagulari : quia patet inſtantia manifeſta de ſeuo , quod eſt à prædominio aeris & terræ , & tamen coagulatur à frigiditate membranæ , cui hæret , & reperitur in animalibus terreſtrioribus : ergo ratio ſua nulla . Quod dicis de primo , quod mel coagulatur , quia calido liqueſcit ergo à frigore coagulatur ; dico , quod regula non eſt iſta , quia Ariſt.non dat nobis iſtam regulam , quòd, quæcunque liqueſcunt à calido , coagulentur à frigido , & econtra ; ſed dicit, quòd, quæcunque coagulantur à calido, à frigore liqueſcũt, & econtra:& ſic non ſequitur argumentum tuum, ſcilicet liqueſcunt à calido ; ergo à frigore coagulantur . Tum ultra dico; quod,ſi qua coagulatio eſt in melle, uel in parte eius, illa non dicitur coagulatio mellis , ſed eſt craſſities quædam, cum conuertuntur partes eius aereæ in aqueas,quæ permixtæ reddunt ſubſtantiam eius craſſiorem : à calido etiã craſſeſcit, reſoluente eo partes aqueas,remanente parte terrea. De ſecũdo,quia coagulatio nihil eſt, niſi conſtantia quędam : ſed mel conſiſtit proprio termino ; ergo dico , quòd licet generatio mellis ſit quædam coagulatio;& à natura mel fit coagulatum , tamen mel exiſtens & genitum,non amplius coagulatur : & ita intelligit Ariſto. quòd non poteſt coagulari neque à calido,neque à frigido , poſtquàm genitum eſt,licet poſſit ab utroque craſſeſcere, quia eſt à prædominio terræ,& non aquæ,ſed aeris:& ideo iſta non ſunt coagulabilia : quia nó habẽt humidum aqueum,ſed aereum:& ita non coagulatur mel : & ita loquitur Ariſtot. de melle actu exiſtente . De alio , de muſto,quod eſt eiuſdem materiæ cum uino; dico , quòd , licet per ſe eiuſdem ſit naturæ cum uino,tamen differunt accidentaliter ; & ideo aliquod uinum poteſt à frigido coagulari,non autem muſtum : quòd autem per ſe ſint eiuſdem naturæ , & non differunt , niſi accidentaliter , oſtenditur , quia non differt muſtum à uino , niſi quia muſtum continet in ſe multam acinorum copiam,& multos cortices,qui habent uehementem calorem acquiſititium à ſole,& aliqua corpora tenuia calida,quæ non continet ipſum uinum : & ſic per ſe idem ſunt uinum & muſtum: differunt tamen accidentaliter,ſcilicet per admixtionem iſtorum acinorum,& aliorum corporum exteriorum : & ideo muſtum nó poteſt coagulari, quia habet alia corpora admixta,quæ feruent,à quibus impeditur, ne poſſit coagulari muſtum,feruet enim, dixit Ariſto . ſupra:& ſi coagulatur , conuertitur in aliam naturam,& non in muſtum : uinum autem bene poteſt coagulari,quia non continet in ſe illa corpora. De tertio, de ratione Ariſto. quia non ſequitur,ſunt terræ & aeris à prædominio; ergo non poſſunt coagulari, quia eſt inſtantia de ſeuo,quia coagulatur à frigiditate mẽbranæ,ut dicit Ariſto.in loco adducto ; & tamen ſeuum eſt à prædominio aquæ & terræ : dico,quòd illa non eſt coagulatio,ſed eſt craſſities quædam;ſicut dicit Ariſto . de oleo , quia craſſeſcit à frigore,& non coagulatur,quia habet partes aereas,non autem aqueas: & ideo potius eſt quædam congelatio & expreſſio partium, & non reſolutio humidi aquei à parte terrea,quia coagulatio eſt,cum partes aquæ ſeparantur à partibus terræ : ſed,quia hoc corpus eſt à prædominio aeris,ergo non habet partes aqueas,ſeparatas à parte terrea ; & ideo non eſt coagulatio . Secunda dubitatio principalis eſt de argento uiuo,quia dicit Ariſtot. quòd argentum uiuum non poteſt coagulari , primo,quia, ut dicit Albertus , iſti , qui dant operam chymicæ, duplici arte congelant argentum uiuum, tum addendo ſulphur ; ſi enim addatur ſulphur argento uiuo cum uehementi igne, coagulatur quia diſſoluitur eius humidum ſuperfluum : tum etiam alio modo coagulatur, quia,cum argentum uiuum ebullit in igne,

igne,agitatur baculo cornili in fornace,quia hi baculi facile ab igne exiccátur,qui exiccati ne detur uacuum , attrahunt humiditatem superfluam argenti uiui, & sic coagulatur,quia fluit argentum uiuum propter humiditatem superfluam aqueam : sed alij utuntur etiam succo quarundam herbarum : ergo coagulatur argentum uiuum : ergo tamen nescio,an hoc sit uerum. Tum secundo,quia Aristo. contradicit sibi,& omnibus medicis,quia in fine tertij huius,& in quarto Physicorum dicit,quòd materia omnium metallorũ est aqua : ergo omnia metalla sunt à prædominio aqueæ : ergo argentum uiuum, cum sit de numero metallorum,est à prædominio aqua : ergo non est à prædominio aeris,ut dicit hic Arist.quia ipsum non est calidæ temperaturæ,sed frigidæ, quia prædominatur aqua. Tum quia contradicit Galeno in quinto de simpl.med.cap. 18.ubi dicit,quòd argentum uiuum est frigidæ & humidæ complexionis : & Auicen. etiam secũdo canonis sequens Galeni dictum,dicit,quod frigidum est,& humidæ complexionis : ergo Aristo. contradicit sibi,& medicis,& experientiæ,quia medici hoc dicunt experientia : ergo non est à prædominio aeris,quia sic esset calidi & humidi temperamenti : quid ergo dicit Aristo. Tum etiam ratione arguitur,quia argentum uiuum fluit more aquæ,& multũ habet humidi : ergo est à prædominio aquæ, quia defluxus inest ei ratione aquæ. Tum secundo,quia argentum uiuum inducit ægritudines frigidas,ut soporem, paralysim, & alia huiusmodi : ergo non est à prædominio aeris. Tertio etiam fortius,quia,si esset à prædominio aeris,ut dicit Aristo. tum supernataret aquæ, ut oleum : sed non supernatat aquæ,immo habet maximam grauitatem,ratione cuius grauitatis numeratur, dicit Dioscorides, inter uenena; & sui grauitate etiam exulcerat, dicit Galenus : ergo non est à prædominio aeris. Tertio, quia Alexander exponens hic Aristotelem, ubi dicit,sicut oleum & argentum uiuum,exponit hydrargyrus, Alexander,& nõ ponit differentiam inter ista : sed Dioscorides lib. 5. ponit differentiam, & etiam Vitruuius,& etiam Plinius:&,quia differt hydrargyrus ab argento uiuo in uillis,ideo adulteratur argentum uiuum,quia fit argentum uiuum,tum à natura,tum ab arte; hydrargyrus tantum fit à natura; quia hydrargytus est mineta per se,& argentum uiuum fit etiam arte ex cinabrio. De primo,domini,dico,cum dicis,congelatur argentum uiuum tum ex appositione sulphuris , tũ ex illis lignis exiccatis,tum ex succo herbarum; dico,quòd,si ita est, quòd possit congelari, quia ego nescio,an ita sit,quòd argentum uiuum possit congelari , quia continue laborant isti chymici,ut congelent argentum uiuum; quia, cum est congelatum,est postea uerum argentum,& uocatur ab eis luna fixa; si ita sit,dicendum est , ut dicit Albertus , quòd illa non sit uera congelatio,sed potius permutatio huius corporis in aliud corpus alterius speciei ab ipso argento uiuo,quia hoc corpus ex sui natura habet multam aquæ quantitatem, quæ cũ exiccatur,introducitur siccitas; & sic mutatur in aliam speciem metalli,& non remanet amplius argentum uiuum,& sic potius est mutatio in aliam speciem : non ergo est uera congelatio. Sed, domini, ego non credo istis chymicis,quia multa mendacia proferunt,& multũ laborant in hac congelatione,quæ ualde difficilis est : & multi cõsumpsere patrimonia, quęrentes id,quod non habent perdendo quę habent; & non credũt Aristoteli,quod dicit hic, quòd argentum uiuum non potest congelari . De secundo,quia Aristo. contra dicit sibi ipsi,& medicis,quia sibi non constat , & communi medicorum sententiæ contradicit; dico, quòd re uera medici inter se sunt discordes,quia Galenus loco citato in 5. de simpl. medic. dicit,quòd est frigidæ complexionis & humidæ,sed in 9.lib. etiã de simpl.med. dicit , quòd non fecit experimentum,cuius temperaturæ sit argentum uiuum,& an sit deleterium:Auicenna tamen dicit,quòd est frigidi & humidi temperamenti : & Aliabas secundo Olymp. dicit,quòd est calidi & sicci temperamenti: & idem etiam dicit Rasis in tertio Almansoris, quòd est calidi & sicci temperamenti : & isti chymici etiam sequuntur istos,qui utuntur ad exiccandum : & Conciliator differt 13. uoluit conciliare istos,& dicit,quòd argentum uiuum est corpus æthereum,quia habet partem nobis manifestam,quæ aquea est; & fluit more aquæ; & ratione huius partis est frigidi & humidi temperamenti : habet etiam aliam partem,quæ est sulphurea,& exusta ; & ratione huius est calidi & sicci temperamenti : & ideo isto modo ponit concilium inter Galenum, Auicennam,Aliabatem,& Rasim. Sed, domini,hoc,quod dicit Conciliator nihil est,quia,cum unius corporis mixti sit unum elementũ prædominans

prædominans tantum; ergo tantum unus locus naturalis, quia duo elementa non possunt ex æquo dominari in mixto, quia tunc tale mixtum haberet duo loca naturalia; & duos motus locales; quod omnino negatur philosopho: ergo aut pars eius aquea maior est, & prædominatur in ipso argēto uiuo ipsi terreæ parti: cur pars terrea prædominatur parti aqueæ, quia, ut dixi, nō possunt duo elementa ex æquo dominari in mixto, quia essent duo loca naturalia mixti unius; quod est impossibile: si autem pars aquea prædominatur parti terreæ; ergo simpliciter est frigidi & humidi temperamenti, ut dicunt Galenus & Auicenna: &, si sic, Tunc est dubitatio, quare, cum sit à prædominio aquæ, non coaguletur à frigido: si uero sit à prædominio terræ, tunc est alia dubitatio, unde habeat argentum uiuum tantam albedinem, quia omnis albedo est ab aere, ut dicit Arist. & conuenit etiam Galenus in hoc. Secundo, quia, licet iste uir conciliet medicos, non tamen conciliat Aristotelem cum medicis, quia Aristo. dicit, quòd plus habet aeris, quàm aquæ, quia est à prædominio aeris, cuius oppositum dicunt medici, quia, si haberet has partes terreas, ut ipse dicit, generatio esset à prædominio aeris, quia sic esset à prædominio aquæ aut terræ: quomodo ergo aeris, ut dicit Aristo. & ideo, saluo semper aliorum iudicio, dico, quòd forte potest dici, sicut dixit Conciliator, quòd istud corpus est duplicis naturæ, & quòd habet partes terreas & partes aqueas: & ita etiam potest dici, quòd est triplicis naturæ, non tamen duplicis. habet .n. partes aqueas, partes terreas, & partes aereas; & istæ partes aereæ prædominātur alijs partibus: & ideo Aristo. dicit, quod est à prædominio aeris, quia prædominantur in ipso partes aereæ partibus aqueis, & partibus terræ siccis: & sic dicendo conciliabimus Aristotelē cum medicis, & soluemus dubitationes. Et primo de primo, cum dicis, quòd Aristo. dissentit sibi ipsi, quia secūdo Physicorum. 8. dicit, quòd materia omnium metallorum est aquea; quomodo ergo dicit hic, quòd aer est materia argenti uiui, quia in eo prædominatur aer? potest dici, quòd reuera argentum uiuum non est metallum; & ista est sentētia illorum, qui sequuntur artem chymicæ: sed argentum uiuum est mater omnium metallorum, sicut sulphur est pater omnium metallorum: & omnia metalla generantur ex sulphure & argento uiuo, dicunt ipsi: & forte etiam dicunt uerum, quia sulphur est ualde siccum; & ideo ex diuersa mixtione sicci cum humido, scilicet sulphuris cum argento uiuo, possunt fieri diuersa metalla: & sic ex his omnia metalla erunt genita, ut à patre, & à matre. Secundo potest dici, quia, si argentum uiuum connumeratetur inter metalla, cum dicit Aristo. in fine tertij, & in secundo Physic. quòd aqua est omnium metallorum materia, quòd intelligit, quòd aqua est materia omnium metallorum non simpliciter, sed respectu terræ, non tamen simpliciter aqua est materia metallorum: &, cum hic dicit, quòd argentum uiuum est à prædominio aeris, potest dici, quòd est simpliciter materia eius, quia in eo prædominatur, quia aqua nō simpliciter dominatur, sed sub dominio. De secundo, quod dicis, quòd Aristot. contradicit Galeno, & Auicen. & experimentis medicorum, dico, quòd iam solutum est argumentum, quia uerum dicunt quòd argentum uiuum est hererogeneum, habens partes aqueas, terreas, & aereas, respectu quarum partium diuersos parit effectus; tamen simpliciter est calidum & humidum, quia plus aeris est in eo, quàm aquæ & terræ. Quod dicis probando ratione, quòd sit à prædominio aquæ, quia plus aquæ est in eo, quàm aeris & terræ, quia fluit more aquæ; dico, quòd non ualet argumentum, fluit more aquæ, ergo est à prædominio aquæ, quia, etsi fluit, tamen est à prædominio aeris, & non aquæ: uerum est tamen, quòd cum aere multa pars aquæ coniungitur. De secundo, quia multas ægritudines frigidas inducit; ergo est frigidi temperamenti; dico, quòd iam solui hoc argumentum, quòd hoc est ratione partis frigidæ eius & humidæ, ratione cuius generantur istæ ægritudines. De tertio, quod est difficilius, quia dicis, non supernatat aquæ, sed immergitur, quomodo ergo est à prædominio aeris? quia, si esset à prædominio aeris, supernataret aquæ, ut oleum, dico, quòd, quātuncunque sit à prædominio aeris, tamen immergitur aquæ: oh oleum, ex quo est à prædominio aeris, non immergitur; ergo simpliciter & hoc corpus non deberet immergi in aquā, si esset a prædominio aeris: dico, quòd non est simile: oh quomodo est possibile, quòd immergatur aquæ, si est aereum? dico, quòd est possibile, quia est paruum dominium aeris super aquam, ideo immergitur aquæ: exemplum v.g. sit in argento uiuo aeris leuitas ut quatuor,

tuor,& grauitas aquæ ut tria,& grauitas terræ ut unum uel ut duo; quia est pauca leuitas aeris supra grauitatem aquæ,ideo grauitas aquæ admixta grauitati terræ,trahit leuitatem illius in prædominium aquæ;& ideo grauitas simpliciter dominatur in hoc corpore : & ideo non ualet argumentum; hoc corpus immergitur in profundum aquæ,ergo aer non dominatur in eo : nego argumentum : &,quod dicis de oleo, dico, quòd non est simile, quia in oleo intantum dominatur leuitas aeris, quòd trahit suam grauitatem aquæ & terræ sursum, quia maior est excessus leuitatis aeris in eo, quàm sit grauitas aquæ & terræ : in argento uiuo autem non est ita, quia non est tantus excessus leuitatis aeris supra grauitatem aquæ & terræ simul, quod possit illam sursum trahere,sicut in oleo . De tertio, quia Alexander non distinguit inter argentum uiuum & hydrargyrum; dico, quòd ego uideo etiam discordiam inter scriptores : Plinius enim & Dioscorides dicunt,quòd longe differunt argentum uiuũ & hydrargyros; & dicunt,quòd hydrargyros est à natura,& nullo modo ab arte : sed argentum uiuum fit etiam ab arte : sed Galenus tertio de simpl.med. dicit,quòd hydrargyros est medicamen , quod nullo modo est à natura, sed ab arte : & sic,domini , ego uideo maximã differentiam inter istos :& ego nescio,quæ uerior opinio,an Galeni, an istorum, quia uidetis Alexandrum non distinguere hydrargyron ab argento uiuo; & , quare non distinguat, ignoro : uerum est tamen,quod illi egregij authores, ut Dioscorides,Vitruuius, & Plinius dicunt,quòd hydrargyros, seu minium,est à natura & ab arte,& à natura argentum uiuum; & sic etiam dicit Galenus : at ego nescio,quid dicam; & ignoro etiam,quomodo Alexand. ita intelligat,& non distinguat inter hæc.

Mollificabilia autem sunt . Postquam Aristo.dixit, quòd erant 18. contrarietates , quæ sequebantur potentiam & impotentiam quandam qualitatum passiuarum ; ideo qualitates passiuæ sunt nobis declarandæ , quarum prima fuit coagulabile & incoagulabile; nunc secũdo loco aggreditur secundam contrarietatem,quæ est, mobile & immobile : & ista est secũda contrarietas,quia corporum coagulabilium quædam sunt mobilia,& quædam sunt immobilia : & dicit,quòd corpora mobilia sunt ea corpora,quę quatuor habent conditiones; & ita ex defectu alicuius istarum conditionum patet, quod sit corpus non mobile . Et prima conditio est, quòd tale corpus sit à prædominio terræ, non aquæ : exemplum,dicit Aristot. est de glacie, quia glacies est à prædominio aquæ, & non terræ; & ideo non mollificatur,sed dissoluitur, aut omnino eius humidum non mollescit . Secunda conditio est, quòd, licet tale corpus sit à prædominio terræ,non tamen habere debet omnem humiditatem cõsumptam,quia non debet esse exustum , sed oportet , quòd remaneat aliqua humiditas in eo,non quòd sit totaliter resoluta,sicut in latere : & ideo later non est mollificabilis,quia in fornace,cum coquitur,etiam eius humidum fuit absumptum : & ideo non est mollificabilis, quia mollificatio fit reuocando humidum à parte interiori ad exteriorem , sed in latere fuit absumptum totum humidum,& fuit reuocatum ab interiori ad exteriorem , & absumptum; cuiusmodi non debet esse in corpore mollificabili, quia debet aliquod humidum remanere . Tertia conditio est, quòd tale humidum, quòd remanet,non debet esse irregulare,ita,quòd irregulariter non se habeat : & exponit Alexander, nõ debet esse irregulariter, id est non debet esse inæqualiter diuisum in partibus illius corporis,sed debet esse æqualiter diuisum : alio modo exponit, quòd illud humidum non debet esse irregulariter , idest non debet esse dispersum in poris illius corporis obliquis; quia,ex quo illud humidum debet euocari ab interiori ad extra illius corporis,cũ corpus debet mollificari,debet per meatus educi : sed,si illi meatus sunt obliqui,non potest tale humidũ educi per illos poros obliquos ab interioribus ad exteriora : neque ergo potest illud corpus mollescere , quia,si pori essent obliqui & non recti,non posset humidum,quod est interius,euocari actione ignis ad extra,obliquitate pororum : ergo neque corpus potest mollescere : & hæc est tertia conditio . Quarta conditio est, quòd tale corpus sit terreum à prædominio , & non aqueum ; & quòd sit trahibile sine madefactione, sicut est neruus & chorda : & dicit Aristot . quæ sunt corpora trahibilia sine madefactione : & appellatur corpus trahibile,quia,cum trahitur,secundum unam mensuram crescit,secundum aliam uero decrescit,ita,quòd extenditur secundum unam dimensionem, secundum aliam contrahitur ; ut, si extenditur secundũ longitudinem

gitudinem,contrahitur secundum latitudinem : tale ergo corpus debet esse trahibile,& nō debet esse à prædominio aquæ,sed terræ; & trahibile,sicut chorda aut nerui . Aut , dicit , sit ductile,& non trahibile; & tunc tale corpus est ab igne mollificabile, non autem à frigore; exemplum,ut cornu,& ferrum,& aliqua ligna, quæ ductilia sunt; & ista corpora sunt mollificabilia ab igne : corpus uero ductile est, quod malleo potest duci;&,cum ducuntur,secū-dum unam dimensionem crescunt,& secundum aliam decrescunt; ut ferrum , cum ducitur malleo,secundum longitudinem crescit,& secundum latitudinem decrescit, & secundum profunditatem. Et istæ quatuor sunt conditiones corporis mollificabilis,necessariæ secundum totum,primo,quòd illud corpus sit terreum,& non aqueum : secundo , quòd eius humidum non euanuerit secundum totum : tertio,quòd illud humidum sit regularitet contentum in tali corpore:quarto, ut illud corpus aut sine mollificatione sit trahibile,aut sit ductile : ex quibus patet,quòd nam corpus sit immollificabile, quia corpus,cui aliqua harū conditionum deficit,est immollificabile . Sed hic est dubitatio, quia dicit Aristo. quòd glacies non potest mollescere à calido,sed bene potest dissolui, quia mollificatio uidetur esse quædam passio media inter liquationem, & coagulationem : ergo glacies, cum sit coagulata a frigore, non potest liquari & dissolui,nisi prius mollificetur,quia non datur transitus de extremo ad extremum,nisi per medium : quid ergo dicit Aristo . Secundo dubitatur,quia dicit Aristo. quòd ligna sunt mollificabilia : ergo concedit, quòd ligna possint mollificari : & supra dixit oppositum, quia,ex quo ligna sunt à prædominio aeris & terræ , ideo non possunt mollificari . Tertio arguitur de ferro, quia dicit, quod ferrum est à prædominio terræ, & ideo est mollificabile : sed, ut alias dixi uobis ex secundo Physicorum 8. materia omniū metallorum est aqua : & ferrum est huiusmodi : ergo est à prædominio aquæ : si à prædominio aquæ; ergo non est molle : ergo nec est à prædominio terræ . Tum tertio, quia uidetur, quòd ferrū non sit corpus molle, quia supra definiens corpus molle,dixit,quòd est id, quod cedit tactui comprimenti : sed ferrum, quantuncunque calefiat & patiatur ab igne,nunquā cedit tactui comprimenti : ergo non est corpus molle : ergo non mollescit , quemadmodū dicit Aristo . De primo cum dicis,quòd mollificatio est passio media inter liquationem & coagulationem ; ergo,si glacies debet liquari,prius debet mollescere; ergo glacies, ex quo coagulatur & liquescit,etiam mollificatur; cuius oppositum dicit Arist . Dico, quòd assumptum est falsum,quia non est uerum, quòd mollificatio sit passio media inter coagulationē & liquationem; neque omne coagulatum,si debet liquescere, debet prius mollificari, licet ita sit de eliquabilibus,ut de cera est : tamen non est uniuersalitet uerum,quòd coagulabile,si debeat liquari,prius debeat mollescere,quia non est necesse in omni coagulatione sic esse, licet ita sit in cera; quia non est ita in aqua, cum coagulatur , ut est glacies . De tertio de lignis,quia hic concedit, quòd possint mollificari; & tamē supra dicit,quòd,ex quo sunt à prædominio aeris, non possunt mollificari ; dico, quòd iam supra uobis satisfeci in hoc, quia sermo Aristo. in istis duobus locis est particularis,quia aliqua non possunt mollificari,& aliqua possunt mollificari ; & sic sunt subcontrariæ istæ propositiones, non autem cōtradictoriæ : cum autem supra dixit, quòd aliqua ligna non possunt mollificari , quia sunt à prædominio aeris & terræ,non contradicit huic,quòd dicit,quòd aliqua ligna possunt mollificari, quia a prædominio terræ,quia particularis non contradicit particulari,quia non loquitur uniuersaliter, sed particulariter . De tertio,de ferro, quia dicit , quòd ferrum est à prædominio terræ,& ideo mollificabile ; sed secundo Physicorum dicit,quòd omnia metalla,sunt à prædominio aquæ; & ferrum est metallum ; ergo à prædominio aquæ; ergo nō terræ; ergo non mollificabile,cuius oppositum dicit Arist . hic ; dico,quòd uerum est, quòd ferrum est à prædominio aquæ : oh quid ergo dicit Aristot. quòd ferrum est à prædominio terræ & ideo mollificabile ? dico, quòd Aristot. appellat ferrum à prædominio aqua , seu terræ,quia parum dominatur aqua supra terram in ferro , quia plus dominatur terra post aquam in ipso ferro, quàm in alijs metallis, quia in ferro parum dominatur aqua supra terram ; & à subdominio dicitur terra, non simpliciter,quia simpliciter in eo dominatur aqua, ut in omnibus metallis,sed tamen,quia in ferro plus prædominatur terra , non simpliciter, sed respectu aliorū metallorum,quia plus dominatur terra in eo , quàm in alijs metallis ; & ideo

ideo Aristo. dicit ferrum à prædominio terræ. Quod addis quarto, quòd ferrum non est corpus mollificabile, quia, quantuncunque patiatur ab igne, nunquam cedit tactui comprimenti; ergo nunquam mollescit. per definitionem corporis mollis; dico, quòd uerum est, quòd ferrum nunquam mollescit, quia reuera simpliciter nunquam & uere ferrum mollescit, quia molle est, quod cedit tactui comprimenti: & ferrum nunquam cedit: oh Aristo. dicit, quòd mollescit: dico, quod, si mollescit, mollescit secundum quid, non autem simpliciter, sed mollescit respectu suimet frigidi, quia, si comparetur ferrum ignitum ab igne ipsimet frigido, dicitur ferrum illud esse molle; sed improprie dicitur mollescere, & secundum quid, non autem simpliciter, quia neque cedit digito comprimenti, quia molle fuit definitum per tactum. Lego uerba. textus debet legi. Omnis enim glacies aqua est.

Sunt autem liquabilium. quia iam dixit Aristo. de secunda conditione, scilicet de mollificabili ac immollificabili, nunc subiungit tertiam conditionem, quæ ordine quodam sequitur ad illam: quia enim omne mollificabile quoquo modo est humectabile, ideo subiungit tertiam conditionem, quæ est humectabile & non humectabile: quia humectabile & non humectabile denotat humidum exterius existens, quod potest admitti ad interius: mollescunt uero, in quibus humidum ab interioribus reuocatur ad exteriora; & textus obscurus est. Tria ergo dicit Aristo. primo, quòd corporum liquabilium, quædam sunt inhumectabilia, & quædam humectabilia; & iterum illiquabilium corporum quædã sunt inhumectabilia, quædam humectabilia: exemplum, inquit, primæ partis est, sicut sunt æs, sal, ac nitrũ, quia omnia sunt liquabilia, non autem humectabilia; ut æs liquescit ab igne, sal & nitrum ab aqua, non tamen sunt humectabilia: etiam de ære supponit, ut manifestum, quòd nõ sit humectabile: & ostendit de nitro & sale, quia non sunt humectabilia, quia, dicit Aristo. non mollescunt ab aqua; ergo neque humescunt, quia ex opposito cõsequentis sequitur oppositum antecedentis, humescunt, ergo mollescunt: patet ergo, quod non humescunt: assumptum, scilicet, quòd ista corpora non mollescunt, patet, quia citissime ista corpora dissoluuntur ab aqua: sed corpus, quod mollescit ab aqua, est corpus, quod nõ liquescit ab aqua: sed ista liquescunt: ergo non mollescunt: ergo neque etiam humescunt; & hæc est probatio, quam inducit Aristo. quòd ista corpora non humescunt. Secũda pars, quia dixit, quòd corporum liquabilium quædam sunt inhumectabilia, iterum dicit, quòd corporum humectabilium seu liquabilium quædam sunt humectabilia, ut lana, linum, & fructus; quæ non liquantur, sed tamen humectantur ab aqua; quia, si lana, & linum, & fructus inijciantur in aquam, humescũt ab aqua, quia habẽt poros, inter quos intermittitur aqua; & ideo possunt humectari, liquari uero non: & hoc dicit Aristo. & probat, ut seiungat corpus liquabile ab humectabili, ne crederemus, quòd omne corpus liquabile esset humectabile, & omne corpus illiquabile esset inhumectabile: & ideo seiungit ista Aristo. dicens, quòd, si est aliquod corpus liquabile, non est humectabile; &, quòd aliquod, quod est illiquabile, est humectabile. Secundo dicit Aristo. quòd corpus humectabile debet habere tres conditiones; prima, quòd non sit aquæ, sed terræ, à prædominio: secunda, quòd habeat meatus maiores, quàm sit crassities aquæ exterioris: terria, quòd illi pori sint duri & constantes, idest corpus, in quo sunt pori, sit durum & constans. Et primo probat primum, quòd corpora talia debent esse à prædominio terræ, & non aquæ, quia corpora, quæ humescunt, sunt corpora cõstantia & sicca; ergo à prædominio terræ. Secundum etiam patet, scilicet, quòd debeant habere meatus maiores, quàm sit crassities aquæ exterioris, quia corpus, quod humescit, ideo humescit, quia admittit aquam intra sui profunditatem: ergo debet habere meatus maiores, quàm sit crassities aquæ, aliter non humescunt. Tertium etiam patet, quia dixit, quòd illi meatus debent esse duri, id est quòd corpus illud debet esse durum; quia, si non sit durum, non humesceret, sed statim liquesceret ab aqua ingrediente, & dissoluente; sicut, dicit Aristo. sal & nitrum: ista enim corpora, licet habeant meatus latos, quia tamen non habẽt meatus duros, ideo non humescunt ab aqua, sed dissoluuntur, quia habent poros latos, & non duros; & ideo citissime dissoluuntur, & non humectantur. Ex quo patet, dicit Aristo. quòd ideo lana, & linum, & terra humescunt ab aqua, quia habent has tres conditiones: habent enim meatus maiores, quàm sit crassities aquæ; & habent poros duros, idest corpus durũ,

quod non eitissime ab aqua dissoluitur: & habent aliam conditionem, quòd non sunt aquę, sed terræ, à prædominio; & ideo non dissoluuntur ab aqua, sed mollescunt. Aliquando tamen terra ipsa iniecta in aquam statim dissoluitur: & quæ causa huius, scilicet quòd terra sit sic in duplici differentia, quòd, scilicet aliquando humescat, & non dissoluatur; & aliquando humescat, sed statim dissoluatur? causa est, dicit Aristo. huius diuersitatis, quia terra habet diuersos meatus; si enim terra haberet meatus penetrantes ad inuicem, & non euariatos, sed inuicem correspondentes propter continuitatem eorum; quia, si non sunt euariati, sunt continui; tunc aqua subingrediens illos poros, dissoluit illos, quia nulla est diuersitas in meatibus; quia, sicut tunc terra ex ingressu aquæ humefit ab aqua, ita etiam dissoluitur, quia aqua subingrediens ita penetrat, quòd penetrat illud totum corpus, & dissoluit illud: si uero terra habet meatus uariatos, & non commeantes inuicem, nec inuicem penetrantes; tunc illa terra non liquescit ab aqua, sed tantum humescit; quia, ex quo illi pori non penetrant se ad inuicem, sed euariantur, non potest aqua totum illud corpus penetrare; & ideo nō potest illud dissoluere, sed tātum humefacere. Sed dices, quia Arist. reddens causam diuersitatis terræ, quare aliquando dissoluatur, & aliquando non dissoluatur, sed tantum humescat; & sic etiam Alexandet; dicit, quòd causa est diuersitas pororum & meatuum inuicem, scilicet non penetrantium se inuicem; & penetrantium se inuicem: dicit Alexander, quòd Aristo. potuit uerius reddere causam huius diuersitatis in terra, quia potuit dicere, quòd causa huius, est durities ipsius terræ, quia hæc diuersitas prouenit ex duritie terræ, quia reperitur aliqua terra, quæ durior est, & aliqua, quæ mollior: & ideo, quæ durior est, resistit humiditati aquæ, & ab ea non dissoluitur: quæ uero mollior est, statim dissoluitur ab ipsa aqua: & ita dixit supra Aristo. quòd corpora, quæ humescunt, sunt corpora dura: & sic hæc est causa, & non illa, quam dedit Aristo. Secundo dubitatur, quia dicit Arist. quòd, quę humescunt, sunt à prędominio terræ, ut lana: sed lana supernatat aquæ, quo modo ergo est à prędominio terræ? Tertio dubitatur de ære, quia dicit quòd æs nō humescit: dicit Albertus, quòd hoc uidetur falsum, quia experientia patet, si omnia metalla teneantur in locis humidis, ut in cauernis, quòd fiunt maioris ponderis: & Galenus hoc confirmat in 9. de simpl. med. ubi dicit de Plumbo tantum, quòd, si teneatur sub locis subterraneis, non tātum fit maioris ponderis, sed etiam maioris molis; unde dicit, quòd plumbea uincula, quibus statuarum pedes annectuntur, uisa sunt sæpenumero multum creuisse: & uidetur ibi Galenus reddere causam huius, dicens, quòd id est, quia plumbum est à prædominio aeris; & ideo crescit, quia recipit in se propter sui raritatem humidum illud; & ideo fit maioris molis, & maioris ponderis: an uero plumbum sit à prædominio aeris, relinquo iudicio uestro, quia secundum Aristotelem est à prædominio aquæ, & non aeris: quicquid sit, secundum istos, si metalla sint in loco humido, fiunt maioris ponderis, & mollescunt: ergo, si hæc omnia fiunt maioris ponderis, recipiunt aerem intra se: sed aer est humidus, ergo humescunt: ergo æs humescit; cuius oppositum dicit Aristo. De primo, ex Alexandro, cum dicis, quòd Aristo. potuit reddere meliorem causam, quia potuit solui ex causa assignata ab Alexandro; dico, quòd placuit Aristo. assignare illam aliam causam, quia etiam uera est, scilicet, quòd meatus commeant, uel non commeant inuicem: & sic nō est negligenda causa Aristotelis, etiā quòd alia causa admittatur: & sic potest esse duplex causa unius problematis. De secundo, quia lana supernatat aquæ; dico, quòd, ut etiam sæpe puluisculus supernatat aeri sua leuitate, quia non potest diuidere aerem, adeo est tenuis; sic supernatat lana aquæ, non propter eius leuitatem, sed propter eius tenuitatem, quia non potest diuidere aquam. De tertio, de ære, quia, si tenetur in locis humidis, humectatur, ut dicunt Albertus & Galenus; dicit Albertus, quòd reuera debemus distinguere inter corpus humectum, & humectabile; & istam etiam differentiam ponit Aristo. in secundo de Generatione & corruptione 4. & 15. quia corpus humectabile est illud, quod intra sui profundum recipit humiditatē aquæ: corpus uero humectum est illud, quod tantum in superficie recipit humiditatem aquæ, nō autem intra sui profundum; & huiusmodi est æs, quod potest esse humectum, non autē humectabile, quia non potest admittere humidum intra suos meatus: & sic potest humectari, non autem habere intra se humiditatem: & hanc differentiam posuit etiam Aristo. secundo

do de anima: & sic concedo, dicit Albertus, quòd est differentia inter corpus humectum, & humectabile, quia corpus humectabile, de quo Aristo. loquitur, est, id, quod admittit intra sui profundum humiditatem, non autem in superficie sui: sed æs & ferrum admittunt tãtum in superficie: & ideo hæc sunt humecta, non autem humectabilia: & ideo concedo, quòd metalla permanentia circa terram, fiant maioris ponderis, quia admittunt humiditatem aquæ in sui superficie tantum, non autem intra sui profundum: & sic non sunt corpora humectabilia, sed bene humecta, quia non habent humiditatem, nisi in superficie; &, postquam illa humiditas euanuit, remanet tanti ponderis, ut prius: & ideo bene dicit Aristot. De Plumbo Aristo. dat hanc causam: Galenus autem dat aliam causam in nono de simplici medicina, quia dicit, quòd non tantum fit maioris ponderis, sed etiam maioris molis, ut ex alia causa, quam ipse assignat loco dicto; & hanc aliam causam dedit in 9. de temperamẽtis. Lego uerba, & ly molibus, intelligetis magnitudinibus. Propter quod autem terra. hęc pars problematice sic potest legi. Sunt autem. nunc de fluxionibus agit Aristo.

TEXTVS QVADRAGESIMVS QVARTVS.

SVnt autem & hæc quidem corporum flexibilia, & directibilia, uelut arundo, & uimen. hæc autem inflexibilia, uelut fictile, & lapis. Sunt autem flexibilia quidem, & directilia, quorum corporum potest longitudo in rectitudinem ex circunferentia, & ex rectitudine in circumferentiam transmutari. Et flecti, & dirigi est in rectitudinem, aut circunferentiam mutari, aut moueri. etenim quod reflectitur, & quod deflectitur curuatur. Qui igitur ad conuexitatem, aut concauitatem motus longitudine seruata, flexio est. Si enim & in rectum, esset utique simul flexum, & rectum: quod quidem impossibile rectum flexum esse. Et, si flectitur omnino aut reflexione, aut deflexione (horum autem hoc quidem ad conuexum, hoc autem ad concauum transmutatio est) non utique erit & ad rectum flexio, sed est flexio, & directio aliud, & aliud. Et hæc sunt, flexibilia, & directilia, & inflexilia, & non directilia. Et hæc quidem frangibilia, & friabilia, simul, aut separatim. ut lignum frangibile quidem est, friabile autem non. glacies autem & lapis friabile, frangibile autem nõ. fictile autem, & frangibile, & friabile. Differunt autem. quia Fractio quidem est in magnas partes diuisio, & separatio. Friatio autem, in quascunque, & plures duabus. Quæcunque igitur sic concreuerunt, ut multos habeant uicissitudinatos meatus, friabilia sunt: usque ad hoc enim distinguuntur. quæcunque autem ad multum, frangibilia. quæcunque autem ambo, ambo.

QVarto loco subinfert Aristot. aliam passionem declarandam, id est, quòd corporum quædam sunt flexibilia & dirigibilia: quædam sunt inflexibilia & indirigibilia; & primo dicit, quòd corpora dicuntur flexibilia ac dirigibilia, quorum longitudo potest mutari à rectitudine ad curuitatem: dirigibilia autem sunt econtra, quia sunt corpora, quæ à curuitate possunt mutari ad rectitudinem: & istam secundam descriptionem dimisit Aristot. tanquam manifestam, & declarauit primam dupliciter, scilicet, quòd corpora flexibilia sunt, quorum rectitudo ad curuitatem potest permutari. Et primo declarat, quòd corpora, quæ flectuntur, duobus modis se habent: aut enim deflectuntur, aut reflectuntur: si deflectũtur, eius rectitudo permutatur ad concauum; concauum autem curuum est; ergo permutatur à rectitudine ad curuitatem: aut reflectuntur, & eius rectitudo permutatur ad conuexum; & conuexum est curuum; est ergo permutatio ad curuum: & uerba obscura sunt: patet ergo, quòd omnia, quæ flectuntur, permutantur ex rectis ad curua. Et sic Aristo. uult ostendere, quòd hæc definitio est uera bifariam, quia res bifariam flectitur: si deflectetur, longitudo permutatur ad concauitatem; ergo ad curuitatem, quia concauitas est curuitas: aut reflectitur, scilicet in partem aliam, & sic longitudo eius secundum rectitudinem, permutatur ad conuexitatem; & conuexitas est curuitas; ergo permutatur ad curuitatem; ergo omnis flexio est ad curuitatem, quia tam concauitas, quàm conuexitas, est ad curuitatem. Secundo, quia dico, quòd corpus, quod reflectitur, est, cuius longitudo permutatur ex rectitudine ad curuitatem, quia non potest mutari ad rectum; ergo ad curuum: quòd autem non possit permutari ad rectum, patet, quia esset implicatio, quòd inflectitur & permutatur ad rectum, quia, quod flectitur, permutatur ad flexum: si ergo permutatur ad flexum, ergo

 non

non ad rectum, quia, quòd idem sit rectum & flexum, implicant & contrariant: si ergo corpus, quòd flectitur, permutatur ad aliquam figuram, & non ad rectum, quia tunc idem esset rectum & flexum, quod implicat: ergo permutatur ad flexum, & flexum est curuum: ergo permutatur ad curuum, sicut dealbatio ad albedinem: & sic clara est hæc prima descripio, quòd scilicet illud corpus dicitur flexibile, cuius longitudo, potest permurari ex curuo in rectum: & Aristo. dimittit descriptionem dirigibilis, ut manifestam: & sic iam patet, quid sit corpus dirigibile & fluxibile; & quid corpus dirigibile & inflexibile. Sed tu dices, quid dicit Aristo. quia dicit, quòd corpus, quod flectitur, aut deflectitur, cum deflectitur, permutatur ex recto ad cauum, & , quod reflectitur, permutatur ex recto ad cauum: sed contra, quia non potest permutari quid ad concauum, quin etiam ad conuexum permutetur, & ecōtra; quia, si secundum unam partem acquirit conuexitatem, secundum aliam, acquirit etiam nouam concauitatem; ut patet in uirga, cum flectitur, quia, quo ad unam partem, puta ad istā, acquirit concauitatem; & quo ad istam aliam acquirit conuexitatem: ergo idem mouetur motibus contrariis: ergo Aristote. non recte definiuit flexum & deflexum. Secundo dicit Alexander, quia Aristo. uidetur nobis insufficiens, quia non ostendit nobis causam huius passionis ex qualitabus passiuis, & tamē declarabat passiones prouenientes ex qualitatibus passiuis: Tum etiam quia debet reddere causam, & declarare, quare corporum, quæ flectuntur, quædam in flexu ita remanent inflexa; quædam uero, si inflectantur, non remanent inflexa, ut arundo, calamus, & huiusmodi: ergo diminutus Aristo. quia nō ostendit alias partes huius passionis. De primo dico, cum dicis, quia nullum corpus potest acquirere concauitatem, nisi acquirat etiam nouam conuexitatem; dico, quòd uerum est istud, quia uirga, cum acquirit nouum concauum, acquirit etiam nouum conuexum, quia nouum concauum correspondet nouo conuexo: &, cum arguis, oh, si corpus, quod flectitur, est, quod permutatur ad concauum, & etiam ad conuexum; & ita de reflexo: ergo idem corpus flectitur & deflectitur, id est permutatur ad concauum & ad conuexum; & isti sunt motus contrarij, ergo; dico, quòd argumentum non tenet, quia uerum est, quòd omne, quod permutatur ad concauum, permutatur etiam ad conuexum: sed tamen primo permutatur ad concauum, & secundario ad conuexum, uel econtra: & ideo, quod dicit Aristo. uerum est, quòd corpus, quod deflectitur, permutatur ad conuexum, uerum est primo ad conuexum & secūdario ad cōcauum: & sic non sequitur, quòd idem moueatur motibus contrarijs, quia intelligitur, quòd primo permutatur ad conuexum, & secundario ad concauum, uel econtra, & sic non sunt motus contrarij. De secundo, quia Aristo. non declarat, quomodo hæc passio sequatur ex qualitatibus passiuis, & sic imperfecta est doctrina Aristotelis: dico, quòd Aristo. forte omisit hoc ut manifestum, quia ista passio oritur ex humido & sicco, quia corpora, quæ habent corpus nitrosum lentum & humidum interius, quæ dicuntur à latinis corpora leuca, & omnino conglutinata, habent illam passionem: & sic in istis corporibus humiditas illa leucosa & unctuosa, est causa huius passionis; corpora uero, quæ non habent illud humidum ita uiscosum, non sunt flexibilia. Et ex hoc patet etiam alia passio, scilicet quare aliqua corpora inflexa, remanent inflexa; & aliqua corpora inflexa, non remanent inflexa; quia corpora, quæ habent multum humidi uiscosi, remanent uiscosa seu inflexa: corpora uero, quæ parum habent huius humidi uiscosi, non retineut huiusmodi inflexionem, sed reuertuutur in pristinum. Sed dices tu, capiatur uirga inflexa, quæ, cum inflectitur, non remanet ita inflexa, sed reuertitur ad sui rectitudinem, ergo habet uirga ista motum: itaq; quæritur, an motus iste sit naturalis, an non naturalis: non potest dici, quòd sit naturalis, quia unius corporis naturalis est tantum unus motus naturalis; sed motus naturalis uirgæ, est descensus, quia uirga sui natura descendit; iste autem motus est lateralis, & non descensus: ergo non est naturalis uirgæ; &, si non est ei naturalis, a quo baber, quòd reuertatur ad illam figuram? unde ergo habet illū motum? Dico, quòd ab aere habet istum motum: & à quo? oh ab aere intercepto in partibus uirgæ, idest ab aere intercepto inter poros illius uirgæ: & quo modo? oh hoc modo; quia, cum deflectirur uirga, aer, qui est in partibus & in poris illius uirgæ, & in partibus interioribus illius uirgæ, comprimitur in una parte uirgæ; qua cōpressione facta, cum postea dimittitur uirga, sua natura tunc ille aer compressus in porositatibus

tibus uirgæ dilatatur, & reuertitur ad pristinam naturam; & sic tedit uirga ad pristinam sui rectitudinem. Lego uerba: & notate, quòd flecti est mutari in curuitate: & per rectitudinem non intelligatis secundum lineam rectam, sed intelligatis per rectitudinem, longitudinem, quæ est mensura illius lineæ seu illius uirgæ.

Et hæc quidem frangibilia. Hic quinto loco Atisto. explicat aliam contradictionem, & simul tradit duas oppositiones, scilicet frangibile & comminuibile, & infrangibile uel incominuibile, id est friabile & infriabile: & dicit, quòd aliquando istæ duæ passiones uniuntur, & aliquando non, sed separantur; quia aliquando corpus est fractile & friabile simul, ut lapis & later: aliquando uero corpus est fractile, & non friabile, ut lignum: aliquando est econtra; quia aliquod corpus est friabile, & non fractile, ut est glacies: & bene aduertatis ad hæc, quia omnia sunt necessaria, quia sunt ut præambula ad librum de animalibus & plãtis, quia Aristo. repetit omnia hæc in libro illo, & ista sunt necessaria philosopho. Secundo dicit philosophus, quòd fractile est illud, qnod habet poros magnos ex sui natuta, & large distantes, & hoc est corpus fractile: corpus uero infractile est illud, quod ex sui natura & ex sui generatione & coagulatione est distinctum secundum poros, & habet poros, siue meatus illos, paruos & crebros & iuxta positos; aut, dicit, habet poros distantes magnos uel paruos & crebros: & sic differunt, quia primum habet potos magnos ac distantes, & diuiditur in partes magnas; secundum uero habet poros paruos & crebros aut magnos: dicit ergo, quòd corpus frangibile est, quod ex sui natura diuitut in partes magnas, quia habet poros magnos; friabile uero corpus diuiditur in partes plures duabus, siue sint magnę, siue paruæ partes. Et tunc Aristo. dat causam huius differentiæ: oh causa huius differẽtiæ, dicit Arist. est, quia, si sit corpus habens ex sui natura poros crebros; illud est ftiabile, quia potest diuidi ex sui natuta in multas partes: si uero corpus ex sui natura habet meatus magnos & longe distantes, dicitur corpus fractibile. Et aliqui, ut Suessanus, intelligunt per meatus filamina, seu fila, quæ nos appellamus filamenta: sed mihi uidetut, quòd Aristo. uere intelligat ueros poros, & melius iudicio meo: &, quia aliquando contingit, quòd idem corpus habeat poros magnos & distantes, & etiam paruos & crebtos; illud ideo corpus erit fractile & friabile simul, sicut est later & lapis: & ideo habet istas duas passiones, quia diuersitas pororum est causa huius passionis. Sed dices tu, quia Atisto. dicit, quòd glacies est corpus friabile: & corpus friabile habet poros paruos & ctebros, aut magnos & proximos: sed glacies non habet meatus: quo modo ergo est corpus friabile? quia, cum glacies sit ex aqua, non habet poros, quia aqua, cum fluit, prohibet poros, quia sui fluxu prohibet illos, quia in sui fluxo occurrit pats parti. Secundo, quia Aristo. non declarat nobis, quomodo ista passio oriatur ex qualitatibus passiuis, scilicet ex humido & sicco, tamen hoc debet declarare. Dico de primo, quòd uerum est, quòd aqua non habet porositates; quia partes confluunt ipsius aquæ; & ideo caret meatibus, quemadmodum dicit Aristo. & aer non habet meatus, quia ista corpora confluunt ex sui natura, & ex sui confluxu tolluntut porositates: tum dico, quòd in glacie est multa exhalatio sicca; & ideo glacies habet porositates, quæ replentur aete sicco; & sic ratione partium siccarum habet porositates. De secundo, quia Aristo. non declarauit, quo modo istæ passiones sequantur ex duabus qualitatibus passiuis; dico, quòd Aristo. supponit ut manifestum; quia, ex quo reduxit istam passionem ad pototum magnorum habitudinem uel paruorum corporis; & habitudo pororum non oritur in corporibus nisi ex siccitate, quia consumitur humiditas, & fiunt porositates; & ideo Atisto. telinquit hoc ut illatum, & hoc reducit ad siccitatem, non autem ad humiditatem, nisi priuatiue, quia hæc passio fit absentia humidi; & sic reducitur ad qualitatem passiuam. Lego uerba. Vicissitudinatios, id est uicissim & proxime positos.

TEXTVS QVADRAGESIMVS QVINTVS.

ET hæc quidem impressibilia, ut æs, & cera. hæc autem non impressibilia, ut fictile, & aqua. Est autem impressio, superficiei secundum partem in profundum transitus pulsione, aut percussione, in totum autẽ tactu. Sunt autem talia & mollia, ut cera, manente alia superficie, secundum partem transmutatur: & du-

ra,

ra,uelut æs.Et non impressibilia,& dura,ut fictile . non enim cedit in profundum superficies . & humida, ut aqua cedit quidem,sed non secundum partem,sed contra secedit.

SExto dicit Aristo. quòd corporum sunt etiam quædam,quæ sunt impressibilia: non impressibilia autem sunt,ut later & aqua;impressibilia uero sunt,ut æs;ferrum,cera:& quid est corpus impressibile? dicit Aristo. quòd est corpus,quod secũdum partem superficiei cedit in profundum,uerbi gratia cera,cum comprimitur sigillo,cedit in profundum secundũ partem suæ superficiei: & quid est dicta,secundum partem superficiei eius? uerbi gratia cum imprimitur sigillum in cera,cedit secundum sui partem superficialem, quæ scilicet occurrit in suprema parte superficiei, non secundum eam,quæ est à latere; & sic non secundũ sui totum superficiei cedit in profundum,sed tantum secundum partem superficiei, quæ,scilicet comprimitur. Et tunc dicit Aristo. quòd hæc passio fit trifariam; uno modo percussione:alio modo pulsione:tertio modo leui tactu. percussione,ut in ære ex uehementi percussione,facta à malleo,imprimitur sigillum: aliquando uero leui tactu,ut in cera: aliquando autem impulsione. Et dicit Aristo. ponens aliam differentiam,quòd corporum impressibilium quædam sunt dura, quædam non: & non dicit,mollia,quia implicaret,ut aqua, & lana,quia aqua non cedit in profundum secundum superficiem exteriorem, quia corrumpitur,& confertur,idest superficies insurgit quasi circulariter digito comprimẽti circulariter: ideo dicit Aristo. quòd corporum non impressibilium quædam sunt dura,quædam uero nõ dura: & nõ dicit, mollia,quia esset falsum,sed dicit,humida: dura ut later,humida ut aqua: & quare ista non sunt impressibilia? quia non cedunt secundum partem suæ superficiei;sed, si comprimitur aqua secundum superficiem, corrumpitur,& aqua confertur comprimenti: ergo non est compressibilium.

TEXTVS QVADRAGESIMVSSEXTVS.

IMpressibilium autem quæcunque manent impressa,& bene impressibilia manu,hæc quidẽ formabilia sunt: quæ autem aut non bene impressibilia,ut lapis,aut lignum,aut bene impressibilia quidem,non manet autẽ impressio, ut lanæ,aut spongiæ, non formabilia,sed pressibilia hæc sunt. Sunt autem pressibilia, quæcunque pulsa,in seipsa coire possunt,cum in profundum superficies permutatur,nec diuiditur,& non transfertur aliò alia particula.quale aqua facit.hæc enim contra transfertur. Est autem pulsio,motus à mouente,qui fit à tactu. Percussio autem,cum à latione. Premuntur autem quæcunque meatus habent uacuos cognati corporis. Et pressibilia hæc, quæcunque possunt in propria uacua coire, aut in proprios meatus (aliquando enim non uacui sunt, in quos conueniunt) uelut madefacta spongia. pleni enim sunt ipsius meatus. Sed quorum meatus pleni fuerint mollioribus, quàm ipsum, quod natum est coire in seipsum,pressibilia quidem sunt,uelut spongia,cera,caro. Non pressibilia autem. quæcunque non sunt nata coire pulsione in eos, qui in se sint, meatus, aut quia non habent,aut quia durioribus habent plenos. Ferrum enim non pressibile est, & lapis, & aqua, & omne humidum.

SEptimo dicit,quòd corporum impressibilium triplex est differentia, ita, quòd triplicia sunt corpora impressibilia: quædam enim facillime recipiunt, & facillime retinent, ut cera: quædam difficulter recipiunt,sed retinent,ut lapis aut lignum: quædam facillime recipiunt,non autem retinent,ut lana aut spongia. Corpora autem,quæ facillime imprimuntur,& facillime retinent, dicunt impressibilia seu informabilia: corpora uero tertij generis,scilicet,quæ facillime imprimuntur, non autem retinent, non debent dici informabilia, sed capibilia: & Vatablus transtulit, pressibilia, id est quæ manu premuntur. Et tunc dicit Aristo. quid sit corpus pressibile; & dicit, quòd corpus pressibile est, quod pulsum,in se ipsum coit & unitur,secundum sui exteriorem superficiem, transmutata superficie exteriori in profundum; non tamen illa superficies diuiditur, neque aliò commigrat: & ponderate ly pulsum,& non commigrat. Sed tu dices,quia dixit Aristo. quod corpus pressibile est corpus,quod pulsum in se ipsum unitur. Tertio quare Arist. dicit pulsum? respõdet Alexan. dicens, quòd dicit pulsum,quia differunt pulsio,& percussio,& expulsio; quia septimo Physi. declarauit

declarauit Aristo. quid pulsio, quid expulsio, & quid tractio: dicit ergo Aristo. quòd dixit pulsum, quia differt pulsus ab expulsione, & percussione, quia pulsus est, quando non separatur mouens à moto, & necesse est, quòd mouens, dum durat motus, semper sit cum moto; & ita manus pellit hoc corpus, quòd semper est cum hoc corpore, ut cum lapide: expulsio uero non fit sic, quia in expulsione separatur mouens à moto; ut baculus, cum expellit pilã à se separatur à pila: & ideo dixi, dicit Aristo. pulsum, quia illud est corpus pressile, quod in se ipso superficiem unit in profundum; mouens uero nõ separatur ab ipso moto, immo semper mouens debet esse cum ipso moto, ut manus comprimens tale corpus, nunquam ab eo separetur, sed semper comitetur istud motum: & sic manus comprimens, semper debet esse cum pulso. Secundo dicit, quæ causa huius passionis, scilicet, quòd aliqua corpora sint compressibilia, & aliqua non: oh dicit Aristo. causa est, quia debent habere tres cõditiones; primo debent habere meatus, & amplos meatus, ut spongia: secundo, corpus contentum in illis meatibus debet esse mollioris substantiæ, quàm corpus cõtinens: tertio oportet, quòd meatus illius corporis sint molles, & cedant manui: non autem illæ partes, in quibus sunt meatus, debent esse duræ, quia, si essent duræ, non comprimerentur; ut de pumice patet, in qua sunt meatus, & tamen non est corpus pressibile, licet habeat duas primas conditiones, quia deficit ei tertia, quia illi meatus non sunt molles. Et iam ex his patet, dicit Arist. quid sit corpus compressibile, & quare aliquod corpus non est compressibile, quia, scilicet nõ habet illas tres conditiones dictas, quia, scilicet uel non habet meatus; uel, si habet, sunt repleti corpore duriore, ut ferrum; quia, licet habeat partes porosas, non tamen est corpus compressibile, quia habet poros repletos corpore duriori; & ideo est incompressibile. aut, licet sint corpora repleta corpore non duriore, sed molli, tamen ipsi pori non sunt molles, neque cedunt tactui, ut in pumice.

TEXTVS QVADRAGESIMVS SEPTIMVS.

TRabibilia autem sunt, quorumcunque potest ad latus transferri superficies. Trabi enim est transferri ad mouens, planum continuum existens. Sunt autem hæc quidem trabibilia, ut pilus, corrigia, neruus, pasta, uiscum. hæc autem non trabibilia, ut aqua, & lapis. Hæc igitur eadem sunt trabibilia, & pressibilia, ut lana: hæc autem non eadem. ut pituita pressibilis quidem non est, trabibilis autem. & spongia pressibilis quidem est, non trabibilis autem. Sunt autem & hæc quidem Ductilia, ut æs, hæc autem non ductilia, ut lapis, & lignum. Sunt autem ductilia quidem, quæcunque eadem percussione possunt simul in latus, & in profundum secundum superficiem transferri secundum partem: non ductilia autem, quæcunque non possunt. Sunt autem ductilia quidem omnia, & impressibilia: impressibilia autem non omnia ductilia, ut lignum. ut tamen in uniuersum dicam conuertuntur. Pressibilium autem, hæc quidem ductilia sunt, hæc autem non. cera quidem, & lutum ductilia sunt, lana autem non, neque aqua. Sunt autem & hæc quidem Fissibilia, ut lignum, hæc autem non fissibilia, ut fictile. Est autem fissibile, quod potest diuidi ad plus, quàm diuidens diuidit. finditur enim cum ad plus diuidatur, quàm diuidens diuidit. & præcedit diuisio. in sectione autem non est hoc. Non fissibilia autem sunt, quæcunque non possunt hoc pati. Est autem neque molle ullum fissibile. dico autem simpliciter mollium, & non adinuicem. sic enim & ferrum erit molle. Neque dura omnia sunt fissibilia: sed quæcũque humida sunt, neque impressibilia, neque friabilia. talia autem sunt, quæcunque secundum longitudinem habent meatus, secundum quos adnascuntur inuicem, sed non secundum latitudinem. Secabilia autem sunt consistentium durorum, aut mollium quæcunque possunt neque ex necessitate præcedere diuisionem, neque commi nisi diuisa. Quæcunque autem aut humida, aut talia, non secabilia. Quædam autem sunt eadem & secabilia, & fissibilia, uelut lignum. sed ut plurimum fissibile quidem secundum longitudinem, secabile autem secundum latitudinem. cùm enim diuidatur unumquodque in multa, quà quidem longitudines multæ unum sunt fissibile hàc est. quà autem latitudines multæ unum, secabile hàc. Viscosum autem est, cum trabibile, aut humidũ existens, molle fuerit. Tale autem fiunt alterna permutatione, quæcunque uelut catenæ componuntur corporum. hæc enim ad multum possunt extendi, & coire. Quæcunque autẽ non sunt talia fragilia sunt. Commassabilia autem sunt, quæcunque pressibilium manentem habent compressionem. Incommassabilia autem, quæcunque aut omnino non pressibilia sunt, aut non manentem habent compressionem. Et hæc quidem combustibilia sunt, hæc autem incombustibilia. uelut lignum quidem combustibile est, & lana, & os; lapis autem, & gla

cies

cies incombustibile. Sunt autem combustibilia, quæcunque habent meatus susceptiuos ignis, & humiditatem in his, qui secundum directum meatibus, debiliorem igne. Quæcunque autem aut non habent, aut fortiorem, uelut glacies, & quæ ualde uiridia sunt, incombustibilia. Exhalabilia autem sunt corporum quæcunque humiditatem habent quidem, sic autem habent ut non euaporent seorsum ab ignitis: est enim Vapor, à calido combustiuo in aerem, & spiritum excretio, ex humido madefactiua. Exhalabilia autem tempore in aerem excernuntur. & hæc quidem euanescentia, sicca, hæc autem, terra fiunt. Differt autem hæc excretio, quia neq; madefacit, neque spiritus fit. Est autem Spiritus, fluxus continuus aeris ad longitudinem. Exhalatio autem est, à calido ustiuo communis excretio sicci, & humidi simul. Quapropter non madefacit, sed colorat magis. Est autem lignei quidem corporis exhalatio fumus. dico autem & ossa, & pilos, & omne, quod tale est in eodem. nõ enim est positum nomen commune, sed secundum proportionem, tamen in eodem omnia sunt. quemadmodum & Empedocles inquit. Hæc pili, & folia, & auium plumæ spissæ. Et squamæ fiunt super solida membra. ipsius autem pinguis exhalatio, Fuligo: unctuosi uero, Nidor. Propter hoc, oleum non elixatur, neque incrassatur, quia exhalabile est, sed non uaporabile. aqua autem non exhalabilis. Vinum autem, dulce quidem exhalat, pingue enim. atque eadem facit oleo. neque enim à frigore concrescit, uriturque. Est autem nomine uinum, opere autem non amplius. non enim uinosus sapor. quapropter non inebriat. quodcunque autem uinum inebriat proculdubio. paruam autem habet exhalationem: quapropter & emittit flammam. Combustibilia autem uidentur esse, quæcunque corporum in cinerem dissoluuntur. Patiuntur autem hoc omnia, quæcunque concrescunt aut à calido, aut ab ambobus, frigido & calido. hæc enim uidentur uinci ab igne. minime autem lapidum, sigillum, qui uocatur carbunculus. Combustibilium autem hæc quidem inflammabilia sunt, hæc autem non inflammabilia. horum autem quædam carbonabilia. Inflammabilia igitur sunt, quæcunque flammam præbere possunt: quæcunque autem non possunt, non inflammabilia. Sunt autem inflammabilia, quæcunque non humida existentia, exhalabilia sunt. pix autem, aut oleum, aut cera magis cum alijs, quàm per se sunt inflammabilia: maxime autem quæcunque fumum emittunt.

Carbonabilia autem, quæcunque talium terræ plus habent, quàm fumi. Adhuc autem quædam liquabilia existentia non inflammabilia sunt, uelut æs. & inflammabilia non liquabilia, uelut lignum. alia autem ambo, uelut thus. Causa autem est, quia ligna quidem simul totum habent humidum, & per totum continuum, ut peruratur. æs autem secus unamquamque quidem partem, non continuum autem, & minus quàm ut flãmam faciat. thus autem hac quidem sic, hac autem illo modo habet. Inflammabilia autem sunt exhalabilia quæcunque non liquabilia sunt, propterea quòd magis sunt terræ. siccum enim habent commune igni. hoc igitur siccũ, calidum si fiat, ignis fit. propter hoc Flamma, spiritus, aut fumus ardens est. Lignorum igitur exhalatio fumus: ceræ autem, & thuris, & picis, & talium, & eorum, quæcunque habent picem, aut talia, fuligo. Olei autem, & eorum, quæcunque oleosa sunt, nidor, & quæcunque minime ardent sola, quia paucum sicci habent. transitus autem per hoc, cum altero autem citissime. hoc enim est pingue siccum, unctuosum. Exhalantia igitur humidorum humidi magis sunt, ardentia autem sicci.

Expeditis his quæstionibus prosequitur Aristo. 8. loco, declarans aliam contrarietatem in qualitatibus passiuis, quæ appellatur tractile & intractile, ita, quòd corporum mixtorum, quædam tractilia sunt, quædam intractilia: tractile, ut neruus, & chorda; intractile, ut larer, lapis, ossa, & huiusmodi. Et diffinit corpus tractile, dicens, quòd corpus tractile est illud, cuius partes superficiei possunt trahi ad latus mouentis, seruata sua continuitare, ita, quòd secundum unam partem quiescat, & secundum aliam moueatur & transferatur: & dico, ad latus mouentis setuata sua continuitate, quia hoc corpus debet sic trahi, quòd non diuidatur neque rumpatur sua continuitas: & sic debet habere istas duas conditiones, prima, quòd secundum sui partem moueatur ad latus mouentis; ut si manus trahit corrigiam, secundum unam partem moueatur, & secundum aliam quiescat: Secunda, quòd seruetur eius continuitas: exemplum, dicit Arist. sicut lac, & glacies, & pasta: ita traduxit pasta, quia dicit, quòd latini carent hoc nomine proprio: & ideo latini transtulerunt, farina aqua subacta. Secundo loco Aristo. comparat alias passiones ad aliam dictam, quia aliquando concurrunt compressibile & tractile, & aliquando separantur; quia aliquod corpus compressibile est, & non tractile, ut spongia, & aliquando est tractile, & non compressibile, ut phlegma; & aliquando est tractile & compressibile: & sic aliquando trahibile & compressibile conueniunt, & aliquando non. Sed uos dicetis. Aristo. uidetur sibi contradicere, quia se-

cundo

eundo Physicorum dicit, quòd tractio est motus totius mobilis ad mouens; & hic dicit quòd mouetur secundum unam sui partem tantum ad mouens. Tum etiam est dubitatio de corrigia, quia, si trahatur corrigia, uidetur, quòd secũdum omnẽ sui pattem trahatur ad mouens, non autem secundum unam partem tantum, quia crescit secundum totam sui longitudinem; & secundum totam sui latitudinem decrescit & minoratur: quomodo ergo dicit Aristo. quòd secundum unam partem tantum mouetur ad mouens? De primo dico, quòd est ęquiuocatio de tractu hic & septimo Physicorum, quia septimo Physic. uerum est, quòd est tractio totius mobilis ad mouens, ut totus lapis trahitur ad mouens; hic uero alio modo loquitur de tractu.

Quod dicis secundo de corrigia & neruo, quæ mouentur secundum omnem sui partem; dico, quòd uerum est, quòd ista corpora etiam secundum sui totum transfetuntur ad mouens: quomodo igitur dicit Aristo. quòd secundum unam sui partem tantũ? oh dico, quòd intelligendus Atisto. quia, si corpus debet trahi, ad minus secũdum unam partem sui debet transferri tale corpus ad trahens: potest tamen etiam secundum omnem sui partem moueri & ttansferri ad mouens, & adhuc tale corpus dicitur tractile, quia, etiam si trahatur secũdum omnem sui partem, dicitur corpus tractile.

Sunt autem & hæc quidem ductilia. Hic ponit Atist. secundo loco nonã oppositionem, scilicet corporis ductilis & non ductilis, dicens, quòd corporum mixtorum & coagulatorum quædam sunt ductilia, quædam non ductilia: & definit corpus ductile sic: Corpus ductile est, quod secundum unam partem suæ sup etficiei, & non secundum totum, potest trãsferri in latitudinem tantum & profunditatem, non autem in longitudinem: exemplum, dicit Aristo. ut æs, aurum, & reliqua metalla: ista omnia sunt ductilia, dicit Aristoteles, quia malleo duci possunt & extendi: & quomodo? secundum latitudinem & profunditatem, non autem secundum longitudinem possunt transferri. Et tunc Aristo. comparat corpus ductile ad imptessibile, dicens, quòd conueniunt & differunt ductile & impressibile, quia omne corpus ductile est impressibile, non autem econtra, sed ut in pluribus ductile est impressibile: & quomodo hoc? oh quia iam dixit, quòd corpus ductile est, quod secundum latitudinem potest transferri & duci; corpus uero impressibile est, quod secundum solam profunditatem transfertur: sed omne, quod transfertur, secundum profunditatem & latitudinem trãsfertur: &, quod transfertur secundum latitudinem & profunditatem est corpus ductile; &, quod trãsfertur secundum profunditatem solum, est corpus impressibile: ergo omne corpus ductile, est impressibile, & non econtra; ut puta lignum ipsum est corpus impressibile, non autem ductile, quia lignum potest imprimi, quia potest transferri secundum profundum, non autem secundum latitudinem: ut in plutibus tamen conuertuntur corpus impressibile & ductile, quia quasi uniuersaliter corpus, quod transfertur secundum unam dimensionem, transfertur etiam secundum duas dimensiones: ergo ut in pluribus conueniũt. Et tunc Aristoteles tertio loco comparat compressibile & ductile, dicens, quod corporum mixtotum quædam sunt compressibilia & ductilia, ut cera & lutum; quædam uero sunt compressibilia, non autem ductilia, sicut lana, quæ est corpus compressibile, non autem ductile, quia dixi, quòd mollia non possunt duci, idest liquari. Sed uos dicetis, quia non uidetur uerum, quod dicit Aristo. quòd corpus ductile sit illud, cuius supetficies non tota, sed secundum unam sui partem, scilicet secundum latitudinem & profunditatem potest transferri: hoc non uidetur uetum, quia, si corpus paruum, puta plumbũ paruæ quantitatis, quod est corpus ductile, quia ipsum plumbum ducitur, si inquam, percutitur malleo istud corpus, secundum omnes dimensiones, scilicet secundum longitudinem, & secundum profunditatem, & secundum latitudinem trasfertut, ut patet: quomodo ergo Aristo. limitat dictũ suũ ad profunditatem & latitudinem tantum, dicens, quòd corpus ductile est, quod transfertut secundum profunditatem & latitudinem tantum, & non secundum longitudinem? Dico, quòd re uera ita est, neque aliud uoluit Atisto. in dicto suo, quàm hoc; quasi dicat, quòd corpus ad hoc, quòd sit ductile, requirit ad minus, quòd aliqua sui patte secundum latum & ptofundum transferatur: & sic ad minus secundum duas dimensiones, oportet, quòd transferatur: si autem etiam transferatur secundum omnes dimensiones, hoc non impedit, quin

quin sit corpus ductile tamen non semper requiritur hoc, adhoc, quòd sit corpus ductile, sed sufficit, quòd transferatur secundum duas dimensiones; quasi quòd Aristo. ponat in definitione id, quod requiritur tantum. Quo modo autem istæ passiones sequantur ex qualitatibus passiuis, supponit Aristo. ut manifestum, & reddit rationem Aristo. dicens, quòd ratione huius dicuntur tractilia & ductilia, & ideo sequuntur qualitates passiuas; & hoc Aristo. omittit ut manifestum. Et hæc quidem scissibilia. Ponit Aristo. aliam oppositionem, seu aliam passionem: & transtulit Vatablus, scissile & inscissile, & bene iudicio meo transtulit. Ponit Aristo. igitur aliam differentiam, quia corporum coagulabilium quoddam est scissile, & quoddam inscissile: corpus scissile est illud, quod ampliorem suscipit dimensionem secūdum sui longitudinem, quàm sit corpus diuidentis; quasi dicat Aristo. quòd amplior sit diuisio, quàm tactus diuidentis; & præuenit diuisio tactum, id est contactum ipsius diuidentis; uerbi gratia diuidens diuidit & contingit diuisum, secundum longitudinem quatuor digitorum; & corpus scissile diuiditur per unum palmum; ita, quod longior sit illa diuisio, quàm contactus diuidentis: & in hoc, dicit Aristo. differt scissio à sectione: & quare differt à sectione, quia in sectione nunquam est maior sectio, quàm tactus secantis, immo tanta est sectio, quantus est contactus eius, quia neque plus secans cum serra secat, quàm sit tactus secantis: in scissione autem non est sic, quia maior est scissio, quàm sit tactus diuidentis: & sic differunt sectio & scissio, quia in sectione nunquàm est maior sectio, quàm contactus secantis. Præterea dicit, quòd corpus scissile debet habere multas cōditiones: primo quòd sit corpus durum, & non molle: & dicit Aristo. non molle, & exponit, quomodo non molle simpliciter, quia secundum quid potest esse molle, quia supra diximus, quod bifariam est corpus non molle, quia nullo modo dicitur corpus molle simpliciter: & id est, quòd cedit tactui comprimentis: molle uero corpus secundum quid, est illud, quod dicitur molle, in respectu; ut ferrum est molle secundum quid, respectu ligni, quia potest malleo duci: debet ergo corpus scissile, esse non molle, idest debet esse molle secundum quid, non autem molle simpliciter. Secundo dicit Aristo. quòd non solum requiritur, quòd corpus scissile sit durum, quia non omne corpus non molle & durum est scissile, quia later est corpus durū, non tamen scissile, sed requiritur aliud, scilicet quòd illud corpus sit humidum, & nō impressibile neq; formabile, quia scissile corpus est, sicut abies, in quo præuenit scissio tactum diuidentis. Tertio dicit, quod corpus scissile est illud, quod secundum lōgitudinem habet meatus, quasi reddens causam scissionis, dicens, quòd causa est, positio meatuum, id est filamenta & uenæ illæ diuisæ per longum, sicut habet Abies; ita, quòd, cum corpus caret istis filamētis, non est scissile: & ita est nux, quæ non habet istas fibras & uenas, & ideo non est scissilis, quia non habet istas uenas secundum longitudinem. Lego uerba. In desumatione autem, id est in scissione, & sic debet legi.

Sectilia autem sunt. Nunc Aristo. ponit aliam passionem, quæ sequitur, scilicet corporum sectilium & insectilium, quia differunt scissile & inscissile, & sectile & insectile: &, quia declarauit, quid scissile, & quid inscissile, ideo declarat modo, quid sectile & insectile. Et dicit primo, quòd corpus sectile est, quod sui duritie non præuenit diuisione diuidentis, sic, ut istud corpus durum sit uel molle indifferenter, neque diuisum comminuatur: & sic corpus sectile habet tres conditiones; prima est, quòd sit corpus, cuius diuisio non præueniat contactum diuidentis; & in hoc differt à corpore scissili, ut uidimus: secunda conditio est, dicit Aristo. quòd illud corpus sit molle uel durum, quia indifferenter aliquod corpus durum, & etiam aliquod corpus molle est sectile; sicut cera est corpus molle, & est corpus sectile; & etiam lignum est corpus durum, & est sectile: tertia, quòd, cum tale corpus diuisum est, non comminuatur, idest si hoc corpus diuiditur, quòd non diuidatur in multas partes; quòd est proprium corporis friabilis, & in hoc differt à corpore friabili: & per primam conditionē diuiditur sectile à scissili, quia in sectione tanta est diuisio, quantus est contactus diuidentis; in scissione autem longe maior est diuisio, quàm contactus diuidentis: exemplum primi patet in serra, quoniam secundum longitudinem secat lignum, ubi tanta est diuisio, quātus est contactus diuidentis: exemplum scissionis patet in lignis, maxime Abietis, quando enim secantur, diuiduntur. Et notate in tertia conditione, quia dicit, quòd uel illud corpus fuerit

molle

molle, uel durum: quare dicit hoc? quia indifferenter corpus durum & molle potest esse sectile: & non dico, quòd semper corpus durum uel molle sit sectile, quia aliquando non sunt sectilia; & ideo dico, quòd potest esse. Et tunc addit secundo, quòd, licet hęc passio per primam differentiam seu conditionem differat a corpore scissili, tamen aliquando idem corpus potest esse scissile & sectile: & dicit, quòd, quando aliquod corpus est simul scissile & sectile, secundum aliud & aliud est sectile & scissile, quia sectile est quo ad latitudinem; scissile uero secundum longitudinem, quando, scilicet potest in eo corpore diuisio præuenire contactum diuidentis: sectio uero est, quoniam secundum latitudinem non præuenit diuisio secti. Sed dices, non ne etiam corpus potest secari secundum longitudinem, puta abies? dico, quòd ita est de facto, quòd potest secari secundum longitudinem, immo de facto secatur: oh cur ergo dicit Aristo. quòd ratione longitudinis est scissile; ratione uero latitudinis est sectile? dico, quòd facilior apparet ista passio secundum latitudinem, quàm secundum longitudinem; scissio uero magis apparet secundum longitudinem; & ideo ita dixit Arist. non quòd sectio non fiat secundum longitudinem. Viscosum autem est, cum trahibile. Nunc Aristo. ponit aliam passionem, quæ est uiscositas seu tenacitas; & dicit, quòd corpus tenax seu uiscosum est, quod liquidum existens, sui mollitie potest in multum extendi, & iterum potest contrahi, & iterum uicissim extendi & contrahi: & iam diximus, quæ sint ista, ut uiscum, & alia huiusmodi: & hæc est eius definitio. Et quomodo corpus tenax potest hoc facere? dicit Aristo. quia eius partes sunt quasi concatenatæ: & sic potest hoc fieri quasi concatenatione partium suarum; uidentur enim habere quandam concatenationem in partibus suis, ratione quarum possunt contrahi in se ipsa, cum extensa sunt. Et aduertatis, quia in textu est unum uerbum, quod habet difficultatem; Tale autem facit concatenationem. & Vatablus transtulit, fit permutatione & uicissitudine: quomodo? id est corpus, quod uicissim potest extendi, & iterum contrahi, quia uicissitudine tum extenditur tum cõtrahitur in se ipsum: & sic melior traductio illius, quæ dicit permutatione, quàm ea, quæ dicit concatenatione, quia illa traductio nullo modo conuenit uerbo græco. Commassabilia autẽ sunt. Hic Aristo. ponit aliam passionem, quæ est 13. in ordine, scilicet commassabile & incommassabile corpus (& iste transtulit densabile & indensabile) & dicit, quòd corpus dẽsabile, est corpus compressibile, quod, si comprimatur, seruat sui compressionem, quia non contrahitur in semetipsum: si enim comprimitur spongia, non contrahitur in semetipsam: & ideo non ferunt sui compressionem: & ideo dicitur corpus compressibile, non autem dicitur corpus densabile. Hæc de hac lectione.

Et hæc quidem combustibilia sunt. Enumerat aliam contrarietatem Aristo. quæ est 14. in ordine, quæ sequitur qualitates passiuas, scilicet ustile & inustile. Et definit primo, quid sit ustile, dicens, quòd ustile est corpus, quod habet poros secundum longitudinem protractos, qui pleni sunt humiditate, quæ facile separatur ab igne: Ex opposito uero inustile est corpus, quod non habet poros; &, si habet, nõ habet illos rectos; aut, si habet poros rectos, non sunt pleni illi pori humiditate illa, sed sunt pleni illa humiditate aquea, quæ non facile separatur ab igne. Et sic corpus ustile tres habet conditiones: prima est, quòd debet habere meatus, quia, si non habet meatus, non est corpus ustile, ut lapis: secunda, quòd habeat meatus rectos, quia, si non habet rectos non facile recipit ignem: tertia, quòd debent etiã isti meatus esse pleni humiditate, quæ facile separetur ab igne: quia duplex est humiditas, una aquea, quæ difficulter separatur ab igne, quæ non facile patitur ab igne: alia aerea, & de facili separatur ab igne. exemplum, sicut ligna sicca abietis, quæ habent meatus in longum porrectos, & etiam habent illos plenos aerea humiditate, & habent illos rectos; quia, si non sint repleti aerea humiditate, non uruntur; ut sunt ligna uiridia, quæ habẽt poros plenos humiditate aquea, quæ non est ustilis: ad cuius differentiam, dicit Aristo. ponimus glaciem, quæ habet poros rectos, sed plenos humiditate aquea; & ideo non est ustilis. Sed hic est dubitatio, quia supra Arist. cum loqueretur de ebano, dixit, quòd ebanus nigra caret poris, & ideo non supernatat, sed submergitur in aquam; & tamen Dioscorides cap. primo de ebano in loco proprio, & Plinius in cap. de ebano, dicunt, quòd exuritur igne faciliter; & tamen non habet meatus. Tum secundo, quia dicit Aristoteles, quòd lapis nõ exuritur, quia

caret poris: sed est dubitatio, quia Dioscorides in libro quinto dicit, quòd est lapis amiantus, quem ego etiam uidi, & dicitur lignum germanicum, & à Dioscoride dicitur lapis amiantus; & ab alijs connumeratur inter ligna: & iste lapis exuritur, &, cum incipit inflammari ex una parte, procedit usque ad aliam partem, & postea reuertitur: & Plinius numerat ipsum, ut dixi inter ligna: & ego uidi hoc lignum Romæ.

De primo dico, si uerum est id, quod dicunt Dioscorides & Plinius, quòd nigra ebanus exuritur ab igne placido & iucundissimo; & Aristo. dicit, quòd caret poris, quia non exuritur; dico, quòd non dicit Aristo. quòd omnino careat poris, sed habet poros ualde angustos, qui non possunt recipere aerem exteriorem, quia non admittunt illum intra se, & ideo submergitur in aquam; cum illis tamen poris ita paruis potest exuri.

De secundo, de lapide illo, qui exuritur, ut Dioscorides & Plinius dicunt, & tamen caret poris; dico, quòd uerum est, quòd ille lapis uritur; sed tamen habet meatus, qui sunt repleti aere; & habet rectos: & ideo non caret poris, immo habet illos repletos aere: uerum tamen est, quòd illa humiditas aerea, est glutinosa, quasi sicut oleum; & facit ille lapis fila ualde tenacia & uiscosa, & ideo ignis ratione illius uiscositatis non penetrat interiora illius humidi, quia ignis non profundatur in ipso, sed illa flamma est tantum in superficie, & non cōsumit humidum illud, nisi longissimo tempore; & flamma illa est ualde leuis: non est sermo ergo Aristotelis uniuersalis de lapide, sed de illis, quæ carent poris: isti uero, qui habēt poros plenos humiditate aerea, bene possunt inflammari: & ideo uerba Aristo. intelliguntur ut in pluribus, quia non intelliguntur de lapide isto, qui potest inflammari, qui habet poros plenos humiditate aerea, licet uiscosa & lentosa. Lego uerba, & clara sunt.

Exhalabilia autem sunt corporum. Iste textus est omnium difficillimus; neque Gaetanus, neque Themistius, neque Albertus illum intelligunt: Alexander bene intellexit, licet ualde truncate exponat. Textus ergo difficillimus est: & intentio Aristo. est describere corpus exhalabile & non exhalabile; & est decimaquinta contrarietas seu diuisio: & primo describit corpus exhalabile: secundo declarat descriptionem: tertio ponit quoddam quasi documentum. Et descriptio est hæc, scilicet exhalabile corpus est, cuius humiditas non euaporat seorsum ab igne: & Vatablus & Alcyonius exponūt, quòd corpus exhalabile est, cuius humiditas non euaporat seorsum ab igne, idest est corpus, cuius humiditas non euaporat, nisi igniatur. Sed omnino oppositum huius dicit Aristo. dicit enim Aristo. quòd humiditas huius corporis non euaporat ab igne, sed à tempore; quia in hoc est differentia inter corpus exhalabile & corpus euaporabile, quia humiditas corporis euaporabilis euaporat ab igne; humiditas uero corporis exhalabilis non euaporat ab igne, sed à tempore Gaetanus, D. Thomas, & Albertus dicunt, quòd corpus exhalabile est corpus, quod euaporat, & non euaporat ab igne, idest non euaporat ex eo, quòd igniatur, sed ex seipso euaporat; sicut in pomo euaporat humidum, non quia igniatur, sed amoto igne euaporat, ita, quòd quasi ex se ipso euaporat: & sic ponunt oppositum sensum sensui priori, scilicet Vatabli, & Alcionij, quia primus sensus dicit, quòd euaporat ex hoc, quia ignitur; & isti dicunt, quòd euaporat ex hoc, quòd non ignitur: & rectus est sensus istorum, licet sit diminutus & detruncatus, quia aliter Aristo. contradiceret sibi in ista descriptione, & in descriptione corporis exhalabilis. Dicit ergo Aristo. quòd ista humiditas euaporat; & non euaporat ab igne, neque seorsum; neque sola humiditas euaporat, sed simul cum ea euaporat pars solida & constans, quia corrugatur, & exiccatur & marcescit eius pars humida: & iste est sensus uerus illius descriptionis Aristotelis: & Gaetanus, D. Thomas, & Albertus acceperūt istū sensum Aristotelis secundum partem, non acceperunt totum sensum completum. Et tunc Aristo. probat istam descriptionem tripliciter, scilicet, quòd corpus exhalabile habeat istas duas conditiones: & probat primo, quia illud corpus, cuius humiditas euaporat & exsoluitur ab igne, & sola illa humiditas euaporat, est corpus euaporabile, non autem exhalabile: ergo ista est descriptio corporis euaporabilis, scilicet dicere, quòd est corpus, cuius humiditas exoluitur ab igne: ergo ista sola non est descriptio corporis exhalabilis, scilicet cuius humiditas euaporat ab igne, quia ista est descriptio euaporabilis, & non exhalabilis: ergo debet esse descriptio corporis exhalabilis, scilicet, quòd competat corpori exhalabili,

debet

debet dicere, quòd est illud, cuius humiditas euaporat non ab igne; & non sola humiditas euaporat, sed simul cum ea pars solida & constans. Et maiorem huius conclusionis probat Aristo. ex descriptione uaporis supra dicta, quòd uapor est secretio, à calore existente genita; ut cum calor solis agit in aquam, conuertitur in uaporem, & ista secretio est uapor: & sic patet maior, quòd, cum conuertitur pars aquea in uaporem, dicitur illa, secretio. Minor propositio, quod, scilicet secretio corporis exhalabilis non est secretio solius humidi, seorsum ab igne, probatur ab Aristotele quasi exemplo; quia, si capiatur pomum, & ponatur distans & remotum ab igne, exhalatur eius humiditas, & non solum humidum, sed etiam eius pars solida terrea constans: & ista exhalatio non est ab igne, nec est solius humidi, quia pomum illud corrugatur & exiccatur: ergo non tantum pars humida aquea, sed etiam sicca & constans, euaporat: neque etiam est a calido ista secretio, sed est à tempore; quia, ex quo fuit hoc pomum contentum in aliquo loco, remoto ab igne, senescit, & euanescit eius humidũ; &, cum eius humidum euanescit, minoratur & exiccatur substantia eius etiam; & sic euanescit, non ab igne, sed à tempore: & sic hæc descriptio habet duas cõditiones: & hæc est prima probatio Aristotelis. Secunda probatio est, quia textus est difficilis; ideo aduertite: dicit, quòd secretio corporis humidi, quæ sola est, habet exhalationem siccam: & omnis secretio, quæ sola est, & quæ fit ab igne, uel à calore extrinseco, aut humectat, aut generatur spiritus, aut uentus, quia uentus est motus aeris in longum delatus & protentus: & quomodo est motus aeris? intelligatis exhalationis siccæ, ut dixi in capite de uentis, quia uentus est motus siccæ exhalationis secundum latum, & continue: & sic aut humectat, aut fit spiritus in longum delatus, idest uentus: dicit ergo, quòd omnis secretio solius humiditatis, si est ab igne, aut humectat, aut conuertitur in uentum: sed secretio corporis exhalabilis neque humectat, neque fit uentus: ergo non est uapor: quòd autem secretio corporis exhalabilis neque humectet, neque fit uentus, omittit Aristo. ut manifestum ex declaratione maioris, quia ex declaratione maioris patet, quę est, quòd omnis secretio humiditatis solius, quę fit à calore extrinseco, ut ab igne, aut humectat, aut fit uentus; quia calor generat duplicem halitum ex terra, & aqua, qui aliquando commiscentur; &, si maior sit copia uaporis, tũc hęc secretio humectat, & conuertitur in pluuiam: si autem halitus siccus abundet, tunc erit exhalatio: &, sic aut hæc exhalatio humectat, & generatur pluuia; aut est sicca, & sic conuertitur in spiritum: non autem sic est in ista exhalatione, quia non est corporis, quod conuertitur in pluuiam, nec in uentum, nec sola euaporatur, ut patet in pomo. Tertio probat, quia secretio uaporis humidi euaporabilis sola, tantum humectat, non autem denigrat: sed secretio corporis exhalabilis non tantum humectat, sed etiam denigrat corpus, cui occurrit, & est sicut fumus: ergo sequitur, quòd secretio corporis, non est eadem secretio corporis exhalabilis: ergo signum est, quòd secretio corporis exhalabilis, non euaporat in uaporẽ; neque sola humiditas euaporat, sed simul cum humiditate etiam euaporat aliqua pars sicca & constans, cuius ratione offuscat; & sic est fumus: & sic tribus rationibus declarauit Arist. quòd corpus exhalabile est, cuius humidum non sit euaporabile ab igne, nec solum & seorsum, sed simul cum eo etiam euaporat siccum & constans, ut prius in exemplo de pomo. Lego uerba, quia difficilia sunt. Exhalabilia autem &c. hic sumitur, qualiter expositio Vatabli, & Alcyonij non est ad uerba Aristo. Et hæc quidem corpora fiunt disparentia, idest æstuant, & fiunt minora, idest fiunt sicca, quia exiccantur. Differt autem. Hic proponitur probatio. Exhalatio autem est. ista uerba uidentur contradicere superioribus, quia hic dicit, quòd hæc euaporatio fit à calido ustiuo; & supra dixit, quòd fit à tempore: sed de hoc dicemus infra. Propter quod quidem hic Aristo. ponit tertiam probationem. Est autem. hic ponit documentum Aristo. quia, cum dixit, quòd differunt corpus exhalabile, & corpus euaporabile, quia in corpore euaporabili non tantum resoluitur humidum, sed cum eo etiã siccum; nunc declarat species huius exhalationis, dicens, quòd tres sunt species halitus corporis exhalabilis, primo est una species huius halitus, quæ à latinis dicitur fumus, & à Græcis dicitur lignys, & iste halitus est corporum, quæ proprie generantur ex lignis: & comprehenditur sub isto halitu non tantum qui fit ex lignis, sed etiam ex pilis, & filis, plantis, & ossibus, & squamis piscium: & omnia ista sunt eadem proportione, non autem . . sed ana-

logia quadam, quia omnes isti halitus debent dici eodem modo, scilicet fumus, quia ista corpora sunt idem secundum proportionem: quia, sicut se habent frondes in plantis ad tegendum, ita pili in animalibus: & ideo illæ exhalationes omnes habent hoc commune, scilicet fumum: & ideo recte dixit Emp. quòd sunt idem quadam analogia. Secunda species est, quæ est halitus corporum pinguium, sicut rhesinæ, picis, ceræ, qui halitus est alterius speciei à primo; & à latinis dicitur fuligo: cum enim ista inflammãtur, à principio effumat quidam halitus, qui, ut diximus, à latinis dicitur fuligo. Tertia est species halitus non corporũ pinguium, sed corporum unctuosorum, sicut oleum, quia Arist. distinguit inter unctuosum & pingue: à Latinis iste halitus dicitur nidor, quia proprie est halitus carnium, dum inflammantur. Differunt ergo specie isti tres halitus, dicit Aristo. sicut corpora, ex quibus generantur, differunt specie. Secundo dicit Aristo. quòd ex dictis sequitur, quòd neque oleum neque uinum dulce digeritur aut crassescit à calore: & probat, quia etiam corpus, quod digeritur aut crassescit est corpus euaporabile, quia supra dixit, quòd ea, quæ digeruntur, fiũt crassiora: &, quod crassescit, euanescit ab eo humidum aqueum: ergo est aqueum: ergo est euaporabile, quia non resoluitur humidum aqueũ, nisi euaporat: ergo omne corpus, quod digeritur aut crassescit, est euaporabile non exhalabile: sed nec uinum nec oleum sunt corpora euaporabilia, sed exhalabilia, quia corpora euaporabilia sunt à prædominio aquæ; sed oleum est à prædominio aeris: ergo non est corpus euaporabile, quia ab eo potest resolui humidum aqueum, si est corpus aereum: & probat Aristo. de uino dulci, de quo loquitur, quòd non sit corpus euaporabile, quia tale uinum habet temperamentum olei, tum quia est pingue, sicut oleum; tum quia exuritur, sicut oleum, & hoc ideo, quia caret humido ratione . . tum quia non crassescit sicut oleum: & ideo hoc uinum, æquiuoce dicitur uinum, quia tantum nomine dicitur uinum, non autem ratione, quia non inebriat, & facit aliud uinum: tum etiam habent aliam conuenientiam, quia, sicut oleum est corpus exhalabile, & non euaporabile, ita etiam & hoc uinum; non tamen exhalabile ad tantam distantiam, sicut oleum; ideo, sicut oleum non est corpus euaporabile, neque à prædominio aquæ; ita etiam neque uinum est corpus euaporabile, neque à prædominio aquæ: quare habet conditiones olei. Lego uerba. Et omne tale est in eo, idest omnia talia sunt sub eodem genere analogo, & sub analogia quadam.

Descripsit nobis Arist. corpus exhalabile, & dixit, quod est corpus, cuius humiditas neque sola, idest seorsum sine parte constanti corporis, neque ab igne euaporat, sed à tempore exhalat; & in hoc differt ab euaporatione, quia euaporatio est ab igne. Et secundo dixit quòd est triplex corpus exhalabile: aut est lignosum, & eius exhalatio dicitur fumus: aut est corpus pingue, ut pix, & istius exhalatio dicĩ lignys à Græcis: tertio sunt corpora unctuosa, quorum exhalatio appellatur nidor à latinis: & dicũtur corpora unctuosa, & nõ pinguia, quia secundum Aristotelem corpus unctuosum differt à pingui: tertio & ultimo posuit tanquam corrollarium, quod ex dictis sequitur, quòd neque uinum, neque oleum sunt corpora quæ possint digeri, aut crassescere quia illud uinum habet idem temperamentum cum oleo: & adduxit causas, quare eiusdem sit temperamenti cum oleo.

Est modo dubitatio in Aristotele, quia uidetur contradictio in dictis eius, quia primo dixit, quòd exhalatio erat euaporatio corporis exhalabilis, & quòd talis euaporatio est à tempore, non autem ab igne; & postea dixit, quòd exhalatio est, quæ est à corpore exurente: si à calore exurenti, ergo ab igne extrinseco erit ista euaporatio, & communis segregatio humidi & sicci simul: non est ergo uerum, quo diste halitus nõ fit ab igne extrinseco. Tũ ratione ostendo, quod hæc secretio non potest esse à tempore, quia quarto Physicorum, tẽpus est quantitas continua: ergo nullam habet actionem: ergo non potest esse principium actiuum, quia nulli quantitati, ut quantitas est conuenit actio, ex quarto Physicorum: quòd autem tempus sit quantitas continua, patet quia est continuitas & mensura primi motus: ergo euaporatio hęc non potest esse à tempore. Tertio, quia exhalatio corporis exhalabilis est quædam marcedo eius & putrefactio: & supra dictum est, quòd omnis putrefactio fit ab extrinseco calore: ergo etiam hæc euaporatio fit ab extrinseco calore: quomodo ergo dicit Aristoteles quòd non fit ab igne? Secundo principaliter arguitur contra

aliud

aliud eius dictum, quia dixit, quòd halitus corporis exhalabilis, neque est materia pluuiæ, neque uenti: & ideo differt à uapore: sed contra, quia primo huius dictum est, quòd omnis halitus aut à prædominio est humidus, & sic ex ipso fit pluuia: aut à prædominio est siccus, & sic ex ipso fit uentus: quomodo ergo dicit Aristo. hic, quòd iste halitus neque est materia uenti, neque pluuiæ? Tertio dubitatur de oleo quia sibi contradicit de oleo: supra enim, cum dixit de oleo, dixit, quòd oleum à frigore & à calido crassescit, non autem exhalat: hic uero dicit, quòd oleum non crassescit & exhalat: ergo in duabus sibi contradicit ut patet. Quarto, quia etiam de uino sibi contradicit, quia supra dixit, quòd quinque mixta erant à prædominio aquæ, ut serum, urina, lixiuium, acetum, & uinũ; & ex quo erant à prædominio aquæ ista, congelantur à frigore; ergo uinum est à prædominio aquæ; ergo uinum congelatur, & etiam digeritur: hic uero dicit, quòd uinum non est à prædominio aquæ, sed aeris, sicut oleum, neque digeritur: tum etiam, quia dicit, quòd hoc uinum dulce non inebriat: sed huius oppositum docet experientia, quia uinum dulce inebriat, & etiam supra dixit ipse, quòd digeritur, & dicit hic, quòd non; ergo contra dicit sibi & experientiæ. Quinto, quia supra posuit tantum duo genera halitus, ex quibus nascũtur omnes metheoricæ impressiones: unum genus est uaporis humidi, geniti ab aqua; & iste uapor est materia humidarum impressionum: aliud est exhalationis siccæ, genitæ ex terra; & ista est materia omnium passionum ignitarum, & terræ motus, & uenti: & hoc dixit in principio huius libri, & posuit hoc ut principiũ huius . . & hic dicit, quòd sunt tria genera halitus, s. unum, quod dicitur fumus; & aliud, quod dicitur nidor; & aliud, quod dicitur fuligo. Sexto dubitatur, quia Arist. distinguit nidorem à fuligine, quia fuligo est halitus corporis pinguis; nidor uero est alterius corporis unctuosi: sed unctuosum & pingue idem sunt: neque Arist. declarat, si differunt, quomodo differant unctuosum & pingue corpus, sed omnino uidetur, quòd sint idem ista corpora, & si ista corpora sunt eadem, ergo neque halitus eleuati ab ipsis distinguuntur inuicem sed erunt idem per rationem ipsius Arist. quia dicebat, quòd ideo halitus isti differunt, quia corpora ex quibus eleuantur, differunt & distinguuntur. De primo, cum dicis, quòd Arist. sibi contradicit, quod exhalatio fiat à tempore, & non ab igne, quia postea dicit, quòd fit à calore ustili; ergo ab igne; dico, quòd reuera euaporatio ista humidi euaporabilis, quæ est exhalabilis, fit ab igne extrinseco, & non potest fieri nisi à calore, quia omnis halitus fit à calore extrinseco: & cum dicis, oh Arist. hic dicit, quod non fit à calore extrinseco (& in hoc differt à uapore) sed tãtum fit à tempore, & non à calore extrinseco, & à calore, seu à uapore; dico, quòd reueta fit à calore extrinseco, s. aeris ambientis, sed immanifesto nobis, quia immanifestum est, quòd ista exhalatio fiat à calore extrinseco: & ideo dicitur fieri à tempore, & non à calore extrinseco; quia si pomum reseruatum in arca, & marcescit & exhalat, non est manifestum nobis, quòd ista exhalatio fiat à calore extrinseco, licet reuera fit à calore extrinseco ambientis: ideo attribuimus illa tempori: ut dicit Aristoteles quinto Phys. quòd illi effectus, qui proueniunt à causa nobis immanifesta, & quæ nos latet, attribuuntur ipsi tempori; ut est etiam senium, & mors, quia senium est quædam marcedo, quæ fit ab aere ambiente, & tantum tribuitur tempori: & neque mors neque senium fiunt à tempore, & ramen dicimus, quòd proueniunt à tempore, quia immanifestum est nobis, quòd fiant à continẽte: ita etiam est in proposito in huiusmodi exhalatione; quæ fit à continente, &, quia hæc causa est nobis immanifesta, ideo dicitur, quòd fit à tempore; reuera tamen est à calore extrinseco, & non à tempore, sed immanifeste ab ambiente: & quia uapor ille manifestius fit à calore extrinseco, quàm à tempore, ideo attribuimus improprie fieri à calore extrinseco: & sic concludit argumentum, quòd ista exhalatio fiat à calore extrinseco, sed immanifeste, manifeste autem à tempore: et sic ad argumentum dico, quòd tempus nõ est causa effectiua huius exhalationis, sed circumloquimur causam, quia nobis causa propria non est manifesta. De secundo, quia primo huius dixit, quòd erat tantum duplex halitus; unus, qui erat calidus & humidus, & ista erat materia passionum humidarum: & alius calidus & siccus, qui est materia passionum ignitarum, ut uenti, terræ motus: hic uero dicit, quòd hæc exhalatio nõ est materia uenti nec pluuiæ; ergo tres sunt halitus, & duo tantum, ut ibi dixit; respondet

Albertus, quòd reuera ita est, quòd ista exhalatio, de qua hic Arist. loquitur, est etiam materia uenti, uel pluuiæ: oh quare dixit Arist. quòd non est materia nec pluuiæ, nec uenti? oh dicit, quòd reuera, quantum est ex sui natura & per se, iste halitus seu ista exhalatio est materia uenti aut pluuiæ, tamen per accidens iste halitus. s. sui exigua quantitate, non est materia uenti aut pluuiæ, quia est tam exiguæ & immanifestæ quantitatis quòd non potest conuerti in aliquod eorum qua citius transmutatur ab aere continenti, quàm possit in uentũ aut pluuiam transferri: & ideo Arist. non posuit hunc halitum materiam illatum passionum quia. s. citius absumitur, quàm quod conuertatur in aliquod illorum.

De tertio, de oleo, quia sibi contradicit hic, & supra, domini, si bene recordamini, dixi, cum loqueremur de oleo, quòd semper, quando est contradictio in dictis authorum, non potest solui, nisi ex æquiuocatione terminorũ, quia termini aliter accipiuntur in uno loco & aliter in alio: dixi ergo supra & nunc repeto quod crassities trifariã sumi pōt, ptimo pro omni . . . Et sic oleũ crassescit & à calido & à frigido; & ita hic nó accipitur crassities: secundo sumitur crassities pro omni constantia, & maiori mole corporis ex admistione alicuius alterius corporis secum; & hoc modo dicitur ibi, quòd oleum à frigido fit crassius, quia frigus permutat partes aereas in aqueas ipsius olei; quæ aqua ei admixta congelatur, à frigore, & efficit corpus crassius, quàm sit oleũ, & quàm sit ipsa aqua: & dixi uobis, quomodo ex ipsa aqua & oleo fit corpus densius quàm sit utrunque, & dixi, quòd erat per accidens, idest ex multa & crebra generatione paruarum ampullarum: & ita etiam dixi, quòd est de genitura, & spuma, & aqua bulliente, quia genera non illæ paruæ & crebræ ampullæ, nobis immanifestæ, quæ sursum tendentes faciunt tumorem & illam crassitiem: & hoc modo dixi supra, quòd oleum crassescit à frigore; non autem ita capirur hic crassities ab Aristotele, sed capitur primo & secundario modo: alio modo capitur crassities, non quia maiora fiant sed sicciora, quia minus diluta sunt; & hoc modo accepit supra Arist. quia dixit, quòd omnia, quæ digeruntur, sum crassiora, idest habent minus humidi diluti: & ista crassities fit & hoc, quia humidum aqueum dissoluitur à calore, & a terreo constanti separatur; & hoc modo crassescunt fructus; sicut etiam in uino, dum digeritur, separatur humidum aqueum à constanti terreo. cum ergo supra dixit Arist. quòd oleum crassescit à frigido & à calido, loquitur de crassitie primo & secundo modo: cum uero hic dicit, quòd non crassescit, loquitur tertio modo de ctassitie: & sic non est contradictio in dictis Aristotelis, quia non est secundum idem; ut est contradictio, quæ est circa idem: sed aliter sumit hic Aristoteles crassitiem, aliter ibi: & sic sunt termini æquiuoci, in quibus non est cõtradictio, quia contradictio est secundum idem & ad idem, ut dicitur in libro Elenchorum: non ergo sibi aduersatur Aristoteles: & ideo dicit ipse, neque digeri potest, quia omnia, quæ digeruntur crassescunt hoc modo, quia resoluitur humidum aqueũ à terreo constanti: sed in oleo non potest separari humidum superfluum à constanti terreo: ergo non potest digeri; & ita etiã de uino. Eodem pacto etiam, cum dicis, quòd supra dixit, quod oleum non est corpus exhalabile propter lẽtorem partium; hic uero dicit, quòd exhalatur; dicatis eodem pacto quòd aliter hic, & aliter accipit ibi exhalationem, quia accipit ibi exhalationem pro resolutione humidi aquei à terreo constanti, & hoc pacto oleum non potest resolui propter lentorem eius: hic uero, cum dicit, quòd exhalat, non intelligit, quòd separetur pars aquea à parte terrea constante, sed intelligirur, quòd aliqua pars olei, & nó dico pars aquea ipsius olei sed p solui, dico, quæ absumitur reliqua manẽte; & pars, quæ absumitur, cõuertitur in fumũ & exhalationem, reliqua parte olei remanente: & sic exhalatur oleum, & nó primo modo.

De quarto quia Aristo. etiam de uino sibi aduersatur, quia supra dixit, quod est aqua à prædominio, & ideo congelatur; & hic dicit, quòd est à prædominio aeris: supra etiam dixit, quòd congelatur à frigore; & quòd digeritur; hic uero dicit, quod non digeritur, quod uidetur falsum quia mustum est idem, quod uinum, & mustum digeritur; ergo etiam uinũ: dico, domini, ut debetis dicere, & Alexander hoc etiam aduertit, quod uinum non est unius & eiusdem naturæ, neque eiusdem temperamenti, sed est triplicis naturæ & temperamenti, ut ponitur ab Aristorele, & eriam à Galeno; & nullus exactius dixit de temperamento uini, quàm Galenus; & in mille locis loquitur de temperatura uini: dico ergo quod

quòd uinum est rriplicis naturæ:quoddam à prædominio aquæ; & sic supra dixit, quando numerauit uinum inter mixta aquea à prædominio;& tale uinum congelatur à frigido; & sunt quædam uina alba paucifera ;& de istis dicit Galenus, quòd est dubitatio, an calefaciant aliquo modo, quia uidetur, quod porius frigefaciunt & aliquando dicit quod parũ caloris habent,& aliquando dicit,quòd infrigidant,ex quo sunt tenuia & aquosa: & sic nõ omne uinum est calidum : & ista uina non negantur febricitantibus, ut dicit in primo regim.acut.aliud est uinum à prædominio rerræ; & de hoc dixit supra, quia coagulatur à calido,& est á prædominio terræ;& rale uinum,dixit supra,quòd est uinum Arcadiæ : & istud uinum adeo coagulatur & consistit, quòd diuidunt in frusta, & ponunt in aquam, ut liquescat, quando uolunt bibere; & de isto uino dicemus infra. Tertium est uinum, de quo hic loquitur quòd neque est aquæ neque terræ à prædominio, sed aeris; quia, licet sit aquæ, tamen in eo est plus aeris, quàm aquæ ; & tale uinum,est uinum dulce ; sed non omnia uina dulcia,quia non omne uinum dulce est à prædominio aeris, sed intelligit de uino dulci antiquo expurgato ab humido aqueo : & ideo tale uinum, dicit Aristo. non inebriat,quia ebrietas fit à uapore eleuato à uino,ascendente ad cerebrum;qui uapor sui natura non est frigidus,sed à cerebro infrigidatur & ingrossatur;& ideo condensatur, & affigitur neruis,seu poris & meatibus arteriatum, & sic obstruit poros & arterias ; & ideo aufert sensum & motum:& sic inducit somnum ; & sic inebriat. Sed non omne uinum inducit somnum,immo aliquando inducit uigilias;quia istud uinum, licet sit dulce, tamen non habet partem aqueam, aqua possint eleuari isti uapores tendentes ad caput : et ideo non inebriat,immo ab eo eleuatur exhalatio, quæ est calida et sicca, quæ non condensatur, et ideo nõ obstruit meatus,nec sensus tollũtur,nec inducitur somnusimmo potius uigilia, et hoc mõ soluit cõciliator:et sic Arist.non cõtradicit sibi de uino, quia est diuersa tẽperatura ipsius uini,sicut diuersæ sunt species uini. Et ideo,cũ quæritur,an oẽ uinũ sit calidũ et siccũ, male quęritur,quia uinũ per se bumidũ est quia fluit more aquę:et nõ omne uinũ est eiusdẽ naturæ, & nõ omne uinũ calefacit,& sic nõ omne uinũ exiccat,quia per se humidũ est re uera; &,si exiccat est per accidens . De penultimo,& est secundum in ordine, quia hic ponit tria genera halitus; & supra in principio libri ponit tantum duo ; dico,quòd Aristote. supra nominauit duo prima genera halitus,quæ uaporant à rebus corporeis actione caloris:quæ genera halitus,sunt corpuscula tenuia,& unum euaporat ab aqua ; & aliud à terra : si uero hic explicat tria genera halitus,hæc reducuntur ad illa prima genera halitus,quia isti halitus non sunt simplices halitus,sed commixti ex illis duobus primis. De ultimo,quomodo differat corpus pingue ab unctuoso,quia uidentur esse eadem; dico,quòd pingue & unctuosum non sunt idem,ut etiam Arist.mox infra declarabir,quia corpus pingue habet plus sicci,quàm habeat corpus unctuosum & oleosum,ut patet in exemplo suo,ubi dicit,quòd corpora pinguia sunt,ut cera,pix,unctuosa uero sunt,ut oleum : & ideo dicit Aristote. quòd si permisceatur corpori unctuoso & oleoso corpus siccum, tale corpus unctuosum fit pingue : & unctuosum est,sicut oleum;& pingue, sicut cera,& pix : & plus humidi habet oleũ, quàm pix,quia ista duo corpora differunt; pingue & unctuosum; ideo etiam differunt halitus eleuati ab istis corporibus.

Vstibilia autem uidentur. Aggreditur nunc Aristo.sermonem de corpore ustili & non ustili,quia iam interrumpit sermonem suum de corpore exhalabili & non exhalabili, ut ostenderet affinitatem horum corporum inuicem. Dicit Olympiodorus,quòd,scilicet omne exhalabile etit ustile : & ideo nunc reuertitur ad ipsum,ut perfecte declaret illud : & primo definit corpus ustile : secundo ponit diuisionem talium corporum : tertio comparat illa inuicem : & quarto epilogat. De primo dicit, quòd corpus ustile,est corpus,quod ab igne in cinerem dissolubile est: & causa,cur in cinerem dissoluitur, dicit Aristo.est,quia coagulatũ est aut à calido solo, aut à calido simul cũ frigore,ideo in cinerem dissoluitur,& est ustile. Et,quia dixit,quòd omne corpus coagulatum ex solo calido,aut à calido simul cum frigore, est ustile,ideo statim dat instantiam de lapide sigillo,qui carbunculus dicitur : & ideo excepto solo lapide sigillo,qui carbunculus est,dicit textus: & ista uerba bifariam exponũtur. Alcyonius transtulit excepto stragile lapide,qui carbo dicitur : sed, quis sit ille lapis

stragilis,

ſtragilis,ipſe non dicit,nec ego uidi mentionem huius lapidis in aliquo loco : bene eſt mẽtio de terra ſphragia, de qua quinto libro Dioſcorides; ſed de iſto lapide non facit mentionem. Er ideo aliter tranſtulit Vatablus,excepro ſigillo lapide,qui carbunculus dicitur, id eſt excepto lapide illo ſigillo,id eſt qui eſt tanquam ſigillum & meta & regula omnium lapidum in precioſitare, quia nobiliſſimus & precioſiſſimus eſt lapidum iſte lapis:& ideo dicit,excepto lapide illo precioſiſſimo,& gemma ſplendenre,quæ eſt ſigillum & meta lapidũ precioſorum. & iſte lapis non abſumitur ab igne,dicit Ariſto.& ideo accipit iſtud corpus, quod,licet ſit coagulatum à calido,uel frigido ſimul cum calido,non tamen eſt uſtile. Albertus alio modo exponit (et Plinius in 36.libro hiſtoriæ, naturalis facit etiam mentionem de iſto lapide) dicit ergo Albertus, quòd carbunculus dicitur ſigillus lapis, quia reges de eo faciebant ſigillum: ſed ego neſcio, an iſte lapis poſsit incidi, ut reliqui lapides: ſed ego credo, quod dicatur ſigillus lapis, quia eſt precioſiſsimus : et eandem ſententiam cum Ariſto.habet Plinius in lib.36.cap.7.qui dicit,quòd eſt lapis precioſiſſimus, qui carbũculus dicit,qui non patitur ab igne . Secundo Ariſto.ponit diuiſionem,ſeu differentiam inter corpora uſtilia,dicens,quòd corporum uſtibilium quædam ſunt inflammabilia; & quædam non,ut quæ non faciunt flammam,ut ſunt lapides,qui non emittunt flammam, cum uruntur : inflammabilia uero emittunt flammam,ut ſunt ligna . Iterum corporum inflammabilium quædam per ſe ipſa emittunt flammam, ut ſunt ligna : & quædam non per ſe ipſa ſola emittunt flammam,ut ſunt cera,pix,& oleum,quæ per ſe ſola non emittunt flammã, ſed indigent admixtione alicuius corporis ſicci : & ideo,cum ceram,aut picem,aut oleum addimus lychnio,quòd eſt corpus ſiccum,tunc emittunt flammam ; aliter non emittunt. Iterum dicit Ariſto.quòd hæc corpora,quæ per ſe ſola emittunt flammam,ſunt adhuc duplicis naturæ, quia quædam emittunt carbones conſumpta flamma; & quædam non emittunt:& horum omnium reddit rationem Ariſto. ſcilicet cur quædam emittant flammam, quædam non : & dicit,quòd cauſa eſt,quia iſta corpora habent multum aeris,qui continetur in poris,& ideo emittunt flammam,ut ſunt ligna : & ideo dixit Ariſto.quòd corpora inflammabilia ſunt,quæ habent poros rectos, continentes multum aeris in ſe ipſis : corpora uero,quæ non emittunt flammam,ſunt,quæ non habent multum aeris intta ſe,ut lapis,& ferrum.Iterum corporum emittentium flammam quædam per ſe ſola emittunt flammam ; & quædam non per ſe ſola emittunt flammam : quæ non emittunt flammam per ſe,ſunt corpora humida,ut oleum,pix : & reddit cauſam huius Ariſto.dicens, quòd cauſa eſt , quia hæc corpora per ſe ſunt humida,ideo non inflammantur ex ſe ipſis,quia flamma eſt ipſe ignis, & ignis eſt calidus & ſiccus : ſed iſta corpora ſunt natura humida : ideo,ut transmutentur in ignem, oportet,quòd admiſceantur aliquo ſicco : & ideo ponimus in ipſis lychnium ad hoc,ut inflãmentur talia corpora:& ideo ſi cum iſtis corporibus actu humidis non additur aliquod ſiccum,non poſſunt per ſe inflammari ; ſed, cum admiſcetur ſiccum,flamma trahit , & abſumit aerem ; &,ne detur uacuum,trahitur ibi purior pars ipſius olei contenti in lychnio : & hac parte abſumpta,iterum,ne detur uacuum,attrahitur alia pars; ſed , cum inflammatur , iterũ attrahitur alia pars; & ſic conſequenter,& facit flammam,quia neceſſe eſt , ne detur uacuũ, quòd attrahatur alia & alia pars olei. Corpora uero,quæ emittunt flammam per ſe,ſunt corpora,quæ non ſunt humida,ut ligna : & iterum iſta corpora ſunt duplicia , quia quædam emittunt carbones,& quædam non : corpora,quæ emitrunt carbones,ſunt,quæ habent plus terræ,quàm aeris : corpora uero,quæ non emittunt carbones,ſunt, quæ plus habent aeris, quàm terræ : & ideo cauſa,cur aliqua emittant carbones,eſt,quia habent plus rerræ : cauſa uero,cur non emittunt carbones,eſt,quia habent plus aeris : & hoc declarat philoſophus in lib.de hiſt.animalium,ſeu naturali,longo ſermone. Tettio loco eſt comparatio,quia Ariſto. tertio loco comparat corpora uſtibilia & liquabilia; & dicit, quòd corporum,quæ patiuntur ab igne,quædam ſolum liquantur,& non inflammantur; quædam ſolum inflammantur, quædam liquantur & inflammantur : metalla ſolum liqueſcuut; ligna ſolum inflammantur ; thus uero ſimul & inflammatur & liqueſcit : & quæ cauſa huius ? oh cauſa eſt,dicit Ariſto. quia corpora,quæ ſunt combuſtibilia,in poroſitatibus ſuis continuate habent aerem, quia pori ſe penetrant,ideo habent aerem continuum : & omnia talia corpora ſunt uſtilia,

ut

ut ligna, quæ habent poros; & illi meatus penetrãt unus in alium; & ideo aer in illis poris penetrat ex uno in alium: & ideo talia corpora ustibilia sunt inflammabilia. Corpora uero illa, quæ tantum liquescunt, aut non habent poros in se, & ex consequenti nec aerem intra se; aut, si habent poros, non habent illos rectos & continuatos inuicem, nec ex consequenti habent aerem continuatum; & ideo non inflammantur, sed liquescunt, ut metalla, quia propter esse coagulata à frigore uehementi, habent poros paruos & strictos. Corpora uero, quæ inflammantur & liquantur, participant utraque causa: sed dices tu, quomodo possunt de utraque causa participare, quia sunt causæ contrariæ? quia, scilicet sit aer multus & continuus, & quia sit aer non multus, & non continuus: dico, quòd secundum diuersas sui partes: secundum unam enim partem habent multum aeris etiam in poris rectis; secundũ aliam uero sui partem habent parum aeris, & non continuum: aut non habent aerem, & secundum istam partem liquescunt, & non inflammantur; quo uero ad aliam sui partem prius dictam, inflammantur: & non intelligas, quia secundum unam partem inflammentur & liquescant, sed secundum unam partem inflammentur, & secundum aliam liquescant. Quarto Aristo. epilogat seu colligit, dicens, quòd duplex est halitus horum corporum ustibiliũ; unus est corporum lignosorum, & iste dicitur fumus: alius est halitus corporum pinguium, & iste dicitur fuligo, & à Græcis dicitur lignys: tertio est halitus corporũ unctuosorum, sicut olei, & iste halitus à latinis dicitur nidor: &, sicut ista corpora differunt specie, ita & halitus illi specie differunt. Et addit Aristo. quòd corpora ista unctuosa non possunt ex se ipsis inflammari, id est non possunt ex se solis emittere flammam, sed requirunt admixtionem alterius corporis sicci: & causam huius dixi, quia nullum corpus transmutatur in ignem, nisi ratione caliditatis & siccitatis: sed ista corpora per se non habent siccitatem, & ideo indigẽt admixtione alicuius corporis sicci: ideo ista corpora unctuosa, postquam eis est admixtum aliud corpus siccum, non amplius dicuntur corpora unctuosa, sed dicũtur corpora pinguia; quia, ut dixi, in hoc differunt unctuosa à pinguibus, quia pinguia habent per se etiam siccũ, & oleosa seu unctuosa non: & ideo, cum corpori unctuoso admiscetur siccum, tale corpus unctuosum transit in corpus pingue: & sic fit corpus pingue ex admixtione corporis sicci cum oleoso, seu unctuoso: & ideo dicit Aristo. quòd, si talia corpora debent inflammari, debet admisceri eis corpus siccum. Lego uerba. Sigillum lapidum, idest regula & norma, & preciosissimus lapidum preciosorum. Quæcunque plus terræ habent, quàm spiritus, id est, quàm aeris. Continuum adeo, ut peruratur. Sic debet legi. Hoc igitur calidum siccum si fiat ignis. Sic legatis textum. Sed tu dices, & est dubitatio Olympiodori in definitione Aristo. primo, quia definiens corpus inflammabile, dixit, quòd est corpus dissolubile in cinerẽ: sed contra hoc est instantia de palea, quæ inflammatur, non tamen resoluitur in cinerem; quia, quod remanet, est fuligo, & non cinis: ergo Aristo. male definiuit corpus inflammabile. Secundo, quia contradicit sibi Aristo. supra enim definiens corpus inflammabile, dixit, quòd est illud, quod habet poros rectos, ut patet in principio huius cap. plenos humiditate aerea: hic uero dicit Aristo. quòd corpus inflammabile est, quod à solo calido, aut à calido cum frigido simul, coagulatur: ergo sibi contradicit. Tum etiam, quia, illud dictum habet instantiam, quia later à solo calido coagulatur; & tamen non redigitur in cinerem, neq; est combustibile corpus: simul lapis à solo calido, uel à calido simul cum frigido coagulatur; & tamen non redigitur in cinerem. Sed est calx, quæ fit ex lapidibus: ulterius, etiã metalla sunt coagulata à calido simul cum frigore; & tamen non sunt redigibilia in cinerẽ, sed in scobem; & tamen coagulata sunt à calido & à frigido simul: ergo sibi contradicit: & causa secunda habet instantiam, quia etiam dubitatur de carbunculo, quia dicit, quòd non exuritur ab igne: ergo carbunculus erit æternus ac immortalis; quia, si est communis, impassibilis à uehementer agente, ergo à nullo alio agente corrumpente patitur: ergo est incorruptibilis; & tamẽ omne corpus sublimare est corruptibile ac passibile. Quarto arguitur, quia Plinius in 37. lib. naturalis historiæ dicit, quòd adamas nullo modo potest absumi; & hoc dicit in cap. septimo, ubi de adamante loquitur: ergo non tantum carbunculus non patitur ab igne: quomodo ergo Aristo. dicit, quòd solus carbunculus non absumitur ab igne? Tũ etiam dicit Olympiodorus de Pyrimacho lapide, quia non absumitur igne, quia ideo dici-

tur

tur Pyrimachus, quia resistit igni, & non patitur ab igne, dicit Olympiodorus. De primo,
cum dicis, quòd Aristo. sibi contradicit, quia aliam causam assignauit supra de corpore com
bustibili, & aliam hic; dico, quòd uerum est, quòd aliam assignauit supra, & aliam assignat
hic: oh sibi contradicit: nego, quia sibi non contradicit Aristo. quia alio modo supra loqui
tur de combustibili, & alio modo loquitur hic: quia supra accepit corpus combustibile, pro
ut potest absumi ab igne in flammam; & sic non cuiuscunque ustibilis, sed illius, qui flammã
emittit; & istud debet habere potos ita, ut dicit Aristo. & ideo dicit, quòd corpus ustibile
est corpus habens poros multos, rectos, plenos, humiditate aetea, quia humiditas aetis est
pabulum ignis: assignauit ergo supra descriptionem corporis ustibilis, tantum conuertibi-
lis in flammam. hic uero assignat descriptionem cuiuscunque corporis, quod potest absu-
mi ab igne, siue emittat flammam, siue non, cum ignitur, dummodo in cinerem dissoluatur:
& ideo huiusmodi corporis assignauit aliam causam, quàm supra fecerit, quia tale corpus,
quod sic ab igne redigitur in cinerem, necesse est, quòd sit à prædominio terræ, quia debet
in eo esse plurimum terræ, quia multum terræ remanet post combustionem; & est corpus
terreum, coagulatum à calido, & ideo redigitur in cinerem: & ideo alio pacto accepit cor-
pus combustibile hic; & alio pacto supra; & hoc satis est: & metalla, quæ non relinquunt
cinerem, dicuntur ibi ustibilia. De tertio, quia definitio Aristotel. habet instantiam de
palea, quæ est corpus ustile, & tamen non telinquit cinerem, sed conuertitur in fu-
liginem, & non in cinerem; dico, ut dicit Olympiodorus, quòd illa non est fuligo,
sed est cinis, quia etiam palea redigitur in cinerem, quia fuligo, ut dicit Aristotel. est hali-
tus corporis pinguis; modo palea non est corpus pingue: & ideo id, quod relinquitur à pa-
lea usta, est cinis, aut proportionabile cineri, licet non sit uere cinis: & dicit, quòd Arist. in-
telligit, quòd id est ustile, quod redigitur in cinerem, uel aliud proportionabile cineri, ab
igne. De quarto, quod dicit de carbunculo, quòd est corpus æternum, si non patitur ab
igne, dico quod non est uerum dictum Arist. quod carbunculus nullo modo absumatur ab
igne, quia ista corpora omnia absumuntur ab igne: sed Arist. intelligit, quòd non absumun
tut ab igne, nisi in longissimo tempore, quando sunt bene compacta & densa ista corpora:
quia, non dissoluuntur ab una actione ignis, sed ex iterata actione ignis, & in longissimo tẽ
pore absumuntur: & non solum ab igne absumuntur, sed etiam ab aere ambiente, puta à ca
lore eius, omnia ista corpora, licet in longissimo tempore, quia sunt ualde compacta, & ha
bent poros ualde angustos: & ideo quasi insensibiliter eorum humidum euanescit: & quia
non absumitur, nisi in longissimo tempore, ideo dixit, quòd non absumitur ab igne. De
alio, de latere, ferro; & alijs metallis, quæ non relinquunt cinetem sed scoriam illam; dico
quod dicit Olympiodorus, quòd ista corpora, quæ relinquuntur habent proportionem ci-
neris, ut calx, quæ relinquitur à lapide, habet proportionem cineris; & similiter scoria, quę
relinquitur à metallis, habet proportionem cineris: & ideo intelligitur dictum Aristotelis,
quòd corpus ustile est, quod redigitur in cinerem; uel aliquid proportionabile cineri. De
alio, de Adamante, qui etiam non absumitur ab igne, ut dicit Plinius loco citato; ergo non
tantũ carbũculus, ut dicit Arist. põt dici, ꝙ corpora, quę coagulãtur à calido solo, uel à cali-
do cũ frigore, ab sumunt ab igne: nã adamas generatur à frigore solo, & proportionat chry-
stallo, qui fit à uehemente frigore; & carbunculus fit à calido, quia non omnium gemma-
rum est eadem generatio, quia Adamas fit à frigore, ut chrystallus; & carbunculus à calido
& frigore: & ideo Arist. nõ est mancus, quia loquitur de ijs, quæ generantur à calido, uel à
calido non solo, sed simul cum frigore: & ideo exemplificauit de frigore, seu de carbuncu-
lo; & non de adamante, quia à frigido solo generatur. Et notate, quia Albertus in hoc loco
obstat Aristoteli, quia dicit, quòd oẽs isti lapides preciosi generãtur à frigore; Arist. uero di-
cit, hic, quod carbũculus generatur à calido et uideatis hic Albertum, quia multa pulchra
dicit. Vel & secundo potest dici ad dubitationem, quòd cum excipit carbunculum, non in-
telligit solum de carbunculo, sed etiam intelligit de Adamante, & alijs huiusmodi corpo-
ribus, quæ ab igne non dissoluuntur. De alio, quod dicis de Pyrimacho lapide, qui nullo
modo absumitur ab igne, & propter hoc dicitur pyrimachus lapis, dico eodem modo, ut
dixi de adamante, quod aut Arist. intelligit de lapidibus preciosis, quæ generãtur aut à ca
lido

lido solo, aut à calido simul cum frigore, & non de ijs, quæ generantur à frigido solo, cuiusmodi est lapis pyrimachus: aut potest dici, quòd Arist. non excipit tantum carbunculum, sed etiam excipit omnia talia corpora genita à solo frigore, quæ à calido non absumũtur.

TEXTVS QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

HIs autem passionibus & his differentijs, similaria corporum, sicut dictum est, differunt ab inuicem secundum tactum, & adhuc saporibus, & odoribus, & coloribus. Dico autem similaria, ut metallica, æs, aurum, argentum, stannum, ferrum, lapidem, & alia talia, & quæcunque fiunt ex his excreta. & quæ in animalibus, & plantis, uelut carnes, ossa, neruus, pellis, uiscus, pili, uilli, uenæ: ex quibus iam constant dissimilaria, ut facies, manus, pes, & alia talia. & in plantis, lignum, cortex, folium, radix, & quæcunque talia. Quoniam autem hæc quidem ab alia causa consistunt, ex quibus autem hæc materia quidem siccum, & humidum, quare aqua & terra (hæc enim euidentissimam habent potentiam) utrunque utriusque facientia autem calidum, & frigidum (hæc enim constituunt, & compingunt ex illis illa) accipiamus similarium quæ sunt terræ species, & quæ aquæ, & quæ communes. Sunt itaque corporum conditorum hæc quidem humida, hæc autem mollia, illa autem dura. Horum autem quæcunque dura, aut mollia concretione dictum est prius. Humidorum igitur, quæcunque quidem euaporant, aquæ sunt: quæcunque autem non, aut terræ, aut communia terræ & aquæ, ut lac: aut terræ & aeris, ut mel: aut aquæ & aeris, ut oleum. Et quæcunque quidem à calido incrassantur, communia. Dubitabit autem utique aliquis de uino, humidorum. hoc enim euaporauit utique, & incrassatur, sicut nouum. Causa autem est, quia nec una specie dicitur uinum, & quia aliud aliter, nouum enim magis terræ est, quàm antiquum. quapropter & incrassatur maxime calido, & concrescit minus à frigido, habet enim & calidum multum, & terræ. ut quod in Arcadia sic exsiccatur à fumo in utribus, ut derasum bibatur. Si autem omne fæcem habet, sic utriusque est, aut terræ, aut aquæ, ut huius se habet multitudine.

GEneralis & principalis intentio Aristo. in toto libro est declarare naturam & generationem omnium impressionum, quæ fiunt in sublimi: prius autem egit de generatione omnium mineralium & metallorum, ut fecit in fine tertij libri: nũc consequenter in hac ultimà parte principali huius quarti libri intendit Aristo. declarare naturam & generationẽ omnium mixtorum similarium, quæ triplicis sunt naturæ: quædam sunt ut metalla, & de istis iam dixit in fine tertij huius, & ideo non amplius loquitur de istis: alia sunt mixta similaria, quæ sunt partes simplices animalium, ut caro, ossa, neruus, uenæ: cum ergo declarauit generationem & naturam mineralium, nunc prosequitur declarando naturam & generationem mixtorum similarium, seu partium similarium, quæ sunt in animalibus & plantis (& ideo ad istum librum debet sequi liber de plantis & de Animalibus, ut dicit in fine huius Aristo. & nos supra diximus) & intendit declarare, qualis nam sit materia horum partium, et agens, & quo modo generentur tum ex parte materiæ & elementi, tum ex parte agentis; et hoc intendit Aristo. & ideo in calce huius dixit, cum egerimus de partibus similaribus simplicibus animalium & plantarum, sequitur, ut agamus de plantis & animalibus. Et tunc Aristo. more suo præponit primo intentionem suam: & secundo prosequitur ibi, Sunt itaq; corporum. Et Aristo. facit longam suspensionem: & cum suspensione legitur per decẽ uel undecim lineas. Dicit ergo, quòd corpora similaria differunt ab inuicem, non tantum illis 18. qualitatibus supradictis, quæ erant obiectum tactus, quia omnes illæ qualitates & contrarietates à tactu percipiuntur; sed etiã differunt partes similares quali & qualitatibus, quę sunt obiecta aliorũ sensuum, ut odoribus, coloribus saporibus. Et ultra dicit Arist. quòd nõ tantum differunt istæ partes similares illis 18. qualitatibus, sed etiam differunt à partibus dissimilaribus duplici differentia, tum ex materia, tum ex parte agentis: ex materia, quia materia partium dissimilarium sunt partes similares; ut materia manus, & materia pedis, sunt ossa, nerui, caro; materia uero proxima partium similatium sunt humidum & siccum: &, quia humidum primo competit aquæ, & siccum terræ, ideo materia partium similarium proxima est aqua & terra: & ideo utrunque, alterum est potentia; & utrunque est in potentia ad alterum

terum

terum; & utrunque transmutatur in alterum, scilicet terra in aquam; & aqua in terram: Differunt etiam ex parte agentis, quia agens partium dissimilarium est semen, quia hæc generātur à uirtute gignitiua feminis: agens uero partium similarium est calor & frigus, quia generantur à calido & à frigido; & materia proxima est terra & aqua: & ista est etiam sententia Aristotelis, de partibus animalium capite primo, ubi dicit, quòd triplex est compositio in uiuente. Vna ex partibus dissimilaribus totius uiuentis, ut puta homo componitur ex pede, & capite, &c. alia est compositio partium dissimilarium, quæ componuntur ex similaribus: tertia est compositio partium similarium ex elemētis, aut uerius ex uirtutibus eorum, ut ex humido, sicco, calido, & frigido: & eandem sententiam hic repetit Aristo. Et sic differunt materia proxima, & etiam ex parte agentis; quia materia partium similarium sunt elementa, & partium dissimilarium sunt partes similares, ut dicit Alexander: & ideo dicit Aristo. quærendum est à nobis; dicit, quærenda est à nobis: nam & generatio partium similariū, tum ex parte materiæ, tum ex parte agentis; ut quæ nam sit à prædominio terræ, & quæ nā aquæ: & quærendum est etiam, an istæ partes similares in animalibus & plantis generentur à frigido, an à calido, an ab utroque; & quæ, scilicet à frigido, & quæ à calido, & quæ ab utroque generentur: & etiam ex parte materiæ; ut quæ ab humido, & quæ à sicco, & quæ ab utroque: & hoc ideo, quia iste liber ordinatur ad librū de plantis, & de animalibus. Et, quia dixit, quòd agendum erat de natura & generatione partium similarium; declarat Arist. quasi exemplo, quæ nam sint istæ partes similares, dicens, Mixta similaria aliqua sunt metalla, ut aurum, æs, & quæ segregantur ex his. Exponit Gaetanus, & D. Thomas, quæ segregantur ex his, id est non tantum metalla, quæ fiunt à natura intra terram, sed etiā metalla, quæ fiunt ab arte; puta fusione; ut puta argentum, quod fit ex stanno ex arte chymicæ. Sed, licet hæc expositio non possit impugnari, tamen uerius exponit Alexander ex uerbis Aristotelis supra in fine tertij, qui exponit, quòd non tantum metalla sunt mixta similaria, sed etiam ea, quæ segregantur ex istis: & quæ sunt ista? oh iam diximus, quòd quæ generantur intra terram, sunt duplicia, scilicet metalla, & fossilia; quia non tantum metalla generantur intra terram, sed etiam fossilia, sicut sandaracha, minium, & alia, quæ segregantur ex metallis: & de istis intelligit Aristoteles: generantur enim ista ex duplici halitu, ut ex plumbo sandaracha, & alia ex alijs metallis: & hoc modò intelligit Aristo. quæ segregantur, id est quæ fiunt ex metallis. Secundo loco, dicit Aristo. sunt mixta similaria, partes plantarum, & partes similares animalium, ut in planta cortex, folium, lignum, radix; in animalibus uero ossa, & nerui, uenæ; & dicit in plantis, ut in animalibus: dissimilares uero in plantis sunt, ut truncus, ramus; in animalibus uero dissimilares sunt, ut pes, caput. Et hic uidetis, qualiter Aristo. recte ordinat, quia prius ponit partes similares animalium, quàm plantarum, quia non innotescūt nobis plantarum partes, nisi ex partibus animalium, ut dicit Theophr. & ideo liber de animalibus debet præcedere librum de plantis; in cuius oppositum, & in errore, fuit Auer. ipse, qui præponit librum de plantis libro de animalibus; quia, quo ad nos, liber de animalibus debet præcedere librum de plantis, quia partes plantarum innotescunt nobis ex partibus animalium, licet partes plantarum sint natura priores; tamen peruertitur aliquando ordo iste naturæ propter impedimentum, ut dixi in principio primi libri, ubi posuimus ordinē illorum libr. & impedimentum est, quia partes plantarum innotescunt nobis ex partibus animalium ex quadam proportione, quia in plantis non est caro, sed quid proportionabile carni: & ideo, quo ad nos, partes animalium præcedunt partes plantarum, licet simpliciores, & natura priores sint partes plantarum partibus animalium: quia ergo debemus inuestigare naturam & generationem plantarum & animalium, & partium eorum, ideo debemus hic inuestigare naturā & generationem partium simplicium animalium similarium, & plantarum, tum ex parte agentis, tum ex parte materiæ. Lego uerba uilli, idest fibræ: & textus legitur suspensiue usque ibi, Quoniam autem. Hæc enim, scilicet duo elementa, aqua & terra, habent potentiam utriusque, idest possunt transmutari inuicem. Accipiamus hic terminatur suspensio. Sed tu dices (& fuit dubitatio Alexandri) quia Aristo. dicit, quòd partes similares differunt 18. qualitatibus, quo ad tactum; & etiam non tantum his qualitatibus sensus tactus differunt, sed etiam qualitatibus aliorum sensibilium, ut coloris, odoris,

& ſaporis; & non dixit, quòd differunt etiam ex parte ſoni, quia aliqua horum ſunt ſonora, id eſt habent ſonum, quædam non. Secundo dubitatur in exemplo ſuo, quia dixit in ſuo exemplo, quòd partes ſimilares ſunt, ut oſſa, caro, nerui, & uiſcera: ſed contra, quia hoc falſum eſt, quia uiſcera non ſunt partes ſimilares, quia illud dicitur pars ſimilaris, cuius quælibet pars eſt eiuſdem definitionis cum ſuo toto quantitatiue: modo cor, & pulmo, & hepar, per hanc definitionem non dicuntur eſſe partes ſimilares, quia non quælibet pars cordis eſt cor; neque quælibet pars pulmonis eſt pulmo; neque quælibet pars hepatis eſt hepar: & iſta ſunt uiſcera: ergo uiſcera non ſunt partes ſimilares, ut in exemplo ſuo dixit Ariſto. Tum ẽt de uenis, quia minime ſunt partes ſimilares, quia officium uenarum à natura deputatum, eſt continere ſanguinem: ſed quælibet pars uenarum non continet ſanguinem, quia poterit adeo parua pars uenarum abſcindi, quòd non continebit ſanguinem: ergo uena nõ eſt pars ſimilaris. Tertio, quia dicit, quòd partes diſſimilares differunt à ſimilaribus ex parte materiæ, quia partes diſſimilares conſtant ex ſimilaribus; & partes ſimilares conſtant ex duabus elementis, ſcilicet ex aqua & terra: ſed ſecundo de generatione, & corruptione dicit, quòd neceſſe eſt, quòd omne mixtum conſtet ex quatuor elementis, ſcilicet omne mixtum perfectum: & iſta ſunt mixta perfecta: ergo debent conſtare ex quatuor elementis; quid ergo dicit Ariſto. Quarto, quia non omnium partium ſimilariũ materia proxima, eſt terra & aqua, ſicut metallorum, immo materia proxima eſt ille duplex halitus, ſcilicet uapor, & exhalatio: & ſupra Ariſto. reprehendit Plat. quia dixit, quòd materia proxima metallorũ eſt aqua, quia non eſt aqua, ſed uapor, materia metallorum. De primo, quare Ariſtot. hic numerat ſenſibilia ſenſus tactus, & odoratus, & guſtus, & uiſus; & tacet ſenſibilia ſenſus auditus; dicit Alexander, quod poteſt dici, quòd tacuit propter duo: quia aut Ariſto. non intendebat hic exprimere & narrare differẽtiam omnium ſenſibilium; & ideo tacuit aliquod genus ſenſibilium, ne uideretur uelle numerare omnem differentiam ſenſibilium: uel & ſecundo non numerauit ſenſibilia ſenſus auditus, tãquam comprehenſa ſub alijs, quia numerauit alia ſenſibilia, ex quibus alia ſenſibilia auditus comprehẽduntur: & ſic ſat erat enumerare quatuor ſenſibilia ſenſuum, quia ſub illis ſubintelliguntur ſenſibilia auditus; cuius ſignum eſt, quòd ſupra Ariſto. docuit iſtas partes differre ex parte etiam auditus, quia aliqua ſunt ſonora, & aliqua non. De ſecundo, contra exemplum Ariſto. quia uiſcera non ſunt partes ſimilares, ut cor, hepar, quia eis non competit definitio partium ſimilarium; pars enim ſimilaris eſt, cuius pars habet eandem denominationem cum toto quantitatiuo, cuius non ſunt iſta uiſcera: Dico, quòd ſimilis difficultas eſt etiam de cœlo: nam, ut dicunt philoſophi, cœlum eſt corpus ſimilare; & tamen non omnis pars cœli eſt cœlum, quia ſtella eſt pars cœli; non tamen cœlum: quare ergo dicunt, quòd eſt corpus ſimilare? Et ideo dico, quòd Ariſto. iſtam difficultatem ſoluit in ſecundo de partibus animalium cap. primo uel quarto de corde, ubi dicit, quòd cor uno modo eſt corpus ſimilare, alio modo eſt corpus diſſimilare: & corpus ſimilare etiam dicitur bifariam: uno modo dicitur ſimilare, quo ad ſubſtantiã; & ſic, ſi quæratur cor, quo ad eius ſubſtantiam dicitur eſſe pars ſimilaris, quia caro eſt ſubſtantia ipſius cordis, & caro eſt pars ſimilaris, ita & cor: ſi uero quæratur cor totum, non quo ad eius ſubſtantiam tantum, ſed quo ad eius figuram, ſic cor per accidens non eſt corpus ſimilare, quia ultra carnem cor ſignificat illam figuram corporis, quæ figura non ſeruatur in partibus cordis, ſed tantum ſeruatur in toto corde: & ideo ſubſtantialiter & per ſe, cor eſt pars ſimilaris animalis; per accidens autem eſt diſſimilaris, ſcilicet ratione figuræ, quia cor ſecundum totum ſignificat ſubſtantiam cum tali figura; & ſic ratione ſuæ figuræ non eſt corpus ſimilare, quia non ſeruatur illa figura corporis in parte, ſicut ſeruatur in toto corde: & ideo per ſe eſt corpus ſimilare, & per accideus non. Et ſic etiam dicendum eſt de cœlo, & de iocinore, & pulmone, quia cœlum per ſe, & ex ſui principali ſignificato ſignificat corpus illud ex tali materia, & ex tali forma; & ſic ergo ad iſta, quæ ſunt ſui ſubſtantia, cœlum eſt corpus ſimilare: ſed, quia cœlum ultra materiam & formam eius, ſignificat etiam figuram illam circularem, ideo accidentaliter cœlum eſt pars diſſimilaris, quia cœlum ſecũdum totum ſignificat figuram talem in tali materia. De tertio, quia Ariſto. hic dicit, quòd tantum duo elemẽta ſunt materia proxima partium ſimplicium ſimilarium: ſed ſecundo de generatione, & corrupt.

dicit, quòd omnium mixtorum perfectorum materia proxima sunt quatuor elementa: partes similares sunt mixta perfecta: Respondet Alexander, quòd reuera quatuor elementa sunt materia proxima corporum mixtorum similarium; & hic Aristo. explicat hæc duo tantum, quia ista duo, scilicet terra & aqua, sunt præcipua materia harum partium similarium, quia ista duo elementa præcipue faciunt constare mixta, quia ista duo dant consistentiam; tamen reuera omnia elementa sunt materia proxima partium similarium: & ideo Aristot. enumerat illa duo tantum. De quarto, quia materia metallorum non est aqua & terra, ut dicit Aristo. sed est duplex halitus; & in hoc Aristo. increpabat Platonē, qui dicebat, quod materia proxima omnium metallorum erat aqua; quia non est aqua, sed duplex ille halitus; respondet Olympiodorus, quòd Aristo. ibi non loquitur de generatione omnium corporum similarium, tum partium similarium plantarum, tum partium similarium animalium: & iam dixit de metallis, quòd earum materia est duplex halitus: & sic ibi loquitur Aristo. de generatione tantum metallorum, & non omnium corporum similarium: hic uero, cum dicit, quòd materia proxima partium similarium est terra & aqua, loquitur tantum de partibus animalium & plantarum, quorum materia proxima sunt aqua & terra. Potest etiā alio modo, & secundo, dici, quòd, esto, quòd de omnibus corporibus similaribus loquatur, quādo dicit, quòd duplex halitus, scilicet uapor, qui est calidus & humidus; & exhalatio, quæ est calida & sicca, sunt materia proxima metallorum; quia tamen uapor humidus non differt substantialiter ab aqua, neque exhalatio à terra, ut sæpe diximus, quia tantum differunt accidentaliter; ideo sequitur, quòd illa duo elementa sunt proxima materia omnium corporum similarium. Sunt itaque corporum. Prosequitur Aristo. intentionem suam (& sitis attenti, quia textus est difficilis) dicens, quòd intendit explanare materiam & generationem omnium corporum similarium, tum ex parte materiæ, tum ex parte agentis, scilicet an à calore, an à frigore generentur: & tunc Aristo. diuidit naturam corporum similarium, & perturbat omnia more suo. Et dicit primo, quòd duplex est natura corporum similariū, quia quædam sunt liquida, quædam coagulata; liquida, idest fluentia, non autem constātia: & coagulata etiam sunt duplicia, quædam mollia, quædam uero dura; & hæc est subdiuisio: & dura sunt, quæ sicco abundant; idest quædam mollia, quædam sicca, quia, quæ dura sunt, siccitatem attestantur; &, quæ mollia, attestantur aquam: & sic dicit, quòd mixtorum quædam sunt liquida, & quædam coagulata: & coagulata adhuc duplicia, quædam coagulata mollia, & quædam dura. Ostendamus modo naturam horum membrorum, dicit Aristotel. quòd, si fuerint corpora similaria liquida, ista aut sunt euaporabilia, aut ineuaporabilia: si euaporabilia, sic sunt à prædominio aquæ: si sunt ineuaporabilia, sic sunt in quarto gradu, quia hæc habent latitudinem, quia quædam sunt terra & aqua, ut lac; quædam sunt terra tātum; quædam sunt terra & aer, ut mel, & lignum uiride, dicit Alexander (quia Alexander dicit, ly sicut lignum, idest lignum uiride; & sic Alcyonius transtulit lignum uiride, licet hoc non sit in textu.) quædam uero sunt aqua & aer, ut oleum, quod est aqua & aer: cur Alexander exponit lignum, idest uiride, dicimus: & ista est prima diuisio. Secunda diuisio, dicit Aristo. est, iterum mixta simplicia liquida (& semper loquimur de liquidis, quia uult declarare sigillatim ista mixta, quæ sint) ista, inquam, mixta liquabilia, quæ fluunt, aut crassescunt à calido, aut à frigido, aut ab utroque simul; & hæc est diuisio ex parte agentis, quia iam declarauit ex parte materiæ: & dicit, quòd, si crassescunt à calido, sic hæc mixta sunt à prædominio terræ & aquæ: si uero crassescunt à solo frigido, sic sunt terrea; si uero ab utroque crassescunt sunt simplicis naturæ; quædam aquæ & aeris, ut oleum, & uinum dulce, de quo supra diximus; quædam autem terræ & aeris, ut oleum. Et tunc Arist. mouet dubitationem, quia prima diuisio implicatur cum secunda, quia in secunda diuisione dixit, quòd illa corpora similaria, quæ crassescunt à calido, sunt terræ & aquæ: sed uinum crassescit à calido: ergo est terræ & aquæ à prædominio: ex supra ergo dictis sequitur, quòd uinum est à prædominio terræ & aquæ: sed supra iterum dixisti, quò d mixta erant duplicia, quædam liquabilia, & quædam coagulabilia: & liquabilia adhuc sunt duplicia, quædam sunt euaporabilia, quædam non euaporabilia: si euaporabilia, sic sunt aquæ à prædominio: sed uinum est euaporabile: ergo à prædominio aquæ solum: & hic dicis, quòd uinum est à prædomi-

nio

nio terræ & aquæ, quia crassescit à calido: ergo est contradictio: & ista est dubitatio, quam ponit Aristo. de uino & obscure, cuiusnam naturæ sit uinum, quia aliquando dicit, quòd est solius aquæ, & aliquando aquæ & terræ. Oh soluemus, dicit Aristo. istam dubitationem cū distinctione; quia uinum est duplicis naturæ, quoddam uinum nouum & recens, & quoddā antiquum: si sit nouum & recens, ut mustum, sic est à prædominio terræ & aquæ simul, quia à calido crassescit, & iterum minus coagulatur à frigore; & ideo non est solius aquæ, quia, si esset solius aquæ, facile coagularetur a frigore: & ideo, si sit uinum, sicut mustum, sic est terræ & aquæ; & præcipue, quia habet multum terræ, & maxime, dicit Aristo. illud uinum Arcadiæ, de quo supra diximus, in quo adeo dominatur terra, quòd aliquando induratur in utribus & coagulatur. Aliud est uinum non nouum, sed antiquum, dicit Aristo. & istud uinū est à prædominio aquæ; & de isto uino uerificatur prius dictum, quòd est aquæ, & facilius à frigore coagulatur, & est euaporabile: secundum uero dictum uerificatur de musto: & sic ista duo dicta uerificantur de duobus generibus uini. Generaliter tamen dixit Arist. si omni uino, aut antiquo, aut nouo insit fęx (& aduertite, quia hic est maxima difficultas, cuiusnam temperiei sit uinum, an, scilicet calidæ, an humidæ, an calidæ & siccæ) inquam, in omni uino insit fæx, sic est terræ & aquæ à prædominio, &, ubi plus fæcis, ibi plus terræ, siue sit antiquum, siue nouum, quia, quantum plus terræ habebit, plus uel minus fæcis & sedimenti habebit. Sed uos diceris, quia Arist. uidetur habere difficultatem, primo quia dicit, quòd mixta liquabilia sunt duplicia; quædam enim sunt euaporabilia, & quædam ineuaborabilia; quæ sunt ineuaporabilia, sunt terræ: sed quomodo poterit uerificari, quòd sit mixtum liquabile, & à prædominio solius terræ? quia, si solum terra dominatur, quomodo ergo fluit? quia terra constat. Secundo dubitatur, quia dixit, quòd liquabilia sunt in duplici differentia; quædam euaporabilia, & quædam ineuaporabilia; & mixta ineuaporabilia sunt, ut lac: ergo dicit, quòd lac non est corpus euaporabile: ideo dubitatur, quomodo lac est mixtum ineuaporabile, quia supra dixit, quòd actione ignis lac coagulatur & crassescit & coquitur, & sic crassescit & coagulatur, ergo euaporatur, quia non potest coagulari, nisi multa eius pars aquea in uaporem absumatur. Tertio dubitatur de lignis, quia dicit, quòd quædam ligna sunt terræ & aeris, sicut ligna: & Alexander exponit, sicut ligna uiridia, quæ sunt terræ & aeris: ergo lignum, uel sit uiride, uel siccū, semper est à prædominio aeris & terræ, quia habet multum aeris in poris: immo, quanto lignum fuerit magis siccum, tanto plus aeris habebit, quia habet maiores poros, & sic plus aeris includit, & magis inflāmatur: cur ergo Alexand. limitat dictum Aristo. de ligno uiridi? quia, quanto siccius, tanto magis à prædominio terræ & aeris. Quatto dubitatur, quia dixit, quòd corporum liquabilium, quędam sunt euaporabilia, & quædam ineuaporabilia: euaporabilia sunt, quæ sunt à prædominio aquæ; ineuaporabilia uero sunt, ut metalla: sed argentum uiuum est de numero metallorum, & totum euaporatur, quia ferè eius substantia consumitur in uaporem; & tamen supra dixit Aristo. quod argentum uiuum est à prædominio aeris, & non aquæ, ut dicit Aristo. hic. Tum etiam dubitatur, quia dicit, quòd uinum antiquum est magis à prædominio aquę, & uinum nouum est à prædominio terræ, & aquæ: sed in hoc Aristot. contradicit sibi ipsi, quia supta dixit, quòd omnia digesta & cocta sunt crassiora & calidiora se ipsis indigestis: sed uinum antiquum est digestum: ergo uinum antiquum est calidius se ipso indigesto & nouo: si calidius, quomodo ergo uinum antiquum est magis aqua, ut dicit Aristo. De primo, cum dicis, quomodo, si illa sunt solius terræ, liquabilia? domini de his dicam quantum scio: & ad hanc dubitationem respondet Alexander, quod reuera bene debemus intelligere dictum Aristotelis, quia reuera, ex quo ista mixta fluunt, non est dicendum, quòd sint solius terræ, quia, quæ fluunt, ratione aquæ fluunt: & ideo non est dicendum, quòd sint solius terræ; sed dicuntur esse terræ, quia dominatur in eis terra, quia magis dominatur in eis terra, quàm aqua, licet oporteat dicere, quòd sint etiam aquæ. Dico secundo, de lacte, quia in eius decoctione euaporat secundum plurimam eius partem: quomodo ergo Aristo. ponit ipsum ineuaporabile: dico, quòd intelligit Aristo. quòd lac non est euaporabile, non quia non secundum unam sui partem conuertatur in uaporem, quia hoc falsum est; sed dicitur corpus ineuaporabile, quia non secundum sui totam substantiam conuertitur in uaporem,

ſed quia ſemper remanet aliqua ſui pars, quæ non conuertitur in uaporem, &c.

Erat dubitatio in exemplo Ariſto. quia dixit, quòd lac eſt corpus non euaporabile: erat autem dubitatio, quòd lac coquitur & digeritur: ſed omnis coctio fit euaneſcēte humido: ergo lac craſſeſcit: ergo euaporat: reſpondet Alexan. quòd poteſt dici, quòd lac ſit corpus euaporabile, quia Ariſto. appellat in hoc loco corpus euaporabile, quod ſecundum ſui totum poteſt euaporare; & ſic non loquitur Ariſto. hic: & ſic lac aliquo modo eſt euaporabile, & aliquo modo eſt ineuaporabile. Erat etiam tertia dubitatio de lignis; cur reſtringit Ariſto. dictum ſuum ad ligna uiridia, dicens eſſe à prædominio terræ & aeris, cum ligna ſicca uideātur eſſe magis terræ & aeris, quàm ligna uiridia? De facto ego, domini, fateor me ignorare, quare Alex. reſtrinxerit dictum ſuum ad ligna uiridia: conſiderate etiā uos, quia mihi uidetur, quòd ligna ſicca habeant plus aeris, quàm ligna uiridia. Erat etiam quarta dubitatio de argento uiuo, quia Ariſto. dicit, quòd omne corpus euaporabile, à prædominio eſt aqua: ſed argentum uiuum eſt mixtum euaporabile ſecundum totum: & tamen nō eſt à prædominio aquæ, ſed aeris, ut Ariſto. dixit ſupra. Poteſt dici, quòd uerum dicit Ariſt. hic, quòd omne corpus euaporabile ſecundum totam ſui ſubſtantiam, eſt à prædominio aquæ: &, cum dicis argentum uiuum euaporat ſecundum ſui totam ſubſtantiam, dico, quod non eſt uerum, quia illud dicitur corpus euaporabile, in quo illud, quod euaporat, conuertitur in uaporem humidum: ſed illud, quod euaporat ab argento uiuo, non conuertitur in uaporem humidum, ſed in exhalationem ſiccam, quia illud eſt exhalatio ſicca. De alio, in quo dubitabatur de uino; quia ex dicto Ariſto. ſupra, cum loquebatur de digeſtione, Ariſto. dicebat, quòd digeſta omnia ſunt craſſiora & calidiora ſe ipſis indigeſtis; ergo uinum digeſtum eſt calidius, quàm nouum; ſed minus habet aquæ uinum antiquum, quàm nouum; quomodo ergo eſt magis aquæ, ut dicit hic Ariſto. ſi eſt calidius? Poteſt dici, quòd, ſi comparemus uinum antiquum nouo, reuera antiquum eſt magis digeſtum, quàm nouū, & ideo reuera magis calidum: ſed, ſi comparemus uinum antiquum muſto, quod non tantum eſt uerum uinum, ſed eſt uinum admixtum excrementis & multis acinis, quæ ſunt corpora extrinſeca & admixta, ut etiam ſunt illi nuclei acinorum, qui acini ſunt ualde calidi; & hæc ſunt corpora terrea, quæ recipiunt multum calorem à ſole; & ut ſic, muſtum eſt magis terreum & calidum, & uinum magis aqueum, quia uinum ratione horum acinorum & horum corporum eſt maxime calidum: & ſic Ariſto. comparat uinum antiquum uino recenti, id eſt muſto. Non tamen uino nouo: & ſic muſtum eſt calidius uino digeſto, ratione illorum corporum admixtorum: ſi uero comparetur uinum antiquum & digeſtum uino nouo, & nō muſto, ſic uinum antiquum eſt calidius.

TEXTVS QVADRAGESIMVS NONVS.

QVæcunque autem à frigido incraſſantur, terræ. Quæcunque autem ab ambobus, communia pluriū: ut oleum, & mel, & dulci uinum.

TEXTVS QVINQVAGESIMVS.

COnſiſtentium autem, quæcunque quidem concreta ſunt à frigido, aquæ: ut glacies, nix, grando, pruina. Quæcunque autem à calido, terræ: ut fictile, caſeus, nitrum, ſales. Quæcunque autem ab ambobus (talia autem ſunt, quæcunque infrigidatione: hæc autem ſunt, quæcunque amborum priuatione, calidi, & humidi ſimul egredientis cum calido: ſales enim humidi ſolius priuatione concreſcunt, & quæcunque ſyncera terræ: glacies autem calidi ſolius) hæc utique amborum, quapropter & ab ambobus, & habebant ambo. Quorumcunque igitur totum exſudauit, uelut fictile, aut electrum. etenim electrum, & quæcunque dicuntur ut lachrymæ, infrigidatione ſunt, uelut myrrha, thus, gummi. Et electrum quoque huius generis eſſe uidetur, & concreſcit: circumprehenſa enim animalia in ipſo uidentur.

TEXTVS QVINQVAGESIMVSPRIMVS.

A fluuio autem calidum exiens, ut cocti mellis, cum in aquam dimissum fuerit, euaporat humidum, hæc omnia sunt terræ. Et hæc quidem, inliquabilia, & immollificabilia, uelut electrum, aut lapides quidã, uelut tofi in speluncis. etenim hi similiter fiunt his: & non ut ab igne, sed ut à frigido, pertranseunte calido, coegreditur humidum ab exeunte ab ipso calido. in alijs autem ab extrinseco igne. Quorumcunque autem non totum, terræ quidem sunt magis, mollificabilia autem, ut ferrum, & cornu. thus autem, & alia, similiter, ut ligna, uaporant.

PRosequitur Aristot. secundum membrum primæ diuisionis, quia in prima diuisione, quòd mixtorum similarium quædam sunt fluxibilia, & quædam coagulabilia: fluxibilia, dixit, quòd adhuc bifariam sunt, quædam euaporabilia, quædam ineuaporabilia: & declarauit membrum istud, seu naturam istorum: ideo Aristo. transit nunc ad declarandum naturam coagulatorum; & dicit, quòd mixtum coagulatum est bifariam, quoddã molle, & quoddam durum: & declarauit mixtum coagulatum molle: & dicit Alexand. quòd Aristo. sic declarauit de liquabilibus; & sub ipsis coagulabilibus comprehendit etiam mixta coagulata mollia: & sic Aristo. hic prosequitur secundum membrum diuisionis primæ, & ipsum diuidit; quòd membrum est ipsorum durorum. Et sic Aristo. nunc uult declarare naturam mixtorum durorum coagulatorum, & primo dicit, quòd mixta similaria coagulata tripliciter se habent; quædam à frigido sunt coagulata, quædam uero à calido, quædã uero ab utroque: quæ coagulantur à frigore, sunt naturæ aquæ, ut nix, glacies, grando, pruina, & huiusmodi; & ista sunt mixta coagulata non fluxibilia, quæ sunt de natura aquæ: quædam sunt coagulata a calore, ut later; & hæc sunt, de natura terræ, à prædominio, ut etiam sal; & ista sunt dura: quædam uero sunt coagulata ab utroque; & hæc sunt de natura terræ & aquæ: & declarat Aristoteles, quomodo ista sunt coagulata ab istis: & dicit, quòd, quæ coagulata sunt à frigore, sunt coagulata ab ipso, exprimente calidum interius; & sic sunt coagulata per expressionem calidi; si uero sunt coagulata à calido sic sunt coagulata per consumptionem humidi: si sunt coagulata ab utroque, sic sunt coagulata ab utraque parte seu causa, à frigore exprimente calidum, & à calido consumente humidum: & ista est prima diuisio secundi membri. Et tunc Arist. ponit secundam diuisionem difficilem, domini, quòd hæc mixta similaria coagulata, quomodocunque sint, sunt duplicis differentiæ; quædam sunt mollificabilia, & quædam immollificabilia: Immollificabilia sunt ut lapis, later; & ista non sunt mollificabilia, quia sunt de natura terræ à prædominio, quia in ipsis expressum est ferè totum humidum, tum à calido tum à frigido; exemplum dicit Aristo. ut later decoctus in fornace, coagulatus est à calido, & quia calor expressit totũ eius humidum, ideo non amplius dissoluitur: aliquando uero non sunt coagulata à calido, sed à frigore, quod expressit totum humidum; exemplum multorum ponit Aristo. ut electrum dicitur esse coagulatum à frigido exprimẽte ferè, dicit Arist. totum humidum: & quo modo coagulatur à frigore? dicit Arist. coagulatur à frigore illius fluuij, in cuius littore nascitur: & quia exprimitur ferè totũ eius humidum, ideo durũ est, & de natura terræ. Et tunc Arist. ponit aliud exemplum, multorum arborum, ut est de myrrha, de thure, & lapidibus nonnullis, & de speculo, quæ omnia sunt coagulata à frigido, & prius erant liquabilia: & quòd ista coagulentur à frigore, probat Arist. exemplo, in omnibus istis sæpe inueniuntur animalia coagulata intus: & quare hoc? quia ista semper fuerunt liquida, & in eis postea animalia inuiscãtur, & postea coagulantur, & sic remanent illa animalia ibi imbibita (& aliquando etiam inueniũtur paleę) quia, cũ hæc à frigido coagulantur, ibi remanẽt illa animalia: cuius generis, dicit Arist. sunt etiam tophi lapides, quia coagulantur à frigore exprimente, ferè totum humidum. Et sic diximus, quòd sunt multa corpora coagulata à calido, & multa à frigore; & qualiter aliqua possunt mollescere, & aliqua non; & diximus causam, cur aliqua possunt mollescere, & aliqua non, quia diximus de illis, quæ non possunt mollescere, quod est, quia sunt à prædominio terræ, quia calor & frigus exprimunt ferè totum eius humidum, & sic reman

sit;tota siccitas;ergo terrea sunt. Restat modo agere de secundo membro, s. de ijs, quæ sunt mollificabilia:& dicit Arist. sunt ea, in quibus non est expressum totum humidum aut à calido, aut à frigore:& ista sunt bifariã: aut enim, sicut sunt mollificabilia, ita etiam liquescunt ut metalla, & hæc sunt communia terræ & aquæ: aut tantum mollescunt non autem liquefiunt;& omnia ista sunt solius terræ, dicit Aristo. sicut cornua, à quibus est expressum totum humidum. Lego uerba;& aduertatis, quia Aristo. appellat mixta constantia, idest mixta coagulata priuatione amborum, idest calidi & humidi simul. Syncera terræ: idest à prædominio terræ. Propter quod & ab ambobus coagulantur:& debet legi à fluuio,& non à fumo. Dico hæc omnia mixta: hucusque omnia illa uerba sunt dicta suspensiue. Et quando proijcitur in aquam. Hæc uerba sunt de textu. Sed hic est dubitatio duplex, primo quia Arist. dicit, quòd in quibusdam corporibus euaporauit totum humidum tum à calido tum à frigore: sed hoc est impossibile, quia si totum humidum euaporauit ex aliquo corpore, tunc illud mixtum non est mixtum ex quatuor elementis, quia caret humido, quod est aqua; tum quia tale mixtum non posset continuari, immo esset dissolutum in partibus suis, ut puluis, & cinis. Secunda dubitatio est de electro, quia Arist. hic assentit opinioni, dicẽti esse gũmi populi nigræ, nascentis circa littora Padi fluuij; quod tamen est expresse falsum, & fabulosum, tamẽ ex illo Dialogo Luciani.

De primo, dico, quòd re uera in nullo mixto est expressum totum humidum: oh dicit Aristo. quod sic: dico, quòd dictum Aristotelis intelligitur, expressum est totum humidum, idest ferè totum humidum, quia impossibile est, quòd omnino totum humidum sit expressum, quia tunc illud mixtum non constaret ex quatuor elementis; & etiam esset dissolutum in puluerem. De secundo, de electro, uaria fuit opinio antiqua de ipso electro.

Plinius 38. libro natur. hist. citat Theophrastum in libro de lapidibus, quem nõ habemus; ubi dicit Theophrastus, quod electrum est minerale; & quòd effoditur circa Liguriam, uel circa Liburniam: aliqui dicunt, quòd effoditur in Sicilia uel in Fanitia in duobus locis: alia opinio dicit, quòd est succus populi nigræ, nascentis circa Padi fluuiũ in illis ripis, circa tropicum æstiuum; aliqui dicunt in alijs locis: aliqui dicunt, quòd est excrementũ maris, quod generatur à superfluitatibus maris, & ideo reijcitur à mari: sed omnes istæ opiniones sunt fabulosæ & falsæ. Sicut dicit Ruellius in primo de historia Plantarũ; sed uera opinio est, quòd est succus non populi nigræ, sed cuiusdam arboris, quæ est pinei generis, olet enim odorẽ pineæ; quæ arbores sunt circa mare Germaniæ: qui humor, seu qui succus, decidit ex illis arboribus aliquando in terram, aliquando in aquam maris; & sic à frigiditate aquæ induratur, & postea reijcitur à mari. & ita declarat Cornelius Tacitus in libro de moribus Germanorũ & sic uerum est, quòd est succus arboris, sed est succus ex illis arboribus habentibus odorẽ Pini; & ideo est de natura Pini: quod enim dicit Arist. hic, forte dicit famose:& forte etiam accedit ueritati, quia dicit, quòd est gumma cuiusdam arboris, quæ induratur à frigiditate cuiusdam aquæ, cuiusdam fluuij;& non dicit maris, sed cuiusdam fluuij, qui postea trãsfert ad mare electrum:& sic potest comprehendere animalia intra se. Et forte hæc fabula habuit ortum, quia generatur electrum apud Padum, quia iste est fluuius Germaniæ, qui fluit ad nos, dicit Ruellius, & ideo forte fit durum ab ipso fluuio; & mulieres primo ibi portabant; tamen nunc clarum est, quòd inuenitur in mari germanico. Et notate, quia multa sunt electri genera: aliquod genus est, quod est coloris candidi, & hoc est minus pretiosum; & hoc non uidi ego: aliud habet calorem terræ & fuluum, & istud est pretiosissimũ; & hoc electrũ, seu gummi est idem ligurio. s. ei lapidi, ut dicit Theoph. in secundo libro, & Ruellius, & nos appellamus ambram:& dicitur, quòd crassescit ex urina cuiusdam animalis; quod tamen est fabulosum: & ueritas est; quod ligurium & electrum idem sunt, & differunt solo nomine. Quod uero nos appellamus ambram, nunquid sit ea ambra, de qua dicunt antiqui, ut Aetius & dicunt, quòd non est ea ambra, de qua antiqui dicunt, quòd effoditur more sulphuris, & ideo habet generationem ex terra; sed est illa, quæ inuenitur nunc in istis officinis aromatariorum, estque mere electrum:& ideo ista ambra non est illa, de qua facit mentionem Aetius & antiqui alij, quia illa effoditur ex terra, sicut sulphur & bitumen; hæc uero non, sed est succus arboris.

TEXTVS

TEXTVS QVINQVAGESIMVS SECVNDVS.

QVoniam igitur liquabilia ponendum est, & quæcunque liquefiunt ab igne, hæc sunt aquosiora. quædam autẽ et communia, uelut cera. quæcũque autem ab aqua, hæc terræ. quæcunque autem neque ab altero hæc aut terræ, aut amborum. Si igitur omnia quidem aut humida, aut concreta, horum autem quæ in dictis passionibus, & non est intermedium, omnes utique erunt dictæ, quibus discernemus utrum terræ, aut aquæ, aut plurium commune, & utrum ab igne constat, aut frigido, aut ambobus. Aurum itaque, & argentum, & æs, & stannũ, & plumbũ, & uitrum, & lapides multi innominati aquæ sunt: omnia enim hæc liquefiunt calido. Amplius uina quædam, & urina, & acetum, & lixiuium, & serum, & sanies aquæ: omnia enim concrescunt frigido. Ferrum autem, & cornu, & unguis, & os, & neruus, & lignum, & pili, & folia, & cortex, terræ magis sunt. Amplius electrum, myrrha, thus, & omnia, quæ dicuntur lachrymæ, & tofus, & fructus, uelut legumina, & frumentum. talia enim hæc quidem ualde, hæc autem minus horum, attamen terræ sunt. hæc enim mollificabilia sunt, hæc autem exhalabilia, & infrigidatione facta. Amplius nitrum, sales, lapidum genera, quæcunque neque infrigidatione, neque liquabilia. Sanguis autem, & genitura communia sunt terræ, & aquæ, & aeris. Sanguis quidem habens uillos, magis terræ: quapropter & frigore concrescit, & humido liquescit. non habens autem uillos, aquæ: quare & non concrescit. Genitura autem concrescit infrigidatione, exeunte humido cum calido.

QVia perfecimus diuisionem, ideo modo superest, quia ex quo dicebat Aristo. uelle declarare naturam istorum similarium ex parte materiæ: & posuit duas diuisiones: & secũda diuisio fuit, quòd mixtorum similatium quædam sunt mollificabilia; quædam immollificabilia, ut terra, quia expressum est ferè totum humidum: & declarauit exemplo, quæ nã essent. Et erat secundum membrum, quòd quædam sunt mollificabilia: & istud membrum etiam diuiditur, quia quædam sunt mollificabilia tantum, & non liquabilia, & ista sunt terra & aqua, quædam non sunt mollificabilia & liquabilia: & hæc sunt bifariam, quia quædam liquantur ab igne, & hæc sunt communia terræ & aquæ; quædã uero non ab igne, sed ab aqua liquescunt, ut sal & nitrum. Et postea subdit Arist. quòd quędam à neutro horum sunt liquabilia: & hæc sunt etiam in duplici differentia, quædam enim sunt terræ tantum; & quædã terræ & aquæ: quæ sunt terræ tantum, sunt ea, quæ non possunt mollescere; terræ & aquæ sunt, quæ possunt mollescere: & quædam, cum sunt coagulata, non possunt liquari amplius, ut later, terræ, & aquæ, quæ possunt molliora fieri. Et hæc sunt ultima uerba, quæ ponit in fine huius diuisionis. Lego uerba. Sunt aquosiora. idest plus habent aquæ, quàm quæ tantũ mollescunt. Si igitur omnia quidem aut humida. Erant tres diuisiones de mixtis coagulatis similaribus: nunc Arist. hic prosequitur suam diuisionem positam, quæ erat tertia in ordine eiusdem membri; & sic prosequitur tertium membrum mixtorum coagulatorum; dicit ergo, quòd illæ duæ diuisiones iam positæ, & tertia, quæ est ponenda, ueniunt omnino demonstrare diuisionem, præsertim si supponamus, quòd ista diuisio data sit omnino per immediata, ita, quòd nullum mixtum similare subterfugiat alterum istorum membrorum; & quòd sit diuisio data per extrema opposita, inter quæ nullum est numeratum numero, omnia mixta similaria aut sunt coagulata, aut non coagulata: & istæ passiones, coagulatio & liquatio, sunt passiones mixtorum similarium: & hæc diuisio est per immediate opposita: ergo necesse est, quod secunda uia iam dicta, & tertia dicenda, sint necessariæ: quæ sunt uiæ dictæ ad coagulanda mixta similaria à prædominio talia, aut talia. Lego uerba. Duplex uia dicta est in his passionibus: idest in coagulatione & liquefactione: & sic omnes uiæ erunt tres si supponamus hæc duo. Et tunc Arist. ponit tertiam diuisionem illius membri, s. coagulatorum, quam diuisionem etiam posuimus, quæ est, quòd mixta coagulata aut liquescunt à calido, aut à frigido, aut ab utroque: & dicit Arist. aut liquescit, aut mollescit: si liquescit à calido sic sunt duplicis naturæ, quia quædam sunt à prædominio aquæ, ut omnia metalla, & plures lapides, ut lapides illi, de quibus diximus supra, & quædam genera uinorum, & urina, & acetum, & lixiuium; & quæ sunt à prædominio aquæ, & à calido liquescunt, quia à frigido coagulãtur, quæ omnia aquæ sunt: ergo mixta sunt coagulata à frigido: ergo à prædominio

aquę,

aquæ, ut patet manifeste de metallis: & dicit, multi lapides innominati: qui sunt isti lapides innominati? Credo ego, quòd sint quædam species gemmatum, quæ sint à prædominio aquæ: quædam uero sunt à prædominio terræ, ut electrum, & tophus lapis, qui sunt geniti à frigore. Et notate, quia dicit, quoddam uinum, quia non de omni uino. Et dicit, sicut fructus quidam, ueluti legumina, quæ sunt coagulata à frigido, sed dissoluuntur à calido; & ut sic, dominatur terra, dicit Aristo. sed in aliquibus magis, & in aliquibus minus: & quomodo? horum enim quædam sunt exhalabilia, & quædam non, & quædam sunt mollificabilia; & in exhalabilibus magis dominatur terra: & sic, quæ sunt terra, à calido mollescũt, ut cornu, thus, & myrrha, & electrum, & tophus, qui dicitur paruus, nõ mollescunt à calido: & paruus est ille tophus, qui nascitur in cauernis, & congelatur à frigore: & dixit, ut quidam fructus, scilicet ut legumina, quæ dissoluũtur à calido ipso, & à frigido coagulata sunt; & in his dominatur terra, in aliquibus magis, & in aliquibus minus; ut in ijs, quæ mollescũt & exhalabilia sunt, dominatur de terra minus: & ideo talia corpora differunt. Amplius autem. Ponit Aristo. secundum membrum, quæ, scilicet coagulata sunt à frigido, & quæ à calido dissoluuntur: & secundum membrum est, quòd mixta similaria, quæ coagulata sunt à calido, quædam lique scunt à frigote: & sic dicit Aristo. quòd quædam mixta liquescunt, non à calido, sed à frigido: & ista sunt duplicis generis, quia quædã sunt à prædominio terræ, ut nitrum, & omnes lapides, qui coagulati sunt à calido; ista omnia sunt à ptædominio terræ: quædam uero non sunt à prædominio terræ, sed sunt communia terræ & aquæ & aeris, ut sanguis & genitura, quæ liquescũt à frigido, ut patet de genitura & sanguine: & ideo coagulata fuerunt à calido: & ita sunt communia terræ & aquæ & aeri. Et ista talia mixta similaria differunt per magis & minus, quia in sanguine, in quo sunt uilli, est plus tertæ, & minus aquæ: & ideo iste sanguis potest congelari à frigore extrinseco absumente humidũ, remanente parte terræ: in aliquo uero sanguine magis dominatur aqua, quia est magis humidus, ut sanguis, in quo non sunt illæ fibræ & illi uilli; ut sanguis animalium frigidorum, ut ceruorum, leporis, & damæ, & iste sanguis non potest coagulari à frigore, quia non est in eo illa copia fibrarum, quæ possit illum facere coagulari, licet sit humidus talis sanguis; quia, licet exprimatur eius humidum à frigore, cum tale humidum non sit permixtum cum sicco terrco, ideo non potest coagulari, sicut alius sanguis: & hoc est secundum membrum diuisionis. Lego uerba. Icor, idest sanies. Et facta mixta coagulata. Hoc est secundum membrum. Neque coagulabilis suppletu, hæc terra sunt. Qualia autem calida. Quia Arist. duo ptomiserat in principio, primo declarare naturam corporum mixtorum similarium, primo ex parte materiæ; & id hucusque executus fuit de omni mixto similari; idest cum primo posuit diuisionem de omni mixto, ut sit terræ & aquæ à prædominio, secundum declarandum fuit, & dandum differentiam, cum qua possimus demonstrare, cuiusnam naturæ sit mixtum similare ex parte agentis: & sic secunda fuit ex parte agentis, scilicet qualitatũ primarum, an scilicet esset frigidum an calidum: & hoc declarat modo Aristo. quo ad qualitates primas actiuas, quæ sunt agentia partium similarium. Et primo ponit intentionem more suo dicens, quòd debemus declarare, quà nam uia debeamus declarare naturam in omni mixto tam liquescente, quàm coagulabili, quæ nam fuit temperatura ipsorum, idest mixtorum similarium: & dicit. Quædam mixta coagulabilia, scilicet aut liquescentia. & declarat hoc, & ponit pulchram regulam ad inueniendum hoc: dicit itaque Aristo. quòd hæc est uia uera inueniendi temperamentum ipsorum mixtorum similarium: quia alia uia processit Galenus, quia declarauit temperamentum omnium corporum per relationem ad corpus humanum: Aristo. uero non declarauit in respectu ad corpus humanum, sed declarauit in se temperamentum omnium mixtorum similarium; cuiusmodi non facit Galenus: & dicit Arist. quòd uia hęc est et regula ipsa, quia omne mixtum similare aut est coagulabile aut liquabile; & sic aut est aquæ, aut terræ, aut commune terræ & aquæ, uel sit coagulatum, uel liquescens: si est aquæ à prædominio, sic dico, quòd totum mixtum est ut plurimum frigidi temperamenti; & quare ut plurimum? quia aliquando mixtum contrahit caliditatem extraneam & alienam, scilicet ab extrinseco, & ideo efficitur calidi temperamenti; exemplum, sicut diximus supra de uino, de lixiuio, & urina, quæ omnia in se & ex parte materiæ sunt fri-

gidi

gidi temperamenti, quia sunt aquæ à temperamento; tamen per accidens sunt calida, quia habent calorem extrinsece, quia contraxerunt calidum ab alio; ut uinum accepit calorem à sole digerente, & ideo uinum est calidi temperamenti, & non ex parte materiæ: & non di co de omni uino, quod sit calidi temperamenti, quia est maxima dubitatio apud Galenum, quia multa sunt uina, quæ calefaciunt; & multa sunt uina, quæ non calefaciunt, immo uidetur refrigerare, ut dicit Galenus in libro de cibis boni & mali succi: & sicut etiam lixiuium est calidi temperamenti, quia contraxit caliditatem à cinere uel ab igne: sic etiam urina ex parte materiæ est frigida, sed quia passa est à calore digerente concoquente, ideo recepit multum calorem, & ideo calefacit: & ideo omne mixtum à prædominio aquæ est frigidi temperamenti, quia si quæ sunt calida, à calidirare extrinseca sunt calida, sed omnia talia ex parte materiæ sunt frigidi temperamenti, & in se. Alia uero mixta sunt à prædominio terræ, & hæc, ut in pluribus, sunt genita calida quia talia mixta, sunt genita ut plurimum à calido; & ideo sunt calida: & quare, ut in pluribus ? oh dicit Arist. quia possunt etiam generari à frigido, & tunc sunt frigida: nam, ut in pluribus, generantur à calore. Alia uero corpora sunt cõmunia terræ & aquæ, & hæc etiam, ut in pluribus sunt calida, quia sunt, ut plurimum, genita à calore.

TEXTVS QVINQVAGESIMVSTERTIVS.

OPortet autem accipere secundum materiam frigidissima quædam esse. quoniam enim siccum, & humidum materia sunt (hæc enim passiua sunt) horum autem corpora maxime terra, & aqua sunt hæc autẽ frigiditate determinata sunt, palam est quod omnia corpora, quæcunque sunt utriusque simpliciter elementi, frigida magis sunt, nisi habeant alienam caliditatem, uelut feruens aqua, aut per cinerem colata. etenim hæc habet eam, quæ ex cinere, caliditatem. in omnibus enim ignitis est caliditas aut amplior, aut minor. Quapropter & in putrefactis animalia innascuntur: inest enim caliditas, quæ corrumpit propriam uniuscuiusque caliditatem. Quæcunque autem communia sunt, habent caliditatem, constant enim plurima à caliditate, quæ concoxit. quædam autem putrefactiones, sunt uelut colliquamenta. Quare habentia quidem secundum naturam calida, & sanguis, & genitura, & medulla, & coagulum, & omnia talia. cum autem corrumpuntur, & egrediuntur à natura, non amplius: relinquitur enim materia, terra existens, aut aqua. Quapropter ambo uidentur quibusdam: et hi quidem frigida, illi autem calida hæc aiunt esse, uidentes, cum in natura quidem fuerint, calida, cum autem separata fuerint, concrescentia. Habẽt igitur sic omnino, ut determinatum est. in quibus quidem materia aquæ plurimum, frigida: opponitur enim maxime hæc igni. in quibus autem terræ, aut aeris calidiora. Accidit autem aliquando eadem fieri frigidissima, & calidissima aliena caliditate. quæcunque enim maxime concreuerunt, & solidissima sunt, hæc & frigida maxime sunt, si priuata fuerint caliditate, & urunt maxime, si ignita fuerint: ut aqua fumo, & lapis aqua urit magis.

ET probat tunc Aristo. quòd, quæ sunt aquea, sunt frigida; quæ uero terrea, ut plurimũ calida: quia in omni mixto sunt duæ qualitates passiuæ, scilicet humidum & siccum, & humidum, primo inest aquæ; siccitas uero, primo terræ: & omne mixtum, cui inest humiditas, est à prædominio aquæ, & sic est frigidum, quia aqua est frigida: &, si ei inest terra, habet siccitatem, &, si habet siccitatem, habet terram; &, si terra à prædominio est, in eo dominatur & frigiditas, & ex parte materiæ: si uero habent caliditatem, habent extrinsecam: &, quia, ut in pluribus, generantur à calido, ideo sunt calida: unde dicit Aristo. quòd etiam animalia, quæ generantur ex putri materia, ut uermes, qui generantur ex cadaueribus, habent suum colorem, licet genita sint ex mixto terrea, quia sunt genita ex putri materia & ex calore putrescente; & ideo ista animalia sunt calida, & sunt calidi temperamenti, quia calor putridus corrumpit mixtionem primam; & generat secundam, ut illa animalia; & ideo sunt calidi temperamenti. Et tunc Arist. ponit quasi documentum, dicẽs, ex quo sequitur, quòd mixta ista, quæ sunt à prædominio aquæ, aut terræ, aut communia terræ, & aquæ, dupliciter possunt considerari: & notate, quia hic pulchra dicit Aristot. & ego alias citaui uobis hæc uerba Aristo. & hunc locum: dicit ergo Aristo. quòd ista mixta bifariã considerari possunt, scilicet hæc mixta, quæ à prædominio sunt aquæ, & terræ, aut terræ, & aquæ: uno modo pos sunt

ſunt conſiderari ſecũdum ſui ſpeciem & formam; & ſic, ut in pluribus, omnia iſta mixta ſunt calida, quia ita requiritur à terræ forma & ſpecie, quia forma eorum ſtat cum caliditate: alio modo poſſunt conſiderari iſta mixta ex parte materiæ; & ſic ratione materiæ ſunt frigida; et ideo, cum forma corrumpitur, remanet materia, quæ frigida eſt; & ſic mixtum eſt frigidi tẽperamenti. Et hinc eſt, quòd de iſtis mixtis uariæ fuerunt opiniones, dicit Ariſt. quia aliqui antiqui dixerunt, quòd iſta mixta ſunt calida; & aliqui, quòd ſunt frigida: & utraq; opinio uera eſt, quia, ſi conſideratur illud mixtum ex parte formæ eius, ſic eſt calidi temperamenti; ſi uero conſideratur ex parte materiæ, ſic eſt frigidi temperamenti: quia ex parte materiæ, corrupta forma, quod remanet, eſt frigidę temperaturæ; ex parte uero formæ eſt calidæ tẽperaturæ. Et ita etiam dicemus de uino, quòd uinum ex parte ſuæ formæ eſt calidæ temperaturæ, quia acquirit multam craſſitiem à ſole, cũ coquitur; quia, ſi coquitur, acquiritur multus calor & ſpiritus à ſole, quia hoc requirit eius forma ſubſtantialis: & ideo, ſi conſideretur ex parte eius formæ, eſt calidæ temperaturæ, ut plurimum, ut omnia uina: cum uero corrũpitur forma ſubſtantialis eius, & fiunt alia uina acetoſa, remanet ſola materia uini, ut in aceto; & ſic eſt frigidæ complexionis, quia refrigeratur, quia remanet ſola materia uini, quæ frigida eſt: & ideo acetum eſt frigidum, ut dicit Galenus in lib. de ſimpl. med. ubi dicit, quòd acetum eſt frigidi temperamenti; habet tamen partes calidas, quia, ex quo iſta generatio non eſt facta, niſi à calore putredinali, ideo habet aliquam caliditatẽ; eſt tamen maior eius frigiditas, quàm caliditas in ipſo, & plures ſunt partes frigidæ, quàm calidæ. Et idem dicẽdum eſt de ſanguine, & genitura, quòd reſpectu materiæ ſunt frigidi temperamenti, reſpectu uero formæ ſunt calidi temperamenti: & hoc deſeruiet uobis ſæpe in doctrina Ariſtot. quia ſæpe inuenietis in Ariſto. hoc, quia aliquando uocat ſanguinem frigidi temperamenti, aliquando calidi; neque tamen propter hoc eſt contradictio, quia ex parte formæ ſunt calida, quia in generatione horum ſequitur multus calor & multus ſpiritus, & ſic etiam in ſui conſeruatione, & ideo ſunt calida: quo uero ad materiam horum, ſic ſunt frigidi temperamenti & ſicci, ut dicit etiam Ariſto. in ſecundo de generatione animalium, & ideo Ariſtot. uarie loquens non contradicit ſibi. Et ſic de uino, quo utimur quotidie in cibo, quod ut plurimum eſt calidi temperamenti: oh in eo prædominatur aqua: dico, quòd, licet in eo prædominetur aqua ex parte materiæ, & ex parte materiæ ſit frigidæ temperaturæ, tamen ex parte formæ eſt calidum: & ſic ex parte formæ habet multum caloris, & hoc ab agente, quia uina habent caliditatem ab agente. Et tunc Ariſto. repetit, quæ dixit, dicens, dicemus ergo, quòd iſta mixta ſimilaria aut ſunt à prædominio aquæ, aut terræ, aut communia terræ & aeris; & non dicit amplius, communia terræ & aquæ, ſed terræ & aeris: ſi terræ, ſic ſunt plurimum calida: & quomodo calida, ſi ſunt utraque frigida? iam diximus, quòd eſt ratione formæ, & non ratione materiæ, & magis dicemus infra in lectione ſequenti: ſi uero ſunt aquæ, ſic ut plurimum ſunt frigida: ſi uera ſunt communia terræ & aeri, ſic ut plurimum ſunt calida: & iſta talia mixta, quæ ſunt à prædominio aquæ, ſic dicit, quòd poſſunt fieri & calidiſſima & frigidiſſima, ſi ſeruetur natura elementi dominantis in eis; &, ſi tale elementum dominans, eſt frigidum, mixtum eſt frigidiſſimum: poteſt etiam eſſe calidiſſimum, ſi ualde calefit, & uehementius exurit, quàm flamma, quia eſt in materia denſiori, ſicut ferrum. Mixta poſſunt eſſe frigidiſſima; quia, ex quo ſunt à prædominio aquæ, & aqua eſt ſumme frigida, quia maxime contraria eſt igni, ideo erit tale mixtum ſumme frigidum: & ideo dixit, ſi reſeruetur natura elementi in eis: ſunt ergo iſta mixta frigida: poſſunt etiam denominari ſumme calida, ut dixi, quia, ex quo elementũ prædominãs in eis, eſt aqua, & aqua eſt corpus denſum, ideo, ſi calefit, maxime calefit: exẽplum, ut aqua calida magis exurit, quàm fumus ipſe ardens, quia denſius eſt ſubiectum: & eodem pacto, dicit Ariſto. ſi lapis igniatur, magis exurit, quàm fumus, ſeu feruens aqua, quia ille calor eſt in materia denſiori: & actio ſequitur multitudinem formæ, non autem intenſionem gradus formæ; ſed, quia, ubi plus eſt de materia, ibi plus eſt de forma. ideo maioris actionis eſt calor in corpore denſo, quàm in raro: & ſic patet, quomodo mixtum aqueum poteſt eſſe calidum, & etiam frigidum, ut ſi elementum prædominans ſeruetur in ſui natura, ut puta aqua: ſi uero patitur à calore extrinſeco, ſic erit calidum, quia magis exurit, quàm flamma, quia eſt in ſubiecto denſiori. Lego uer

ba:

ba: & notate, quòd duplicitet aliquod generatur à calore, quia aliqua generantur à calore naturali digerente; & aliqua à calore putredinali; & ambo calida ſunt; ut animalia, quæ generantur à calore creſcente in putri materia. Corrupta autem . ideſt egredientia à ſui materia & forma ſubſtantiali, erunt frigida : & ideo aliquibus uidentur calida, ut illis, qui uident ea in ſpecie & forma & natura ſua : cum autem ſunt corrupta, ſic illis apparent frigidiſſima. In quibus aqua dominatur, ut plurimum frigida ſunt. quare; quia aqua maxime opponitur igni. Accidit autem, ſcilicet hæc mixta aliquando eſſe calida, & aliquando frigida; calida ut ab aliena caliditate, frigida autem ut in ſe : & notate, ut dixi, quòd caliditas ſequitur multitudinem formæ, & multitudo formæ ſequitur materiam, eo, quia, quæ ſunt denſiora, calidiora manebunt : ideo denſiora ſunt calidiora.

Circa prælecta eſt dubitatio, & primo in primo dicto, quia dicit, quòd mixta ſimilaria à prædominio aquæ, ut plurimum ſunt frigidi temperamenti, raro autem calidi: ſi autem ſunt à prædominio terræ, ſic ut plurimum ſunt calida : & ideo Ariſto. declarans modum generationis mixti ſimilaris, dicit, quòd omne mixtum ſimilare aut eſt aquæ, aut eſt terræ à prædominio, aut commune terræ & aquæ : ſi aquæ, ut plurimum ſunt frigidi temperamenti ; aliquando tamen per accidens ſunt calidi temperamenti, ut urina, lixiuium, propter acquiſitionem caliditatis extrinſecæ : ſi autem ſunt terræ, aut communia terræ & aquæ, iſta ut plurimum ſunt calidi temperamenti, raro autem frigidi : & probat, quia hæc mixta aut fiunt à calido digerente, aut putredinali corrumpente : & dicit, quòd poſſunt iſta mixta, quæ ſunt à prædominio terræ & aquæ, fieri calidiſſima & frigidiſſima. Et ideo eſt primo dubitatio in primo dicto, quia dicit, quòd mixta ſimilaria à prædominio aquæ, ut plurimum ſunt frigidi temperamenti ; ſi autem ſunt communia terræ & aquæ, ſic ſunt etiam, ut plurimum, calidi temperamenti : ſed hic eſt modo dubitatio, quia eſt par ratio : quandoquidem ſic terta eſt frigida, ſicut aqua; & ideo etiam tale mixtum eſt ut plurimum frigidi temperamenti; & ſic calidi temperamenti eſt, quia extrinſecus contraxit caliditatem, ſicut etiam mixtum à prædominio aquæ : quid ergo dicit Ariſto . quòd mixta à prædominio aquæ, ſunt ut plurimum frigidi temperamenti; terræ uero ſunt ut plurimum calidi temperamenti ?

Secundo dubitatur, quia reddens rationem, quare mixta communia tertæ & aquæ, ſunt ut plurimum calidi temperamenti, dicit, quia generantur à calido, uel concoquente, uel putreſcente : ſed ex hoc uidetur, quòd ſequatur opinio Gentilis, quòd omne mixtum ſit calidi temperamenti, quia omne mixtum generatur à calido; cuius tamen oppoſitum patet in marmore, & alijs multis, ut ſupra diximus. Tertio dubitatur, quia dicit, quòd hæc mixta poſſunt fieri calidiſſima & frigidiſſima : ſed contra, quia nullum mixtum poteſt tantam caliditatem & frigiditatem habere, ſicut elementum purum, quia ſecundo de generatione & cortuptione tunc fit mixtio, quando fit craſis & temperatura ex elementis, ita, quòd remittantur elementa ex hac actione qualitatum primarum : etgo non poteſt in mixto eſſe tanta caliditas aut frigiditas, quanta eſt in elemento puro. Tum etiam in exemplo ſuo, quia dicit, quòd lapis ignitus eſt maioris actionis, quàm aqua ipſa feruens ; & aqua feruens maioris, quàm flamma : ſed in hoc uidetur ſibi contradicere, quia in 24. particula 3. problem. dicit, quòd maioris actionis eſt flamma, quàm aqua feruens, quia flamma exurit lignum, & aqua feruens non : etgo ſibi contradicit.

De primo, cum dicis, quòd eadem ratione, quia mixtum eſt à prædominio aquæ, eſt ut plurimum frigidi temperamenti; ita etiam mixtum à prædominio terræ; dico, quòd non eſt par ratio : ideo & Ariſtoteles ſumit hoc ut manifeſtũ ex ſupra dictis, quia ſupra dixit, quòd, ſi mixtum ſit à prædominio aquæ, eius mixti generatio eſt coagulatio à frigido ut plurimũ: ſi ergo mixta, quæ ſunt de natura aquæ, ut plurimum generantur à frigido, ergo habent frigiditatem ab agente : ergo ut plutimum eſt, quòd illa mixta ſunt frigidi temperamenti tum ex parte materiæ, quia eorum matetia eſt aquea; tum ex parte agentis, quia coagulantur à frigido : ſi uero fuerint mixta à prædominio terræ, aut communia terræ & aquæ, ut plutimũ eorum generatio eſt coagulatio à calido : & ideo imprimitur ab agente ipſis caliditas; & ſic ſunt calida ab agente : ſed quare dicit Ariſtoteles, ut plurimum ? oh quia aliquando etiam

poſſunt

possunt ista coagulari à frigido, tamen ut plurimum coagulantur à calido: & ista est ratio diuersitatis.

De secundo, quia eadem ratione, qua dicit Aristo. sequitur opinio Gentilis; dico, quòd sumis falsum, quia non omnis generatio mixti fit à calido, immo multa mixta generantur à frigido ipso, ut metalla, & electrum, & lapis tophus, & marmor, quemadmodum superius etiam à nobis dictum est: & sic Gentilis ipse sumit falsum, quòd scilicet omnis generatio mixti fit à calido, quia multa generantur à frigido: &, licet eorum generatio, quo ad sui principium, fit à calore, perficitur tamen à frigore: & ista talia mixta remanent frigida ab ipso agente: & sic Gentilis ipse sumit falsum.

De tertio, quia mixta à prædominio terræ, aut terræ & aquæ, possunt fieri frigidissima & calidissima; quod tamen est falsum, nullum enim mixtum potest habere qualitatem summã, ut elementum habet; dico, quòd uerum est, quòd nullum mixtum potest habere caliditatẽ summam, aut summam frigiditatem, quia sic non esset mixtum; &, si debet esse mixtum, debet habere crasim; quomodo ergo debet esse frigidissimum & calidissimum? oh recurratis ad dicta Aristotelis in primo de generatione Animalium capite secundo, ubi dicit, quòd aliquod dicitur calidissimum, quia maiorem habet calorem; &, ut sic, flãma est calidior aqua feruenti: aliquando dicit, quòd aliquod est calidius, non quia habeat maiorem caliditatẽ intensius, sed quia habet maiorem caliditatem extensiue, & quo ad tactum, quia, scilicet fortius imprimat, & in minore tempore, calorem in tactu; & tamen sequitur actio non intensio nem formæ caloris, sed multitudinem; id est, si fit caliditas in subiecto densiori, erit maioris actionis, licet sit minus intensa, quia minus intensa in rariori subiecto: ergo uocat Aristot. mixtum calidissimum & frigidissimum à subiecto, quia aqua & ignis sunt corpora rariora: & ideo, si fit corpus densum ignitum, magis calefaciet; & sic dicitur calidissimum. De alio, quia Aristotelis in tertio problem. 24. part. cõtradicit sibi in eo, quod hæc dicit, dico, quòd per se maioris actionis est aqua feruens, quàm flamma, quia est densioris subiecti, & plus habet caloris: & non dico intensiorem calorem, sed plus caloris, quia plus habet materiæ; ergo plus formæ, ergo plus caloris: & sic aqua feruens per se est maioris caloris, quàm flãma; per accidens tamen flamma est maioris actionis, quàm aqua feruens, quia flamma propter eius tenuitatem partium potest penetrare partes ligni adiecti, & sic comburere; quod tamen non potest aqua propter sui crassitiem: & sic in casu nostro flamma est maioris actionis, quàm aqua feruens.

TEXTVS QVINQVAGESIMVSQVARTVS.

Quoniam autem de his determinatum est secundum unumquodque, dicamus, quid sit caro, aut os, aut aliorum similarium partium. Habemus enim ex quibus similarium natura constituta est, genera ipsorum, cuius generis unumquodque per generationem. Ex elementis enim ea, quæ similarium partium: ex his autem, ut materia, omnia opera naturæ. Sunt autem omnia, ut ex materia quidem, ex dictis: ut autem secundum substantiam, ratione. Semper autem magis manifestum est in posterioribus, & omnino, quæcunque ut instrumenta, & alicuius gratia. Magis enim manifestum est quòd mortuus homo æquiuoce. Sic igitur & manus mortui æquiuoce, quemadmodum & si fistulæ lapideæ dictæ fuerint. ut enim & hæc, instrumenta quædam uidentur esse. Minus autem in carne, & osse talia manifesta sunt. adhuc autem in igne, & aqua minus. ipsum enim cuius gratia, minime hic manifestum est, ubi plurimum est materiæ. Sicut enim &, si extrema accipiantur, materia quidem nihil aliud præter ipsam: substantia autem nihil aliud quàm ratio: intermedia autem proportionaliter, quo propè sit unumquodque: quoniam & horum quodcunque est alicuius gratia. Et non omnibus modis habens, aqua, aut ignis, sicut neque caro, neque uiscus. his autem adhuc magis facies, & manus. Omnia autem sunt terminata opere. omnia enim quæ possunt facere suum opus, uere sunt, ut oculus, si uidet. quòd autem non potest, æquiuoce, ut mortuus, aut lapideus. neque enim serra lignea, nisi ut imago. Sic igitur & caro: sed opus ipsius minus manifestum est quàm quod linguæ, similiter autem & ignis. sed adhuc forte minus manifestum naturaliter, quàm carnis opus. Similiter autem & quæ in plantis sunt, & inanimata, ut æs, & argentum. omnia enim potentia quadam sunt aut faciendi, aut patiendi, sicut & caro, & neruus, sed rationes ipsorum non certæ. Quare, quando existunt, & quando non, non facile est perspicere, nisi ualde

deperditum

deperditum fuerit, & figuræ solæ fuerint reliquæ. ut inueteratorum mortuorum corpora, quæ subito cinis fiũt in sepulchris. & fructus solum figura, secundum sensum autem non uidentur inueterati ualde, & quæ ex lacte concrescunt. Tales igitur partes caliditate, & frigiditate, & harum motibus contingit fieri, concrescentes calido, & frigido. dico autem, quæcunque similares, ut carnem, os, pilos, neruos, & quæcunque talia. omnes enim differunt dictis differentijs, tensione, tractione, comminutione, duritie, mollitie, & alijs talibus. Hæ autem à calido, & frigido, & motibus fiunt mistis. Constitutæ autem ex his, dissimilares nulli utique uidebuntur, ut caput, aut manus, aut pes. sed, ut & quòd factum sit æs quidem, aut argentum causa frigiditas, & caliditas, & motus: serram autem, aut phialam, aut arcam non adhuc: sed hic quidem ars, ibi autem natura, uel alia aliqua causa. Quoniam igitur habemus cuius generis unumquodque eorum, quæ similarium partium, accipiendum secundum unumquodque quid est, ut quid sanguis, aut caro, aut semen, & aliorum unumquodque, sic enim scimus unumquodque propter quid, & quid est, si materiam, aut rationem habemus, maxime autem cum ambo, & generationis, & corruptionis, & unde sit principium motus. Manifestis autem his, similiter ea, quæ non similium partium speculandum, & tandem ex his constituta, ut hominem, plantam, & alia eiusce modi.

TOta hæc pars pulchra est, & non intellecta à latinis: & ideo recurratis ad Alexandrum, qui hanc partem exponit. Postquam ergo Aristoteles declarauit nobis causam materialem partium similarium, & mixtorum similarium: & aduertatis, quia sępe Aristoteles ipse appellat causam generationis, genus. i. marteriam; appellat enim sæpe Aristoteles genus materiam: dicit ergo, quia hucusque declarauimus genus, idest causam materialem mixtorum similarium, quæ partes similares, sunt sicut organa respectu similarium, quia partibus dissimilaribus manifeste conuenit aliqua operatio, non autem ita manifeste conuenit partibus similaribus operatio conuenit; sed tamen non manifeste: quia ergo egimus de materiá hucusque partium similarium, quæ est materia generationis, quæ est terra, uel aqua; ideo demus regulas, quibus cognoscamus, quando mixtum est terræ, aut aquæ, aut commune utrique: generãtur enim istæ partes similares ex elementis: & dissimilares partes ex similaribus; ex dissimilaribus uero generatur totũ ipsum ideo reliquũ est modo his declaratis, declarare, quæ sit forma secundũ unumquodq; genus partis similaris, nõ tantũ de partibus animaliũ, sed ẽt plantarũ, & fossiliũ, & metallorũ: & ista est intentio. Prosequitur primo Arist. intentionẽ suã, & primo ponit documentũ, quo quærimus causam formalẽ partiũ similariũ: dicit Aristo. magis certa & nota est cã formalis in mixtis similaribus, quã in dissimilaribus, u. g. magis nota ẽ forma ossis & carnis, quàm pedis & manus, & quàm forma totius animalis & totius plantæ. Et probat dupliciter hoc Arist. primo, quia manifestius est nobis de partibus dissimilaribus, & de toto, diuisio. Et priuatio formæ, quàm in partibus similaribus; quæ forma est notior nobis, quia priuatio innotescit nobis ex habitu. Quod autẽ manifestior sit nobis priuatio in partibus dissimilaribus, quàm in similaribus, probat Aristo. quia magis manifestum est, quando manus uel aliqua pars animalis dissimilaris priuatur sua forma, & sua operatione quàm sit notum de parte similari, quia u. g. de carne mortua, non est nobis notum, an retineat operationem suã & suam formam; & an sit caro, uel nõ; sed non ita est de pede, & manu quia notum est nobis, quòd pes uel manus habeat suam formam, & quando non, quia priuatur sua operatione, & ideo amplius non est pes, aut manus uniuoce, sed æquiuoce, quia non amplius funguntut suo opere: sed de carne & osse ita non est manifestum, immo est etiã difficultas: & aliqui tenent, quòd caro mortua sit uere caro. Secundo dicit Arist. quia in natura sunt duo extrema: est compositum ex materia & forma; & materia ipsa in se ignota est, quia non est actu ens, & est causa difficultatis: ex alia parte est aliud extremũ actu ens, omnino notum, scilicet forma ipsa; relinquuntur uero intermedia, quæ, quanto magis accedunt formæ, tãto magis sunt nota; quanto magis accedunt ad materiam primam, quam dissimilares, tanto minus nota sunt: totum uero compositum, quia magis accedit ad formam ipsam, & magis recedit à materia, ideo est notius: & post totum sunt illæ partes dissimilares, quia magis accedunt ad formam, & recedunt à materia magis, quàm partes similares. Sed uos dicetis quæ nam est ista causa formalis, siue forma in partibus similaribus, quia dicit Aristot. quòd est facultas quædam operandi? quæ nam facultas est? oh respondet, quòd hęc facultas

operandi in partibus similaribus nihil aliud est, nisi earum forma substantialis, & earum calor & frigus, & proprietates superius declaratę, quia per illas similares habent proprietatē agendi aut patiendi, & in illis consistit potentia uel impotentia, & hæc facultas earum. Et, quòd ita sit, probat Arist. quia per istam facultatem agendi uel patiendi istæ per se consistūt in materia; & à materia habent id, quod sunt: & sunt talia uerè per istam potentiam agendi & operandi: & per illas proprietates etiam differunt; & ideo sunt causæ formales partium similarium, & per istam potentiam definiuntur. Et hoc declarat Aristo. duplici exēplo, primo in natura. secūdo in arte: & dicit, oculus uiuus, & oculus mortuus: oculus uiuus est uere oculus, & uniuoce oculus; sed oculus mortuus est æquiuoce oculus, & non uere: & quare? quia in oculo uiuo reseruatur facultas uidendi & potentia, in mortuo non: ergo oculus est uere oculus per istam potētiam operandi, cum est uiuus. Secundo est serra ferrea, & serra lignea: ferrea dicitur uere serra; lignea uero, æquiuoce & nō uere dicitur serra, quia ferrea serra habet facultatem operandi, lignea uero non habet facultatem operandi: ergo facultas operandi in omni parte similari est earum forma, quia per istam sunt talia uniuoce. Et subdit Aristot. quòd ista facultas operandi est ignota in elementis, quia magis accedunt ad materiam ipsam; & tamen elementa habent facultates istas operandi, ut terra & aqua: ista tamen forma est notior in partibus similaribus, quàm in elementis: & etiam ignotior est in partibus similaribus inanimatis, quàm in similaribus animatis, quia, quæ sit facultas operandi in auro, nescimus. Adhuc est magis manifesta hæc facultas operandi in partibus dissimilaribus; exemplum dicit, sicut cum uidemus multa corpora mortua, ut in sepulchro, licet seruent suam figuram, non tamen appellamus ea cadauera homines. Ita etiam est, dicit, de fructibus marcescentibus; licet enim seruent suam figuram, nō tamen dicimus, quòd sint uniuoce fructus: idem dicit de caseo, cum marcescit, qui licet seruet figuram suam propriam, non tamen dicimus ipsum uniuoce caseum. Sed dices ultra, quæ nam est ista facultas operandi? dicit Aristo. & magis intricat, quòd ista facultas operandi est ipsa causa formalis; & in partibus similaribus hæc causa formalis, est calor & frigus, & proprietates illæ dictæ: quæ sunt illæ proprietates dictæ? sunt illæ contrarietates supra dictæ, quæ dicunt nobis potentiam agendi & patiendi, aut impotentiam agendi & patiendi: & sic uidetis, quomodo Aristot. declarat nobis causam formalem partium similarium. Et, quòd ita sit, dicit Aristot. patet, quia differunt istæ partes similares per illas proprietates, & etiam consistunt istæ partes per calorem & frigus: ergo istæ sunt causæ formales illarum partium dissimilarium, quia partes dissimilares constant ex partibus similaribus: ergo eædem sunt partium similarium & dissimilarium causæ formales: dicit Aristotel. quòd hoc non sequitur, quia non ualet, partes dissimilares constant ex similaribus, & similarium causa formalis est calor & frigus, & harum proprietates: ergo etiam dissimilarium: quod patet exemplo, dicit Aristot. quia aurum & argentum habent causam formalem calorem & frigus; & aurum & argentum sunt principia rerum artificialium ipsius artificis, quia operatio aurificis constat ex auro & argento; & tamen non sequitur, quòd causa formalis operationum artis sit calor & frigus: & ideo, licet calor & frigus sint causæ formales auri & argenti; & operatio constat ex auro & argento; non tamen sequitur, quòd calor & frigus sint causa formalis operationis; & ita alia est causa formalis partium similarium, & alia dissimilarium: & quæ est causa formalis dissimilarium? dicit Aristot. quòd est natura, uel alia aliqua causa: & sic transit Aristot. superficietenus in hoc. Et tunc Aristot. ex hoc subdit & infert, postquam declarauimus, quæ sint partes dissimilares secundum formam suam, & secundum materiam suam, quia declarauimus materiam & formam earum; sciemus, quomodò definiendum unumquodque mixtorum similarium: quia unumquodque eorum debet definiri secundum formam & secundum materiam suam, quia ex causa formali & materiali horum sciemus naturam partium similarium, quia definitio sumitur à forma; & si totaliter definitio non sumatur à forma, sumitur ad minus à materia cum forma, quia naturalis debet definire per formam cum materia: & sic sciemus naturam partium similarium animalium, & plantarum omnium. Et nunc epilogat: reliquum modo est loqui de partibus dissimilaribus & de partibus dissimilaribus plantarum & animalium, ordine tamen quodam, quia primo,

ut

ut diximus, de partibus animalium,& postea de partibus plantarum propter rationem dictam in principio primi huius, quia, scilicet partes planrarum innotescunt ex partibus animalium, ut dicit Theophrastus primo de historia plãtarũ capite primo & quarto: & ideo, postquam scimus generationẽ partium similarium & causam generationis earum, agẽdum est de partibus dissimilaribus, ex quibus cõstant plantę & animalia:& ideo immediare post hunc librum sequitur liber de partibus animaliũ:& post librum de partibus sequitur de plãtis, quia plantarum partes nobis innotescunt ex partibus animalium : & ideo dixi, quòd secundum Græcos liber de animalibus præcedit librum de plantis . Lego uerba. Ratio appellatur causa substantialis : Fistulæ uero sunt illę, quæ ligneæ sunt. Substantia aliud nihil est, quàm ratio,& forma, quia hic accipimus formam simplicem,& materiam simplicem, nõ autem materiam sub forma, neq; formã in materia. Et notare, quia textus est corruptus,&, ubi dicit, quod lignum, debet legi, quod linguæ. Sed rationes.i. potentiæ & facultates earũ non sunt certę illis similaribus & elementis. Omisi quædam uerba in textu, dico autem,& à motibus istis, idest ab utroque. Nulli utique uidebuntur, scilicet differre his differentijs. Cuius generis, idest cuius materiæ : ly generationis & corruptionis non est in textu.

Super his lectis est prima dubitatio, quia Arist. quærens causam formalẽ partiũ similariũ dicit, quòd est alia à causa formali in partibus dissimilaribus: quia in partibus similaribus est calor & frigus,& passiones sequẽtes ex his, id est illæ 18. cõtrarietates, s. durities mollities, &c. & dixit secundo , quòd causa formalis in illis partibus similaribus erat facultas operãdi:& postea exprimens, quæ sit facultas ista operandi, dicit , quòd ista facultas operandi est calor & frigus:& postea dicit, quòd est alia causa formalis partiũ dissimilariũ. Est modo dubitatio prima, quia causæ substantiæ non sunt accidentia, quia substantia non constituitur in esse per accidentia : sed partes similares sunt substantiæ: ergo earum causa formalis nõ sunt illa accidentia, s. calor & frigus, neq; illæ passiones: qũo ergo Arist. dicit, quòd causa formalis harum partium sunt illa accidentia ? Tũ etiam secũdo, quia dicit, quòd facultas operãdi in his partibus similaribus est causa formalis; & dicit, quòd causa formalis in istis est calor & frigus,& illæ 18. contrarietates: sed contra, quia facultas operandi in istis partibus nõ est calor & frigus,& durities & mollities, sed est eorũ substantia,& forma substantialis,& anima ipsa, ut puta uegetatiua, per quã sunt.& sic est secunda dubitatio. Tum quia ista sunt accidentia:& si accidentia, qũo constituunt substantiam ? Tum secundo, quia ista accidentia nõ sunt facultas operandi harum partium, quia facultas operandi carnis est forma eius. Secundo, quia falsum est aliud, quod dicit: quia dicit, quòd differunt partes similares à dissimilaribus forma ipsa, quia alia est forma partium similariũ,& alia est forma partium dissimilariũ; quod falsum est, quia mixtum inanimatum est per se unum:& esse per se unum habet ab una per se forma: ergo in toto animato est una per se forma, quia animatum est unum per unam formam: ergo eadẽ est forma carnis, pedis,& manus : non ergo est alia forma partium similarium,& alia dissimilatium; quia, sicut anima est forma animati, ita carnis & nerui,& ita manus & pedis: quomodo ergo Aristo. dicit, quòd alia est forma partium similariũ,& alia partium dissimilarium ? Tum quia, ut dicunt medici & etiã Arist. partes dissimilares dicunt partes instrumentariæ: si instrumentales, ergo operatio magis conuenit istis partibus, quàm similaribus: ergo facultas operandi est magis forma harum partium dissimilarium, quàm similarium, quia partes dissimilares sunt magis operatiuæ, quia sunt instrumentariæ : qũo ergo Arist. dicit oppositũ ? Secunda dubitatio principalis est, quia dicit, quòd mortuum & uiuũ æquiuoce dicuntur: est modo dubitatio, quia hæc propositio, Socrates est animal rationale, est propositio per se: si per se, ergo necessaria, quia per se præsupponit necessitatẽ: si ergo ista per se est , Socrates est animal rationale, ergo non dicunt æquiuoce Socr. uiuus,& mortuus Socr.& confirmatur, quia per se ita abstrahit ab existentia: ergo, siue sit, siue nõ sit Socr. semper propositio ista est uera, Socr. est homo, quia est per se. Tertio principaliter dubitat, quia Arist. ordinat hunc librum & continuat ad librum Plantarum,& animalium, in quibus partes similares & dissimilares cõsiderantur: dicit Alexander, de partibus similaribus, in primo libro de patt. anim. in secundo uero de dissimilaribus: ideo ille liber sequitur istum librũ: sed contra est modo dubitatio; quia, antequã fiat sermo de partibus similatibus animaliũ & plã-

tarum, debet fieri sermo de partibus similaribus inanimatorum mixtorũ, ut metallorum, lapidum, & huiusmodi, quia ista sunt priora in natura, quia inanimata sunt priora natura, quã animata, quia præcedunt, sicut uiuum præcedit non uiuũ, quia simplicius: ergo liber de metallis debet præcedere librum de partibus animalium, & librum de plantis. Tum etiam, quia disiuncta & diuisa esset doctrina de animalibus; quia, si post hunc librum debemus legere librum de partibus animalium, quo loco ergo legemus librum de historia animalium, si secũdum Alexandrum post hunc librum sequitur liber de partibus? De primo, cum dicis, quòd Arist. dixit, quòd forma partium similarium est facultas operandi, quia non est calor & frigus; dico, quòd reuera Arist. non exprimit nobis uerã cãm formalem harũ partiũ, quia formalis causa earum debet esse substantia, non accidens; sed exprimit Arist. propria accidentia & proprietates accidentales formarũ, quibus seiungũtur; & quasi per ista circũscribit nobis ueras causas formales substantiales, quia reuera istæ non sunt ueræ causæ formales harũ partium; sed exprimit accidentales formas, quibus circũscribit ueras formas; quæ uera forma debet esse substantia reuera, quia causa formalis substantiæ est substantia, ut secũdo de anima dixit Arist. sed exprimit tantum accidentales formas, quibus seiungunt̃, & non uerã causam formalẽ. De secundo, cum dicis, quòd Arist. dicit, quòd hæc facultas operãdi est forma substantialis, & hæc est calor & frigus, & istæ passiones, sed contra, quia facultas operandi in istis partibus est anima: sed duplex est facultas operãdi in istis partibus, una est anima ipsa, & ista est prima facultas operandi; & istam non exprimit Arist. hic: alia est facultas operandi, & ista est manifesta ei, & ista est calor & frigus; & de ista loquitur Aristo. hic, non autẽ de illa principali. De alio, cum dicis, quòd non est alia forma partium similariũ, & alia dissimilarium, quia aliter dicitur unum ab una forma; dico, quòd reuera, quo ad formã eius substantialem, non distinguuntur partes similares & dissimilares: sed Arist. non loquitur de ista forma substantiali & principali, sed loquitur de illa forma secundaria & accidẽtali, quia differunt partes similares à dissimilaribus: & quæ est illa forma in dissimilaribus? dico, quòd est forma situs, quia aliam figuram habet pes, & aliam manus, & alium situm: & sic, cum dicis, oh cur Arist. seiungit formã partiũ similariũ à dissimilaribus, & quæ est illa forma in dissimilaribus? dico, quòd est forma situs, quia aliam figuram habet pes, ut dictum est. Ad illud, cur seiungit Arist. formã similariũ à dissimilaribus? dico, quòd loquitur de forma naturali nobis manifesta, ut de situ, figura, & loco, quia una pars similaris est in uno loco, & alia in alio; & alia figura, quia alia est figura manus, alia carnis: & ideo loquitur de forma accidentali manifesta, qua distinguuntur manifestę illæ partes: & sic non loquitur de forma principali, sed de secundaria nobis manifesta, ut de situ, figura, positione. De alio, quia partes dissimilares dicuntur partes instrumentariæ; &, si sunt instrumentariæ & operatiuæ, ergo facultas operandi magis conuenit ipsis, quàm similaribus; ergo magis forma harum partium debet esse facultas operandi, quàm forma similarium, quia non dicuntur partes organicæ & instrumentales; Dico, quòd reuera partes dissimilares appellantur organicæ & instrumentariæ partes, & uerius istis conuenit facultas operandi, quàm partibus simplicibus similaribus: & cum dicis, cur Arist. dicit oppositum? dico, quòd Arist. non loquitur de facultate operandi istarum, quæ est facultas per se, sed loquitur de facultate operandi, quæ est caliditas uel frigiditas, quæ est accidentalis, ut de crassitie, mollitie & duritie, non autem loquitur de facultate operandi, quæ conuenit partibus dissimilaribus, quę facultas est ab anima, ut audire, uidere, gustare; & sic concedo, quòd dicuntur partes instrumentariæ; & uerius ipsis conuenit facultas operandi, quàm partibus similaribus; sed de ista facultate operandi non loquitur Arist. sed loquitur de istis 18. contrarietatibus supra dictis, quæ dicuntur facultates operãdi accidentales; & istæ distinguunt inter similares & dissimilares; quæ prius cõueniunt partibus similaribus, quàm dissimilaribus, ut quæ à calore uel à frigore, quia hæc facultas est calor uel frigus. Sed dices, tu dixisti, quòd Arist. loquitur de forma partium particularium, nõ quacunq;, sed de illa forma accidentali nobis manifesta, ueriorem autem formam & principalem tacuit, & posuit secundariam manifestam: sed dices tu, ego uellem scire de forma substantiali uera & manifesta & propria partium similarium, nunquid per illam differãt partes dissimilares à similaribus, ut ab osse neruo & alijs, ita, quòd partes similares habeant aliam

formam

formam propriam, quæ non sit partium dissimilarium: De hoc, domini iam dixi in libro de generatione & corruptione, & nunc etiam dico & repeto, quòd de hoc est duplex opinio; una est Io. Sco. 15. distinct. 4. & in 4. 11. in. q. 3. 4. ubi dicit, quòd istę partes similares habēt propriam formam, per quam ab inuicem distinguũtur; ut caro à neruo distinguitur per propriam formam, & ab osse, & ita de alijs similaribus partibus: & appellat ipse formam corporeitatis, seu formam mixtionis, & formam organizationis; & utitur omnibus istis terminis: & sic istæ partes non tantum differunt accidentibus, sed etiam propria forma corporeitatis: & dicit aliquando formam corporeitatis, non quia planta ipsa sit de prædicamento corporis, quia corpus, quòd ponitur genus in prædicamento substantiæ, dicitur totum: modo, si esset pars, non prædicaretur de toto, quia est corpus, quod dicit totum; & est corpus, quod dicit partem; quia per istam formam pars similaris est altera pars uiuentis, puta plantæ, & non tota planta, quia corpus, quod est totum, est genus generalissimum in prædicamēto substantiæ; quia corpus, quod est totum, est prædicamentum de homine, & de planta; & non corpus; quod est pars, quia pars non prædicatur de toto, quia homo nō est manus, nec anima, nec corpus, quia corpus est pars: & ideo illa non dicitur forma corporeitatis, quia per ipsam aliquod sit corpus de prædicamento substantiæ, Sed dicitur forma corporeitatis, quatenus illius corpus est pars & non totum, quia ista est ratio corporis, quatenus corpus est pars, scilicet quatenus seiungitur ab alijs partibus & ab anima ipsum corpus: & sic appellat hoc ipsum formam corporeitatis: aliquando autem appellat formam organizationis, quia per hanc organizatur corpus: aliquando autem appellatur forma mixtionis. Et hæc forma corporeitatis apud Scotum non est una forma, sed est una per aggregationem ex pluribus formis, & dicitur forma aggregata per accidens ex pluribus formis; ut forma hominis, quæ est in homine, est aggregata ex forma ossis, carnis, & nerui. Neque ista forma est una specie, ut aliqui uolunt: & adducit ipse rationes. primo, quia illæ partes similares differunt opere, quia cor est calidi temperamenti, & principium operationis uitalis, & principiũ intelligendi; & cerebrum est frigidi temperamenti, & principium operationis sensitiuæ & naturalis, quæ dicitur esse principium sentiendi: ergo istæ operationes differunt specie, ergo & earum organa, & formæ, quia non est alia uia inuestigandi distinctionem formarũ, nisi ex operationibus, quia ipsæ declarant formam operandi: & hinc sumitur, quòd homo distinguitur specie à bruto, ut patet 7. Met. quia operatio hominis est cognitione, & equi non: ergo alia est forma hominis, & alia equi: ergo ita in cerebro & corde: ergo alia est forma substantialis partium, & alia totius; & alia cerebri, & alia cordis.

Secundo probat; quia, si auferatur pars carnis ab animali, tunc ista caro ablata remanet adhuc caro, & tamen nō est caro per animam hominis: ergo habet aliam formam propriã, per quam est caro: quia propter quid remanet caro? non enim per aliquam formam de nouo genitam & acquisitam in ea, quia non præcessit nisi motus localis, & nulla alia alteratio; quia ex sola diuisione non fit alteratio, sed solus fit motus localis, qui non generat formam de nouo: ergo ista pars, sicut prius erat caro, ita nunc & per eandem formam; quia, si non esset caro, ergo præcessisset aliqua alteratio, & facta fuisset non caro; quod falsum est, quia remanet cum eisdem accidentibus. Tum quia eiusdem hominis uiui & mortui eadem sunt accidentia numero: ergo idem est numero subiectum, quia, si subiectum esset aliud numero, tunc accidentia migrarent de subiecto in subiectum; quod est impossibile: ergo habet eandem formam homo mortuus, & uiuus, quæ componitur per suam formam, & non per animam hominis, quæ iam remota est ab eo: ergo per aliam formam remanet illud compositum, quæ est eadem in uiuo & mortuo; ergo per formam corporeitatis. Quarto arguit, quia, ex quacunque causa moriatur animal, semper idem specie relinquitur cadauer: ergo ista forma corporis præexistebat, quia non potest fieri de nouo; quia, si esset noua, proueniret diuersa forma, quia agentia sunt diuersa in specie, quia agentia diuersa diuersum producunt effectum in specie; cuius oppositum patet, quia, à quocunque agēte interficiatur, semper remanet idem cadauer: ergo & eadem forma in illis: ergo sic etiã eadem est forma corporeitatis, per quam illa membra consistunt. Quinto arguit, quia ponamus, quòd canis cadat ex turri alta, & in medio itineris & motus ex alto, suffocetur & moriatur: ergo non

eſt idem numero ſubiectum, quia uiuus & mortuus, & motus eſt unus numero; quod oſtendo, quia iſti motus non ſunt intercisi tempore, & nullo, diſſimili numero, intercipiuntur tẽpore, ut quarto Phyſicorum dicit Ariſto. ſed inter iſtos motus, non intercipitur tempus: ergo ſunt unus numero motus; & unus numero motus eſt unius numero ſubiecti actu entis: ergo eſt unum numero tale actu ens: & non eſt ſubiectum unum numero actu ens per materiam, quia non actuat; ergo per formam unam: ergo eadem forma, quæ ſiunt in uiuo, eſt in mortuo, & non forma ſubſtantialis, ideſt anima, ergo per iſtam formam corporeitatis: et addit etiam Scotus argumentum Theologorum, quia omnes Theologi concedunt, quòd idem eſt corpus Chriſti uiui, & mortui; ergo per unam & eãdem formam, quia ſeptimo Metaph. id eſt idem per ſe, habens, quod eſt idem per ſe actu uno numero: ergo per unam formam: & hoc totum non eſt anima Chriſti, quia iam receſſit, & eſt in actu: ergo per aliã formam eſt unus per ſe idem actu; quia, ſi non eſſet idem actu Chriſtus, non bene adoraretur: ergo per iſtam formam corporeitatis: & ſic tenet Scotus, quòd partes ſimilares differunt per diuerſas formas, & omnes habent unam formã corporeitatis. Ex alia parte eſt D. Thomas in 76. q. primæ partis, artic. quarto, & in 50. q. ſecundi, ubi inuehitur contra hanc opinionem, ubi tenet, quòd in animali, & in uiuente non eſt niſi una forma tantum; ut in planta non eſt niſi anima uegetatiua; & in animali niſi anima ſenſitiua: & huic opinioni conſentit Ariſto. hic, ubi dicit, quòd caro eſt per ſe caro; caro uero mortua, eſt æquiuoce caro: & quare? quia amiſit operationem: ergo non habet eandem formam ſubſtantialem, quam habebat prius, quia per eandem formam non eſt æquiuoce caro. Et primo, Arguit D. Thomas ex quinto Phyſic. quia continua corpora non poſſunt eſſe niſi unius ſpeciei & eiuſdem, quia corpora diuerſa ſpecie non poſſunt inuicem continuari; bene tamen contiguantur, ſed nõ continuantur; ſed partes animalis ſunt uere continuæ, quia animal eſt unum continuum, & eiuſdem ſpeciei: ergo partes animalis non habent formas proprias, quibus diſtinguantur. Secundo arguitur ex Ariſtotele hic & ſeptimo Metaph. & ſecũdo de anima, ubi dicit, quòd caro uiua & mortua æquiuoce dicitur caro: modo, ſi eſſet una & eadem forma in carne uiua & mortua, & per illam formam eſt caro; ergo caro uiua & mortua eſſet uniuoce caro, & non æquiuoce, quia per eandem formam eſt caro uiua & mortua: & ſemper ita arguit Ariſt. Tertio arguit D. Thomas ex parte animæ: & hoc argumentum cogit; quia, ſi anima adueniret partibus ſimilaribus habentibus proprias formas ſubſtantiales, quæ dant ipſis eſſe formale completum & ſpecificum; ergo forma ſubſtantialis, quæ ipſis aduenit, eſſet accidens, quia adueniret enti in actu, quia materia accidentium eſt ſubiectiue in actu, ſed forma ſubſtantialis tantum aduenit enti in potentia, & non in actu: quòd autem illæ priores formæ dent eſſe in actu illis partibus ſecundum Sco. patet, quia illæ partes per eũ per illas formas habent eſſe in actu: &, quod aduenit enti in actu, eſt accidens, ergo. Tum etiam arguitur ex propoſitione uulgata 9. Metaph. ex duobus entibus in actu, non per ſe unum, ut dicit etiã in ſecundo de anima, quia ex cera & lapide actu, non fit unum per ſe: ſi ergo anima eſt una per ſe actu, & corpus organicum eſt unum per ſe actu; ut ſunt illæ partes & iſta forma; quo modo ergo ex iſta forma, puta ex anima & corpore in actu, fit per ſe unus? quia nunquam fit per ſe unum in actu, niſi alterum ſit in potentia, & alterum in actu: hæc D. Thomas cõtra iſtam formam corporeitatis. Alij aliam addunt rationem contra iſtã opinionem: quia ſemper forma perfectior poſterior eiuſdem generis ſupplex uicem formæ imperfectioris: & ideo in planta non eſt forma elemẽtorum, ſed eſt anima uegetatiua, quæ ſuppler uicẽ illius: & ſic in bruto eſt ſola ſenſitiua, quæ perfectior ſupplet uicem operationum uegetatiue: in homine uero tantum ſunt duæ animæ ſecundum plurimum, ſcilicet ſenſitiua & rationalis; & hoc ideo, quia rationalis non poteſt ſupplere uicem operationum licet ſit perfectior, quia ipſa non utitur organo corporali ſicut ſenſitiua; licet aliter ſit dicendũ ſecundũ Theologũ: & ideo ultra intellectiuam in homine, oportet, quòd ſit ſenſitiua, quia eſt regula generalis in formis corruptibilibus, quòd perfectior ſupplet uicem imperfectioris: ſed forma propria animalis, quæ eſt anima ſenſitiua, eſt perfectior anima uegetatiua. Et ideo, domini, magis mihi placet opinio D. Thomæ; & melior eſt de facto: non tamen dico, quòd ſint debiliores pro iſta parte, ſed iſta eſt magis perſuaſibilis, & peripatetica magis. Et ideo tenendo uiam

D. Thomæ,

D. Thomæ, respondeo ad argumenta Scoti,& primo ad primum,cum dicis,quia partes similares differunt in operationibus & temperamento earum,specie; ergo etiam differũt in formis substantialibus; dico, quòd uerum est,quòd differunt opere & temperamento : &, cum dicis, differunt ergo etiam forma substantiali ; nego argumentum : oh dicis,nulla alia uia est philosopho probandi differentiam substantialem inter formas, nisi ista : dico , quòd uerum est de toto composito,quòd utimur ista uia; & non alia est,nisi ista,ad probandum de tota specie: non autem ualet de partibus totius, quia in partibus non utimur hac uia: & sic aliquo pacto est conueniens hæc uia,& aliquo pacto non,quia ualet de tota specie & composito,& non de partibus : & ideo argumentum non ualet,nisi de subiectis loco seiunctis, & non de partibus : & ideo est, quia anima indiget in sui operatione diuersis partibus , habentibus diuersa opera; & ideo oportet, quòd habeat diuersa corpora,quia in sui operatione anima debet habere plura opera : & ideo nõ utimur hac uia in partibus totius ad cognoscendum formam substantialem . De secundo,quia , si auferatur pars carnis ab animali, illa caro est caro ut prius,& non per animam; ergo per aliquam aliam formam,quã prius habebat; dico, quòd falsum est,quia est æquiuoce caro & non uere : tu probas,quia non est noua generatio formæ in ea,quia nulla precessit alteratio,sed tantum diuisio,quæ est motus localis,& nulla alia interuenit generatio neque alteratio;ergo neque forma : dico, quòd falsum est, quòd nulla interueniat alteratio,quia interuenit alteratio,& generatio,& noua forma,quia ex illa diuisione fit alteratio & fluxus partis; & sic præparatur caro ad nouam formam,quæ de nouo generatur : oh est sola diuisio, quæ non est causa actiua : dico, quòd ex illa diuisione sequitur priuatio caloris innati; & ex illa priuatione caloris deperditi & aliorum qualitatum tollitur temperamentum,tollitur forma eius substantialis ; & ideo alia de nouo generatur:& , si etiam os ex uiuo extrahatur, non dicitur amplius os uere,sed ęquiuoce ; & tunc habet esse per formam cadaueris.

De tertio,quia eadem sunt accidentia in uiuo,& mortuo; ergo idem subiectũ actu ens, & non per animam ; ergo per aliam formam; dico negando, quòd sit idem subiectum : oh ergo accidens migraret de subiecto in subiectum : dico,quòd non migrat : & alias dixi uobis,quòd hic est quæstio, an accidentia subsistant in materia prima, an in composito : & dixi uobis secundum Aristo.& Auerroem,quòd subsistunt in materia prima,& non in toto cõposito,quia materia est subiectum accidentium, & non totum uiuens : & , quia materia remanet eadem numero in uiuo & mortuo,ideo etiam remanent eadem accidentia numero. sic ergo,ex quo remanent accidentia eadem numero in uiuo & mortuo,ideo ista accidẽtia fundantur in materia prima,non autem in toto composito ex materia & forma:& sic nego, quòd sit idem subiectum actu ens,sed bene est eadẽ portio materiæ,sicut prius erat ; in qua materia fundantur ista accidentia : & quare remaneant ista eadem accidentia adueniente noua forma; dico,quòd ideo remanent,quia remanet eadem portio materiæ , & illa noua forma non repugnat istis accidentibus; ut etiam caliditas aeris remanet, cum aer transit in ignem,quia forma ignis non repugnat caliditati,immo iuuatur ab illa,quia in habentibus symbolum facilior est transitus ; licet Scotus, & D.Thomas in hoc aliter sentiant ex mente Aristotelis, & male, quia remanet idem subiectum & eadem accidentia,quia forma,quę sequitur,non contrariatur illis; ut corrupto aere remanet caliditas sub igne, quia ei non repugnat. De quarto,de cane descendente ex turri alta; & est argumentum Gregorij Ariminensis in 15. diff. secundi,in quo uidetur tenere cum Scoto;ubi dicit,quòd,si canis suffocetur in medio illius casus,ille est idem numero motus:& unius motus numero est idem subiectum numero : ergo idem numero canis actu,& non per accidens & formam priorem, quia per aliam formam priorem; ergo per illam cadaueris;ergo : Dico,quòd Aristo. quinto Physicorum non dicit,quòd inter duos motus diuersos mediat quies temporalis;sed tãtum dicit Arist. quòd inter omnes motus contrarios cadit quies intermedia & reflexus. Potest etiam secundo dici, quòd est idem motus numero : oh mobile nõ est idem numero per se : dico,quòd est idem numero per se mobile,quia est eadem proportio materiæ primæ,in qua fundantur accidentia, prima enim materia est earum subiectum ; & non fundantur in forma substantiali, quia forma non potest esse subiectum alicuius alterius formæ,quia ma-

teria

teria substaret, & non forma: & sic dico, quòd per se est idem numero mobile, quia est eadem materia prima, quæ fuit à principio; & sic unum mobile: bene uerum est, quòd nõ est idem numero canis, sed est eadem portio materiæ: & ipsa, ut sic, est subiectum illius motus: & sic non per formam cadaueris est idem mobile, sed per eandem materiam primam.

De alio quinto Theologico, & est argumentum suum de corpore Christi; dico ut dicũt Themistæ, & bene: cum dicis, quòd est idem corpus Christi numero uiui & mortui, dico, quòd non est idem numero simpliciter, quia est alia & alia forma, sed est idem numero, quia est eadem portio materiæ & idem suppositum diuinum, non tamen idem numero simpliciter, quia non eadem forma, neque eadem anima: &, cum dicis, ergo uerbum diuinum assumeret aliam formam de nouo; dico, quòd non sequitur, quòd assumat nouam formam, sed sequitur, quòd in materia, quam prius assumpsit, aduenit forma noua, non quòd sit assumpta alia forma de nouo.

Remanserunt duæ dubitationes soluendæ in calce libri Meteororum; & prima fuit, quia Aristo. dicebat, quòd homo uiuens & mortuus æquiuoce dicũtur; & pes uiuus & mortuus æquiuoce dicuntur. Est modo dubitatio, quam tetigi propter latinos, qui eam tãgunt, quia primo Posteriorum dicit Aristo. quòd primo præsupponit per se, & per se præsupponit de omni: hoc supposito stante, arguo sic; ista propositio, Socrates est homo; uel hæc, Socrates est animal rationale, habet prædicationem primi modi, quia ista prædicatio est primi modi, Socra. est animal rationale; ergo per se, quia de primo præsupponit per se; ergo de omni, quia per se præsupponit de omni, quia est necessaria; ergo sempiternæ ueritatis: ergo siue Socra. sit uiuus, siue mortuus, semper ista prædicatio est uera, quia est æternæ ueritatis: ergo non dicitur æquiuoce homo de uiuo & mortuo, quia eadem ratione Socra. est homo, siue sit uiuus, siue sit mortuus, quia semper est animal rationale: & confirmatur, quia prædi catio per se primi modi abstrahit ab existentia: ergo semper ista est uera, Socra. est animal rationale, siue Socra. sit uiuus, siue sit mortuus: Dico, domini, de primo, quòd ista prædica tio, Socrat. est animal rationale, est prædicatio per se primi modi: &, cum dicis, ergo neces saria, uerum est: ergo æternæ ueritatis, nego argumentum; & hoc bene declarat Aristot. in secundo Perihermenias, ubi dicit, quòd duplex est propositio necessaria, quædam est neces saria simpliciter, quædam uerò est necessaria ex conditione: propositio necessaria simpliciter est, cuius extrema sunt semper necessaria, quia ratio subiecti & prædicati semper neces saria sunt, & simpliciter, quia semper sunt: alia est propositio necessaria ex suppositione, scilicet supposita constantia subiecti: & ita istæ propositiones, Socrat. est homo, Socrates, est animal rationale, sunt necessariæ, scilicet supposito, quòd Socrates sit: & sic non sequitur, est necessaria ex suppositione, quia sempiternæ ueritatis. Ad confirmationem, cum dicis, quòd prædicatio per se abscindit ab existentia, sicut scientia præscindit ab esse existentiæ; domini, hic sunt necessariæ & multæ opiniones & uariæ de esse essentiæ & existentiæ, & mul ti tenent, quòd scientia abstrahat ab existentia, ita, quòd istud, Socrates est homo, sit uera, siue Socra. sit, siue non sit: & huius opinionis fuit D. Thomas, qui tenet, siue Socrat. sit, siue non sit, quòd semper sit uera; & ista, homo est animal, siue homo sit, siue non sit. Sed, do mini, hæc opinio falsa est, quia hæc propositio est necessaria & æternæ ueritatis, homo est animal, quia secundum philosophos semper erit & fuit homo: & ideo nego, quòd scientia per se abstrahat ab existentia, quia secundum peripateticos non differunt essentia & existẽ tia, nisi grammaticaliter ex parte nominis; non autem in re differunt, quia, quod caret essen tia, caret etiam esse & existentia, & econtra; &, quod habet unum esse, habet etiam aliud essentia: ergo & existentia, & esse, idem sunt in re, & solum ex parte nominis grammatica liter differunt, quia idem est dicere, homo est, & homo est ens, quia uerbum & participiũ idem significant in re: &, ut bene declarat Auer. nomen & uerbum idem significant: & ta men differunt in nomine, quia nomen significat idem, quod uerbum, nisi quòd nomẽ signi ficat illud ab actu & permanentia; uerbum uero in fluxu; ut albescere idem significat, quod albedo & album, sed significat illud in fluxu quodam: & sic dico, quòd illud, quod habet es se essentiæ, habet etiam esse existentiæ; licet Tho. & Egidius laborent in hoc primo Posteriorum, ubi dicit Aristo. quòd de subiecto præsupponitur, quid est; quia, nisi res existat, de

ea

ea non est scientia, nisi suppositione, ita, quòd ista propositio secundum Aristotelem nō est uera, tonitruum est, nisi sit: & sic Aristo. concedit illam non simpliciter, sed suppositione, scilicet supposita constantia subiecti: alio modo de ijs, quæ raro eueniunt, non est scientia: et, quid sit esse essentiæ, an sit illud esse cognitum in intellectu diuino, ut tenet Scotus, an sit aliud, quod tenet D. Thomas, nunc relinquo illis. Quod dicis ergo, quòd scientia abstrahit ab existentia, dico, quòd falsum est, prout dicit etiam Auer. primo Posteriorum loco citato, quia ista non est uera, Socra. est homo, nisi supposito, quod Socrat. sit, & etiam tonitruum est extinctio ignis: & ideo dico, quòd idem est dicere, homo est, & homo est ens, & non differunt, nisi grammaticaliter: & non dico, quòd esse essentiæ non præscindat ab esse existentiæ: & ideo non differunt, nisi nomine, ut currens, & currit (ut etiam declarauit Aristo. quarto Physicorum) nisi quia uerbum significat illum fluxum: & sic idem significat uerbum & patricipium, & non differunt nisi solo nomine.

Erat tertia difficultas, quia dicebat Aristo. & Alexander, quòd post istum librum debemus legere librum de partibus animalium: Est modo dubitario, quia, si post hunc librum sequitur liber de partibus, ubi nam ponemus librum de metallis? quia hic agitur de metallis in uniuersali, ubi ponemus librum de metallis in specie? & sic erit discerptus tractatus de historia animalium, quia nō continuabitur liber de historia cum libro de partibus, quia inter librum de historia animalium & librum de partibus mediat iste liber, & liber de metallis, in quo etiam agitur de corporibus similaribus: Domini in principio huius libri anno elapso feci istam dubitationem, ubi ponatur liber de metallis; & in principio quarti huius: & ideo pro nunc dico, quòd liber de metallis sequatur ad hunc librum, non contradicere Aristoteli: oh Aristo. dicit, quòd sequitur liber de partibus post hunc librum: dico, quòd Aristo. non dicit, quòd immediate post hunc librum sequatur liber de partibus, sed intelligitur mediate, quia mediate debet sequi, quia immediate post hunc librum debet sequi liber de metallis, & postea liber de partibus animalium similaribus ac dissimilaribus, quia metalla ordine naturæ sunt priora, quàm partes animalium similares & dissimilares; contra etiā ordine doctrinæ sunt priora; & ideo post hunc librum immediate sequitur liber de metallis in particulari; & post de partibus animalium; & post de plantarum partibus, quia metalla ordine naturæ sunt priora & ordine doctrinæ. Quod dicis etiam, quòd tunc diuulsus esset sermo de animalibus, quia liber de partibus nō sequitur ad librum de historia animalium, quia intercipitur liber de metallis; dico, quòd non erit interruptus; neque illi libri habent ordinem ad inuicem, prout imprimuntur; neque hodie habetur ille ordo; quia liber de generatione animalium non sequitur ad librum de partibus; neque liber de partibus sequitur librum de historia animalium, licet illi libri ita sint impressi, quia non habent ordinem continuum ad inuicem, ut alias dixi uobis: & sic dico, quòd, licet interponatur liber de metallis, sermo de animalibus non erit interruptus & diuisus, quia illi libri de animalibus non habēt ordinem ad inuicem; immo eorum ordo est, ut sint intercepti: & sic non sequitur tuum figmentum. Et ista sufficiant de isto lib. 4. Meteororum.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVX.

Omnes ſunt terniones. tabula autem per ſe patet.



VENETIIS,

Ex Officina Franciſci Senenſis.

M. D. LXIII.

Bañes de generatione et corruptione.